APOLOGIA

ERASMI ROTER

1522





CIMELIA
6114 - 6115

H III
59 a - f

Erasmi Roterodami responsiones
Thcol
597H

ERASMI ROTERODAMI LIBER VNVS, QVO Leicis quicqs, sine taliõe respõdet.

EIVSDEM LIBRI DVO, AD ANNOtationes Eduardi Lei, quibus conatur nouũ testamẽtum oẽ refellere, Priore defendit, quæ ipse in euangelia, Altero autẽ quę in apostolum Paulum scripsit. Ab autore recogniti.

Eduardi Lei annotationes, aduersus annotationes Erasmi in nouũ testamentũ.


Epistola Vuolfgangi Fabritij Capitonis, præmittit, qua se purgat Martino Gertophio, de suspitione Leici fauoris.

H III 59 a

Cim. 6115

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

EXIMIO THEOLOGO MARTINO GERTOPHIO, PASTORI IN DIETENHEIM, VETERI SVO AMICO, ET NECESSARIO, VVOLFGANGVS FABRITIVS CAPITO. S. D.



VB COENAM INTER eruditos doctiſſime Martine, pronunciaui epiſtolã tuam, qua in Leum Anglum tanto ſpiritu deſtomacharis, & qua ſimul obiter me ſalibus aſpergis, q̃d ab illo ſim collaudatus. Ad pleraq; multum arriſum eſt. Vidiſſes feſtiuiſſimũ conuiuiũ. Quiſq; pro ſe dictis in nos luſit. Vbi auditũ eſt, quod ſcribis, Lei librum tibi uideri præter cõuitia nihil complecti, mox quidam interpellans, En argutum inquit, Lei patronum, rem odioſiſſimã quam tu afre obtexit molliori uocabulo. Nam Lei liber non tãtum cõuitia continet, ſed idem eſt ipſiſſim fruitium, idem eſt merum ſcelus, & furia infernalis nocentiſſima. Quid inquã, num fortiter tuetur ſacris iſtis annotatiõibus uniuerſam rem theologicã? Tuetur, ait, ut Sinon græculus Troiam qui prætextu ueri, mendatia celans Ilion euertit. Ingeniũ ergo oſtendit fictionibus? uidetur eſſe, inquit alius, ingenium, quod in promptu habet tantam uim mendacior, at ingenium non eſt, ſed mala natura, quæ ſcit fingere inſtituto pro tempore accõmoda, ſed apte fingere, & ceu linum lino connectere non ſcit. In eum modum alia multa, ut uenuſtiora, ita & atrociora dixerunt, quæ conſulto omitto illinere chartis, ne in miſerũ ex animo dicacitatẽ

alicui uidear affectasse, aut ne tributam ab illo nobis laudem eleuem, qua tu me facis, si dijs placet, impẽdio delectari. Verum ut epistolæ tuæ paucis respondeam, tecum sentio per omnia, Nihil equidem uidi uspiam, aut procacius, aut uirulentius scriptum. Nihil quod magis scateat, imò insaniat rixis, & conuitijs plusquam muliebribus, quodque plura præter, uel potius contra uerum, intrepide affirmet. Si detrahis operi, principio, quod falsum est, deinde quod calumnioſum, dij boni, quam nihil relinquis, quã friget id quod relinquis. Duabus chartulis totum includeres quod supereſt, & tamen liberali lectori quamlibet breue foret, propter insignem insciti-am, fastidium aggeneraret. Sunt qui risu diffluunt quoties chartulam Leici operis inspiciunt, propter stultitiam hominis inexpectatam, & glorioſissimam eius ignorantiam. Ego autem cum lego, nihil uenustum deprehendo, quod mihi, forte nimiũ serio risum excutiat, tametsi pleraq; eius libri sunt, morosa, superstitioſa, stulte glorioſa, & omino talia quæ suapte natura risum excutere solent. Sed mihi inquam minime excutiũt, propterea quod ineptus homo, aut misericordia potius maxima dignus sit, cui tantus ingenij stupor, ut suam ipsius turpitudinem nõ uideat. Aut certe odio extremo, deteſtandus uideatur, rapiẽdusq; obnefarium facinus istud ad ultima supplicia, cum ista sua delyra arrogãtia & philautia, quã equidem à puero modis omnibus sum auersatus, & quã ille nusquam non prodit insulsiſſimo illo libro. Nam singulæ propè periodi spirant insolentem quandam uanitatem. Siquidem quantus quantus eſt, Gnato eſt, sed sibi tantum eſt, omnia sibi uni assentans, omnia sibi uni tribuens, neq; quenquã ferens, nisi admirantem adorantẽq; quicquid Leo uel imprudenti excidérit. Siquid eiusmodi iuuenis effutisset uerbis petulantius, in uirum bonum, excusares eius ætatis impotentiam. Sin perſistens

in amẽtia,

in amẽtia, uenenum in chartas etiam expueret, profecto deplorati esse ingenij, nec nisi fuste sanãdi duceres. Quid obsecro nunc illi facies, qui plus minus biennio comportata mendatia, contra bene de se merẽtem tam odiose inuulgat, præsertim si demonstrato errore, ut illi per Erasmum est demonstratus, his tribus libris, etiamnũ auderet inter homines uultum ostendere, certe affirmares nullos esse in uinculis, qæque insaniant. Et tamen nulla meretricula, sibi æque de pulchritudine blanditur, quàm ille sibi de inaudita eruditione. Nunc quidem sibi adeo placet, ut passim in opere eius magnifico apparet, & eruditi ad meliteris testantur, quod putet omnes debere desistere à scribendo, postquam ipse cœpit scribere, tam absoluta scilicet & frugi argumenta. Det itaque locum docta Italia, cedite Germani, cedite uos Galli & Hispani, & abiectis chartis alite pingue ocium. Nam Leus ille uelut alter Daniel de improuiso prodit, à deo missus orbi, ut rebus humanis laborãtibus ferat suppetias, qui quod nõ didicit, docere potest, qui nouit quomodo tractandę sint sacræ literæ, quas tamẽ admodũ nuper magistellus artium in manus sumpsit, qui triũ linguarum peritiã semel hausit paucis mensibus, & nunc in somnis opinor à deo scientiam rerum omnium sibi uni concessam arripuit, tam profundam, tam certam ut nihil fuisset futurum, quod uel Momus reprẽhenderet, si Erasmus castigasset quę is annotarat. Quemadmodum idem ipse ad amicos testatur, & nõnihil indicat in inuectiua priore, Quas annotationes, quidam insignis asellus, sacras nominauit, nimirũ quod afflatus numine scripserit, quanquã sunt, qui uocitent uere sacras, id est execrabiles, sicut auri fames à poëta sacra dicitur, quoniãcupiditas habendi concordiam inter homines dirimit, & huiusmodi sanctæ annotationes, sacerdotis & theologi, adde & sanctuli, studiorum quietẽ maximo pere turbarunt. Eris, quod esset

neglecta, missō aureo malo in conuiuium deorum, dissi
dium excitauit. Eduardus Leus merdoso libello potuit
tranquillitatem inficere literatorum, ò pestem, ò furias.
Quare nihil est, q̃d uereris stomachum meum, qui haud
paulo durius offensus sum insidiosa laudatiuncula exe-
crandi illius nebulonis, quàm furiosis pridem conuitijs,
quæ fuci quidam monachorum his diebus, utraq;, quod
aiunt manu, in me congesserunt. Postremo, & mihi
quoq; uidebatur res dissimulanda, nec tam apertis syco-
phantijs uel uerbo respondendum censui, præsertim ab
Erasmo. Alioqui non essent defuturi quibus quotidie in
eum modum illi necesse sit respondere. Tot ubiq; sunt a-
sini bipedes, impatiẽtissimi obscuritatis, qui stilum in se
Erasmi quem Leus impetrasset, simili flagitio, haud du-
bium, ambient. Et ut uere dicã, quod mihi uidetur, nun
quam illi ipsi Leo, hoc est ranæ loquacissimę satis erit re
sponsum. Insanos enim & furiosos, ac ueluti per somnia
quiduis effutientis, conatus, qui reprimes ratione? quã-
do sycophanta sceleratissimus primũ calumniatoris par
tes, non tam ratione & iuditio assumpsit, quam audatia
quadã corroborata quiduis tentandi, quo famelicus ho-
mo, desyderium gloriæ leuaret. Atqui Erasmus pruden-
tissimus uir dignatus est sua contra istum tueri, & cõmu-
nire latius, quę tamẽ arte & natura, hoc est ingenio Eras-
mico, & uiribus ueritatis adeo firmata sunt, ut ea nemo
hoĩm sufficiat aliquo modo labefactare. Necaliud quàm
hactenus, nescit emẽ ille παλινῳδεῖν, sed forte aliter aliqua
dicit, accersitis interim aliunde fortissimis etiã confirma
tionibus, ita ut ipsa calumnia, quod cõtra hiscat, neque
atinuenire, Quaquam uideo ut dixi, Leo nequaquam
posse satisfieri, quin est semper habiturus, quæ obstrepe-
rus obganniat. Nam plusquam dimidia mens ardore glo
riæ, quo immodice urit ei, exaruit, & quod suo libro pas-
sim

sim probat, amens nunc loquitur, ceu per febrim, nec ei curæ uidet, quã idonea pro re dicat, sed quã multa dicat, & incassum dat mente sonum. Iccirco cum porcis suis grunnire poterit bene fateor, certe in contrarium scite & appositeloqui non poterit. Atqui non nego Leus Erasmo occasio fuit, ut hos libros respõsionum in publicam utilitatem scriberet. Quemadmodum enim bonæ leges ex malis moribus natæ feruntur, ita ex turpissimo sycophanta, causa huic extitit, latius explicãdę ueritatis, quãquam uereor, quo pacto id ferant isti, quibus nihil placet, nisi quod optime cuique displicet. Cæterum suaue est, quod ais, tecum præcogitasse, quam iniquo animo attactum à te Leum Capito laturus sit, nempe Encomia sten suum, sed hominis improbitatem, & amorem ueri prævaluisse tecum amicitiæ nostræ, quo minus iratisto machum sis ueritus, quasi grata nobis fuerit tam insidiosa laus, homuntionis antehac nemini noti, imò probrosa laus & pernitiosa, quæ me in grauem ubique suspitionẽ uocat desertæ ueritatis, & initæ familiaritatis, cũ tam inani gloriæ mancipio, tam indocto, tam insulso, tam stupido, & mirum de se confidenti, qui nihil non audet pro parando nomine, qui sacra prophanaqúe iuxta ponit, modo consulatur existimationi ipsius, qui propter celebritatem, & opinionem aucupandam ex omnibus eruditorum ordinibus lumen delegit impetendum, hoc est Erasmum renascẽtis theologiæ λυχνοῦ χον. Nam ut ubiq; nihil solide nouit, ita & omnes professiones æque suffecisset impugnare. Quid non Linacro aut Vuilhelmo Copo, aut Leonicenomedicæ rei, aut Vlricho Zasio, aut Andrea Alerato, legum instauratoribus dicam scripsit, certe quia theologiam uidit ad omnes attinere, reliquas autem professiones ad paucos. Quod enim de euangelio disputatur, ad se quilibet pertinere iudicat, &

pertinet quidem ad omnes, sicut iuris prudentia, & ut nunc est medica professio, quę nō admodum late patet, ad paucos. Iccirco stultulus Leus putauit literas sacras idoneum forè suo consilio argumentū. Nam eo fuit animo, ut quoquo modo, in hominum notitiam eluctaretur. Et iccirco sibi non desumpsit quēlibet, Erasmus ipse uisus est aptissima persona eius tragœdiæ. Quem quidem uidit acceptum orbi magistrum, tametsi ille ipse nihil tale desea ut sentiat, aut alijs affirmantibus facile credat, aut illis qui id propalam contestantur, æquo esse animo soleat. Certum igitur habuit Thraso noster si hunc, quam posset odiosissime lacesseret, etiamsi is responsione sua ipsum non dignaretur, neminem tamen forè uirum bonum, & habentem calamum, qui non in illum ipsum sit incursurus. Qui em̄ speraſſet ἀμετροεπῆ Therſites, quod iactata in magnanimum Agamemnonem conuitia egregij Vlisses, quos sub suis signis, plurimos habet Erasmus, qui inquā speraſſet, quod illi essent æquo animo laturi contumeliam sui imperatoris? Vide quam gratiam iniit Leus cum Capitone. Pro falsa laude, qua me in opere odioso dignatur, equidem uicissim ueram fraudem eius, qua eluctatur ad immortalitatem, prę mitto libro gratioso, & nulla in re peccāte, nisi quod Lei memoriā transmittit ad posteritatē, quæ tamen ut est libera & acri censura, dolis & technis agentem damnabit, non solum ambitus, sed stellionatus, falsi & ingratitudinis. Vt nō paulo honestius uideri possit, inglorium esse, quam per inane nomen sic premi sempiterna & infamia & odio. Ludis deinde Leicam eloquentiā, & eam Ciceronianæ festiue anteponis. Nam hæc cum dulci quodā oblectamēto, nullā habet satietatē, sed mirū immittit sui desyderium, atq; animū legentis protendit sempin subsequentia, decies lecta, tum primū diuinitatem sui aperit,

& p̄ omia

& per omnia uidetur augustior, quam si duntaxat fueris, ueluti per transennam, semel intuitus. Illa autē lectorem quamlibet etiam auidum, semel exatiat, uel degustata tātum, cum Ciceroniana soleat reddere cupidiorem. Sin gradum in hanc urges, & longius progredi tentas, misero fastidium subrepit, & nondum lecta imò inspecta solum, autoris inscitiam, studium, mores arguit, Materiā autem etiam si accurate perpendis, qua ratione quæso cognosces? Nam mutuis uiribus sese pleraq; elidūt, aut certe obscuriora sunt, quam quibus antiquū adagium opus esse dicebat Delio natatore. Hæc nimirum omnia ex animi mei sententia scribis. Neq; enim mihi potui, ut integre legerem huiusmodi nænias imperare, non tam ob uulgaria, uilia, & sæpius discussa argumenta (Nam de ijsdem rebus ferme apud Basilienses, cum Erasmo abunde contulimus, quam quod omnia iusto maiora profert, quod omnia rapit ad calumniam, quod studio reprehendendi, modo carpit benedictum, mox uelut oblitus sui, idem ipsum confirmat, & turpi quadam morositate, aut de umbra asini, aut lana caprina atroces undique tragœdias excitat. Nosti capitonem, Quantopere sim exosus muliebrem illam procacitatem, mihi probe conscius es. Nec uideo, qui sit uspiam ex eruditis, tam patientis stomachi, ut sine bile, queat istius homuntionis furores perlegere. Vnum duntaxat, quantum scio, monachum offendi, qui librum Lei, magis tamen inuidia percitus, quam iudicio adductus comprobet. Is nuper malitiose subridens, eundem mihi in manus tradidit, En inquit, doctum & Christianum autorem, unus hic est uere pius, iuxtaq; eruditus, Græce, latine & hebraice callet, ut Erasmus illi iure inuideat. Verum mi Gertophi, similes tum inuenere labra, quod aiunt, lactucas. Quæ tamen res me non uehementer perturbat. Siquidē fieri nō potest, quin perpetuo sint scarabei stercoris amatores, qui

tores, quin sint alicubi instabiles, uarij, de alio in aliud ui tæ institutum transilientes, molesti, clamatores, in optimũ quenq; contumelioſi. Nam hi solũ talibus κειμηλίοις oblectantur, Nobis autem contra, diuinum Erasmi ingenium maxime admirandum occurrit, in his etiam libris responsionum, quibus insanis conuitijs, satisfacit, citra tamen, quod non quiuis potest, retalionem, Quis non eam modestiã christiani pectoris religiose exosculatur? quam uelim equidem Leus præstitisset, & certe tum nõ esset cur mei mentionem, in illius libro factam, mihi uitio uerteres. Quos equidem libros responsionum proiectos ab autore, propterea q̃d haud diu uicturos putauit, tibi nuncupo, ut his instructus, Morionibus si qui tecũ sunt, satisfacias, è quorum tamen numero quendam hic uidimus præfractiorem, quã cui uel ipsa ueritas aliquãdo satisfaciat. Si quos istic pateris, huius farinæ, aut eos oñino ualere sinas ceu deploratos, aut ultima tẽtans, q̃d morbis extremis medici solent, durum undiq; tergum illorum fuste lenias. Hoc enim genus dæmoniorum non eijcitur aliunde. Vale suauissime Martine, & istiusmodi cohortatione, tuam erga me autoritatem sępius exerce. Iacobus Truchses elegantissimus adulescens, & utriusq; linguę bene doctus, qui pridem ex itinere ad me hospes diuertit, fratrem Ioannẽ Gertophium saluere iubet. Moguntiæ Idibus Augusti. Anno. M. D. XX.

ERASMVS RO

TERODAMVS ÆQVO LECTORI. S.D.



BSECRO TE LECTOR, quisquis es, qui Eduardi Lei cõflictationem nuper obortã aduersum me legisti, quando unquam Ethnicus in Ethnicũ impotentius debacchatus est, quã ille Christianus in Christianũ, sacerdos in sacerdotem, atq; etiam amicus in amicum? Nam amicitiam ne nunc quidem in totum renunciat. Quis unquam legit quicquam inimicius, aut seditiosius? Celsus ex professo cõuitijs impijs totam Christi tum uitam, tum doctrinam proscidit. Aduersus hunc libris aliquot depugnat Origenes. Sed quanto mitior ille in Celsum, quàm in me Leus? Expectabam equidem librum haud quaquã edentulum, sed ille modis omnibus uicit expectationem meam. Non suffecit illius animo totus liber passim aculeatus, passim ad seditionẽ classicum intonans, nisi apologiam apologia cumularet. Tametsi sua cuiq; fama chara est, tamen, ita me Deus amet, magis me cruciat, quod huiusmodi uirulẽtis conflictationibus perit simul & fructus studiorum, & tranquillitas uitæ christianæ. Atq; hac sanẽ in parte Leus per me feret palmam. Cedo arena, porrigo herbam, agnosco uictorem, idem facturus etiam si iuuenis essem, tantum abest ut senex cum iuuene putem mihi præter decorũ, plus quã muliebrem rixationem esse suscipiendam. Ferũtur, aut fructum etiam habent nonnullum humanæ cõflictationes, si citra rabiem consistant. Quo simul atq; excanduit

duit pugna, quid aliud est, quam fœda concertatio, duo-
bus ceu gladiatoribus in arena cõmissis. Nec aliud spe-
ctaculum, quã si uindemiator in uiatorem, aut nauta in
nautam, auriga in aurigam, scurra in scurram cõuitia re-
gerat. Proinde ne sine fine rixa rixam pariat, testor, pri-
mum conuitijs non respondebo. Certe non regerã. Rem
ut habet exponam, idq; nudo sermone, & Attico more
ἄνευ παθῶν, ne se queratur opprimi præsidijs eloquẽtię,
quã mihi tribuit immodicã, quo simul & mihi fidem ab-
roget, & ipse magis uideatur ueritati niti, cũ nulla re me
grauet magis, quã orationis technis, acuafriciæ, quasiq;
uerborum torrente quodam. Deinde carptim id faciam,
ac paucis, ne tua studia diutius morer his nostris nænijs,
tum argumentis breuibus agam cum illius annotationi-
bus, quibus utinã & ille fuisset contentus. Ita & sibi plus
bonæ famæ conciliasset apud graues, & eruditos uiros,
& minus nocuisset optimis studijs, & meã opinionẽ leui-
us offendisset. Nã ex argumentis, utcunq; me tractasset,
poterat aliquid fructus accidere bonis studijs. Atq; huc
fermè tendit summa totius operis Leici, ut secundæ ædi-
tionis gloriam magna ex parte sibi uendicet. Quæres si
illi usq; adeo cordi est, ut tanto tumultu putet uindican-
dam, per me quidem licebit, ut non solum ueniat in socie
tatem huius laudis si qua est, uerumetiam ut abolito no-
mine meo totum opus sibi asserat. Pleraq; sic gesta sunt,
ut citare testes non possimus, nisi conscientiam utriusq;
De sua ipse uiderit. Ego meæ Christum iratum impre-
cor, si uel in illis duabus epistolis, uel in hac apologia uer
bum unum mentiar sciens, aut hic mentiri uelim. Hoc o-
pinor mihi donabit Leus, in priore noui testamenti ædi
tione, nihil sibi deberi. Atq; utinã deberem multis, mo-
do opus exisset emendatius. Eam cum absoluissem Basi
leæ, repeto Britanniam, quam mihi charam esse non ne
go, cuiq; me plurimum debere semper præ me tuli, cum
multis

multis aliis nominibus, tum hoc præcipue, quod non alibi possideam amicos neq; plures, neq; synceriores. Is salutatis reddo me Brabantiæ. Sic em̃ uisum est principi Carolo, in cuius consilium tum eram recens adscitus, ut in Brabantia sedem figerem ubi uellem, sed maxime Louanij. Hic nihil mihi prius curæ fuit, quã ut nouum testamẽtum denuo recognoscerem, id quod palam facturum me pollicitus eram iam tum in priore editione. Id aggressus sum primum Antuerpiæ, apud hospitem & amicum meum Petrum Aegidiũ. Is huius rei testis esse potest, cunq; hoc duo famuli mei Ioannes Phrysius, & Iacobus nepos. Id ideo clam accurabã, quod uererer, ne si rumor hic exisset, Frobenio sua uolumina domi manerent, nam excuderat supra mille ducẽta. Qua de re scripsimus & Budęo, priusquã mihi Leus esset de facie notus. Hic absoluta parte operis aliquanta, Bruxellam demigro, ita uolente clarissimo uiro D. Ioanne Syluagio, tũ regis Catholici Cancellario summo. Hic idem ago, maiore etiam nisu, mẽses complures, conscio & adiutore etiam Cutberto Tũstallo, tum sereniss̃imi regis Anglorum apud Carolum nostrum, & Maximilianum oratore. Conscio clarissimo D. Hieronymo Buslidio, conscio Petro Barbirio. Nec his solis tamen cõscijs. Iam enim rumor, ut fit, ad plures serpserat Bruxellæ. Primus omnium, qui mihi admodum familiares erãt, deprehendit laborem meũ iuuenis haud quaquam uulgariter doctos Ioannes Lodouicus Viues, per quem res serpsit etiam latius, non sine meo dolore. Hinc Gandauum, mox Brugas profecti, totum nouum testamentum, collatis utriusq; linguæ uoluminibus, excussimus. Cutbertus Tũstallus unum exemplar sat emendatum suppeditauit, & in conferendis Græcis codicibus, quoniam id ab uno præstari non poterat, fidelissimã atq; amicissimam nauauit operam, nec paucis de rebus admonuit. Inde ubi princeps in Zelandiam se recepit, ego Lo-

uanium commigro, non aliud agens, quã egeram. Hic Lei notitiam nactus sum. Vter alterũ prior salutarit, nec admodum refert, nec satis commemini. Etiamsi ille valde putat ad rem pertinere, ut prior ipsius ædes adisse credar. Ac mihi sane tum non fuit iniucunda hominis consuetudo, ut sum ad amicitiam amplectendam perfacilis, & multorum iudicio, plus satis, etiamsi non essem nescius, illum parum amice de me locutum, antequã nosset, aut conspicatus esset. Grata erat morum facilitas, placuit ingenium, probaui studiũ. Ille tum græcissare cœperat, nec alia de re aliquãdiu fuit inter nos sermo. Hac in re me sibi fauentem habuit, nam adiutorem dicere, religio est. Tandem usq; ad cubiculi secreta processit familiaritas. Ostendo illi meos labores. Iam enim opus ferme totum absolueram, nisi quod in hoc argumenti genere nihil unquam satis est absolutũ, sed subinde redit labor actus in orbem. Ipse sæpe uidit omnes undiq; plenas margines, chartas passim additas. Totẽ mensibus nihil aliud egeram, homo, quod pleriq; norũt, neq; somniculosus, neq; lentus. Tandem per occasionem indicat se quoq; nõnulla loca annotasse. Gaudebam. Hortor ut communicet. Nam quod ille multis uerbis inculcat, me improbis precibus perpulisse hominẽ, ut relictis studijs suis, mihi seruiret, longe secus habet mihi crede. Sponte sua susceperat negotium, & sibi susceperat. Communicat chartas aliq̃t, sed singulas, & plærasq; dimidiatas, nec eas ordine, uerũ nunc in Matthæum, nũc in Paulum. Incertum uero quo consilio. Inter conferẽdum sensi submolestum esse, quod alicubi dissentirem ab illo. Itaq; pactus sum cũ homine, ita ius esset illi quæ uellet admonere libere, ut mihi uicissim liceret, in opere primũ meo, deinde quod nõ uni cuipiam, sed orbi scriberetur, ab illo nonnunquã dissentire. Et hactenus res ciuiliter est acta. Tandem prolatæ sunt schedæ in quibus nonnihil erat aculeorũ, ut mihi quidẽ uidebatur

uidebatur præter causam. Adieci nõnullis locis duo aut tria uerbula, quæ forte ueniebant in mentem. Nihil enim minus suspicabar futurũ, quã ut ea sic notata, ut ipse qui scripsi uix queam legere, in suũ dialogum esset relaturus. Postremo ubi uideret plus satis incandescere, adieci hęc. Memento q̃d hominẽ mones, sed homo. Id quo animo tulerit nescio, certe post eũ diem desijt mittere, desijt etiã salutare. Et iam uultus erat alius. Ego suspicabar linguã aliquã improbam interfuisse, quæ mala pestis sæpe diri mit bonas amicitias. Post dies aliq̃t, forte fortuna offendo hominem in templo canonicorum Martinensiũ. Rogo quamobrem factus sit sui dissimilis. Negat illic esse locum explicandi. Nam absoluebat, opinor, pensum precum uespertinarũ. Abeo, & pergo facturus id cuius gratia uenerã. Aliquãto post in ferijs Paschalibus utrięq; prãdemus apud Hadrianũ hebræũ. Lei uultus erat parũ alacer. Sed tamẽ illic locus nõ erat hiscere de rebus cõmentandi. Ego nihil atrocioris mali suspicatus, repeto Basileam, æditurus denuo nouũ testamentũ, nihil oñino mecũ adferẽs Leicarũ annotationũ præter unã pagellã, in qua describi curauerã quæ ille annotarat de genealogia Christi secundũ Lucam, q̃d res esset plixior, & tũ mihi nõ suppeteret ociũ relegẽdi quæ sunt apud Anniũ, Philonẽ, Ambrosiũ, ac Hieronymũ. Nec tamen ea mihi fuit usui, atq; utinã fuisset. Latuerat eñ inter schedas, nec unquã repta est, nisi eũ excusis oñibus parare redituũ. Eã duobus amicis tũ ostendi, Capitoni, & Oecolãpadio. Eram mutaturus chartã excusam, sed illi mecũ negabant esse, cur q̃q; mutaret. Hæc nõ alijs argumẽtis docere possum, quã testimonio duorũ famulorũ, Ioãnis Houij, & Iacobi Nepotis, q̃bus nihil chartarũ erat occlusum. Porrõ Basileæ totum annotationũ opus, rursus à capite, q̃d aiunt, usq; ad calcẽ recognoui, magnisq; auctarijs locupletaui. Sciunt me nihil mẽtiri, qui tũ me familiariter utebant. Iam pars

operis, quę cõplectebaꝫ annotatiões, erat absoluta, altera nondũ cœpta. Nõ eñ uisum est Frobenio, ante nũdinas absoluere. Ita redeo Louaniũ periculose laborãs. Vbi sũ factus aliquãto recreatior, audio rumorẽ esse sparsũ atrocem, Eduardũ Leum innũeros locos taxasse in meis annotationibus. Demiror qd rei sit, & uix credo, non ignarus etiam extra bellũ esse multa inania. Hominẽ ad collo quiũ euoco. Expostulanti fateꝫ ille sibi trecẽtos locos notatos, cũ ego ducẽtos dũtaxat accepissem ex rumore. Rogo qd accidisset, ut ex tali amico subito factus esset inimicus. Adducit causas tres. Primũ q̃d nescio qs ex Anglia scripsisset ad me, cauerẽ à theologo, q̃ dicto se designatũ interpretabaꝫ. Deinde expostulabat, q̃d se, puocasse mad dialecticã, quod hulcus nunc etiã refricat. Postremo q̃d ꝓtẽpsissem suas annotatiões, minutias, ac nugas uocãs. At primũ tum respõdeo, id q̃d res erat, neminẽ ad me dedisse literas unq̃, quę Lei meminissẽt, siue in bonã partẽ, siue in malã. Ad secundũ æque uere respõdeo, me nunq̃ puocasse eũ ad dialecticã, sed in familiaribus colloquijs effutisse me quendã nostratiũ dixisse. Veniat ad nos Leus, docebimus illũ dialecticã. Necis tamẽ id dixerat a malente, sed ludẽs, nec à me narratũ est odiose. Ad tertiũ, rogo num contemnere uideretur, qui pro singulis schedis gratias ageret, per ministrum, perinde quasi pro magno officio, ita ut à me factũ nouit Leus ipse, nec inficiaꝫ. Et sane nõ inficior officiũ fuisse. Pro studio certe debeo. Annotationes, quas tum impartijt, haud equidem numeraui, sed erant pleræq̃ minutæ, ac de rebus minutis, ex q̃bus admodum paucæ mihi fuerunt usui, & hactenus fuerunt, ut loca quæda attentius relegerem, quaꝝ una fuit de sponso & spõsa, altera de principio in Ioanne. Et tamẽ ꝓ omnibus gratias egi, quasi ualde ꝓfuissent oẽs. Neq̃ eñ fieri potuit, qn multæ essent iam supuacaneæ, nimiꝝ ope maxĩa ex parte absoluto, nisi forte putat nullos mihi esse oculos,

oculos, neq; quicq; actum tot autoribus relegendis, totiés conferendis exemplaribus. Nam Augustini, Ambrosij, Hilarij, Hieronymi, Chrysostomi, Theophylacti libros, si non excussi, certe percurri huius negotij gratia. Testatur hoc posterior æditio, crebris horum nomenclaturis. Ad hæc negabam me meminisse, quod eas appellassem nugas, ac minutias. Et si maxime appellassem, non esse causam, cur ex amico fieret hostis, præsertim citra expostulationẽ. His ita dilutis, rogo quid decreuisset de locis à se annotatis. Ac primũ hortor, ut animo Christiano sua cõmunicet, me si quid esset grauioris momenti correcturum, mea iactura. Nam sic altera pars operis erat excusa, ut totũ opus intra sex menses non esset proditurũ. Me ingenue testaturum, cui lector hoc cõmoditatis deberet. Hoc ubi negasset, ad proximũ uenio. Veniremus in rem (ut aiunt) præsentem, & uolumen annotationũ posteriorum (nam uolumen unicũ mecum aduexeram) conferremus cum illius annotationibus. Cum ne id quidem illi probaretur, paruoco ut librum euulget cõmuni periculo. Cum ille negaret id fore ex dignitate mea, respondeo me malle eã subire aleam, quàm inuidia rumoris diutius premi, qui sæpenumero ita re maior est, ut umbra corpore. Hic ille cœpit ad arbitros prouocare. Ait se de episcopo Roffensi meminisse, non refragor admodum. Mihi sane nõ liquet, certe de Atensi memini. Hic nõnihil hærebã, sic mecũ cogitans, Si recuso iudicẽ, offendam Atensem, sin accipio, uidebor opus iam æditum denuo in iudicij discrimen reuocare. Ecquid opus est uerbis? Sic erit amicus Atensis, ut illi non fiderem toto pectore, uidelicet monitus alieno periculo. Respondeo nõ opus esse iudice Atensi, cum ille iam semel de opere pronuntiasset. Etenim paucis ante diebus, quam me ad iter accingerer Basilienſe, D. Atensis ad cœnã uocat. Aderat M. N. Nicolaus Edmondanus, ac Ioannes Lodouicus Viues. A cœna nonnihil

semoti colloquimur. Aio me proficiſci Baſilæam, rogo moneat, ſi quid admonendũ uideretur. Nam id ante tres menſes roganti mihi ſe facturum promiſerat, & quidem fraterna, ut aiebat, ſyncerítate. Reſpõdit ſibi totum opus eſſe perlectum, uiderí doctum iuxta ac pium. At malim inquam admoneri, quàm laudari. Repetit eadem. Cur igitur, inquam, quídam uociferati ſunt in opus meum, ſiquídem eſt quale tu prædicas? Erãt inquit, fateor, multa delata ad me priuſquam legerẽ. Vbi legí comperí rem ſecus habere. Quídſis æditurus neſcio, quod æditum eſt, mihi ualde probatur. Cum reſpondiſſem hic omnia fore meliora, adiecit, oro ut iſtis ſanctis tuis laboribus ſtudeas bene mereri de repu. Chriſtiana. Quod narro ſic habere, non inficiatus eſt Atenſis. Nam expoſtulanti mihi, quod opus antea ſuo calculo comprobatum, nunc uerſo, quod aiunt, pollice improbaret, negauit ſe mutaſſe ſentẽtiam. Atqui non mutas, inquam, cũ probas annotationes Lei, meo operí aduerſantes? Probo inquit quaſdam illius annotationes, nec ideo protinus improbo tuum opus. Velut tu inquit, quædam annotaſti in Thomam, nec ideo tamen non bonus autor eſt Thomas. Sed ad ordinem narrationis redeo. Cum dixiſſem Leo, quid opus eſt rurſus Atenſem iudicem facere, cum ille ſemel pronunciarit, & pnuntiarit tam cõſtanter? Reſpondit tanquã familiarius rem ſeriã dicturus. Si ita dixit Atenſis, ergo mutauit ſententiam. Eſto inquã, mutarit, mihi magis libet fidere priori, quam integer pnuntiauit, quàm huic, quã nunc laturus ſit, per te menſes aliquot occupatus. Cæterũ cũ Leus urgeret, & oñino iudicem uellet, age inquã, ne hoc quidem recuſo, modo uelit negotiũ ſuſcipe, tametſi iniquũ eſt. Vtrem in pauca conferam, neu te tædio enecem, optime lector, cum Atenſis poſceret tres menſes, foreq; proſpicerem, ut interim opus nouũ penderet ſub iudice, tanquã reum, nõ ſine graui diſpẽdio Frobenij, negaui tãdiu poſſe

posse rem differri. Nam opus breui proditurum, uellem, nollem. Itaq; Atensis librum remisit. Deinde rursus ago multis modis, ut Leus mihi suum librum communicet. Ille nihil minus, quàm hoc exorari potuit. Verùm efflagitat, ut meum exẽplar ipsi cõmitterem. Et facturus eram ni quidam, me nasutior, submonuisset, nihil aliud agere Leum, quã ut hinc suas annotatiões redderet aduersum me instructiores. Pròinde negaui æquũ esse, illi me credere librum meum, qui mihi non crederet suum. Itaq; nihil actum est hac quidem in re. Atensis tamen constanter in hac fuit sententia, nec apud me tantũ, sed apud alios etiam testatus est, æquũ sibi uideri, ut Leus mihi suas annotationes cõmunicaret, quas in me scripsisset, atque illum parum se dignũ facere. Interea uelut aura auctum incendium, indies glisscit rumor, dira minitantibus, qui Leo fauere uolebant uideri. Vt solent ad huiusmodi tumultus concurrere, qui pugnam hinc atq; hinc accendant. Liber opera scribarum in exemplaria complura propagatur. Nam sexies Louanij fuisse descriptum, & ipse fatetur Leus. Primũ apud Martinenses, mox apud Minoritas. Postremo apud alium quendam sæpius descriptus est. Mittitur in Angliam, primum ad unum atq; alterum, mox ad plures, sic ut nullus esset, nec hic, nec apud Anglos, qui nesciret Leum in me scripsisse trecentas annotationes. Ego interim technis oẽnibus uenor librũ, nullas non tendens insidias, uidelicet quo paratior essem ad respõdendum, si quando ille sua euulgasset. Sed frustra omnia, nã ille non paulo uigilantior erat in celando, quã ego in uestigando. Tentatus est scriba ille tertius, promissa pecunia. Cœperat apud Atensem describi. Olfeceram, & iam duas pagellas interceperam, habiturus & cæteras, ni ex meo colloquio suboluisset Atensi, scribam non sat bona fide celasse rem. Id ubi sensit Leus, ab Atensi repetit codicem. Adnisus est meo hortatu, ille quoque quem Leus

proditorem uocat, ut librum suis epistolis à Leo eliceret. Datum est negotium in Anglia non paucis. Hic mei laqueos alios alij tendunt, nec quicquã profectum est. Tãdem amici, qui mihi sunt apud Angloscum Leo cõmunes, illud agunt scriptis ad utrũq; literis, ut inter nos instauremus ueterem amicitiam, Leus librum suum premat, ego ueterum iniuriarum obliuiscar. Viderant opinor librum eiusmodi, ut magnũ aliquod incendium excitare posset, præsertim in ea conspiratione, quæ tum feruebat, hodieq; feruet aduersus bonas literas. Ego tametsi non crederem fore, ut Leus perpetuo premeret annotationes suas, neq; non uiderem me, presso uelut in meam gratiam libro, (Id enim odiosissime passim iactabãt Lei fautores,) magis etiam grauatum iri, rumore ac suspitione, tamen amicorum uolũtati me permitto. Coimus in colloquium Leus & ego, rursus ago, quantum possum, ut libri faciat copiam, me æditurum, si uellet, non æditurum, si nollet. Cum ille nullis rationibus flecti posset, rogo tandem, quodnam esset mihi futurum præmiũ sartæ cum illo concordiæ, quando futurũ esset, ut rumore magis etiam premerer, & alioqui nihil ad me fructus esset rediturum. Si hic esset fructus instauratæ amicitiæ, me præoptare simultatem. Tandem pollicetur se capita annotationũ mihi communicaturũ. Roganti cur non eadẽ opera cõmunicaret & librum, respondit inesse quæ mihi mouerent stomachum. At nunc non mouent, inquã, cum ab alijs legunt? Malim apud me mihi dicas conuiciũ, quàm apud alios. His ubi nihil ille cõmoueretur, rogo ad quẽ diem esset cõmunicaturus ea capita. Obticuit. Iterũ roganti, nihil respondit. Ego suspicans, ne hoc quidem facturũ quod promisisset, aut si fecisset, quædam modo designaturũ, quæ non multũ ad rem pertinerent, non exegi, fateor, quod promiserat. Interim ubi nullus esset neq; modus, neq; finis iactandi trecentas annotationes, cœpi odiosi-

odiosius etiam, prouocare ad æditionem, primũ uerbis, mox per epistolã æditã, sed quæ sic haberet nõnihil aculeorũ, ut Leum extimulare posset, atrũ facere non posset. Extat epistola, ut in pcliui sit doctis & integris de ea iudicare. Et tamen multo antequã hæc prodisset epistola, Leus iam tentarat librum suum cõmittere typographis, ꝓuocatus, ut ait, nescio qua syngrapha affixa foribus ipsius, quæ nescio quid habebat in illum conuicij. Quæ res mihi uehemẽter displicuit. Fortassis id qui fecit, fecit uel odio Lei, uel mei studio. At ego ut sciebã, ita sæpe testatus sum, hisce rationibus nihil aliud effici, quàm ut grauarent causam bonarum literarum, & aduersariorũ causam redderent meliorem, denicꝫ alienarent ab se bonorũ uirorum animos, quibus oportebat nos modestia, ciuilitateꝫ cõmendari. Tẽtauit primũ Antuerpiæ, gaudebã, sperãs fore, ut aliquæ paginæ recentes etiamnũ uenirent in manus meas. Necꝫ enim alio consilio cupiebam scire, cuius officinæ opera Leus uteretur. Egerat cũ Hillenio, is mihi per eruditum iuxta atꝫ integrũ uirum D. Nicolaum Buscoducensem significauit, se nihil excusurũ eiusmodi, nisi meo permissu. Respondi primũ, me nec hortaturũ illum ad ædendum, nec impedimento futurũ, etiãsi cuperem exire librũ. Tantũ admonui, aduigilarent amici, ut ilico mihi fieret paginarꝫ excusarum copia. Atꝫ ita respondi, ne Leus queri posset apud suos, me autorẽ fuisse æditionis. Necꝫ ẽm addubitabã, quin liber esset prope diem in lucẽ exiturus. Addo mihi nõ ingratũ fore, si res ad sesquimẽsem differretur. Nam tum totus eram in absoluenda paraphrasi epistolarũ ad Titum, ac Timotheũ, uidelicet ut mihi esset ocium respondendi. Respondent, etiamsi id non monuissem, tamen ante natalem Christi, nihil futurum fuisse. Vbi uideo rem nõ succedere, adhortorut pergant, mihi gratissimũ etiam futurꝫ. Fatetur hæc esse uera typographus, uir necꝫ stultus, necꝫ male fidei,

restantur meæ ad Nicolaũ Buscoducẽsem literæ. Deinde agit cũ Gallo typographo. Rursus gaudeo, qd mihi maior etiã esset spes illum corrũpendi in hoc dũtaxat, ut paginas excusas cõicaret. Mitto q explorent, cõperio rem cœptã fuisse, sed rursus intermissam. Doleo, & accerso typographũ. Hortor ut instauret negotiũ. Ille nihil nõ promittit. Quid hic referã lemmata, quæ cõgerit Leus in posterioris apologiæ calce, qua respõdet meæ ad Thomam Lupsetũ epistolæ, rem ut aiũt, denuo ab ouo repetẽs, quę nec ego potui sine risu legere, nec quisq opinor erit, tã patiens, aut otiosus, q sustineat me uel referentẽ, uel refellẽtem. Famulus tuus uisus est ingredi typographi ædes. Quæro qd egerit, Abiurat typographus, Mox mutat pacti fidẽ. Aiunt allatã ad te primã chartulã. Dolum meditatus est typographus, sed abs te pellectus. Aliaq pmulta his ad similia. Quid uiderint alij nescio, chartã ipse nõ uidi. Et tamẽ uidere cupiebã. Quin & hoc negotij dederam amicis, ut si possent efficerent, ut mihi mature uoluminis excusi fieret copia, ut impediret ædito nunq egi. Atq hic rursum Leus utit arte sua. Qd alia dictũ est occasione, ad hãc causæ partẽ accõmodat. In primo illo colloquio, quẽ ad modũ narraui, cũ ille duas priores cõditiões nõ recipet, puocaui ut æderet librũ. Hac de re, cũ ille altero quodã colloqo mecũ expostularet, qd, pcacit, puocassẽ ad æditionẽ, id sibi esse ęgre, respõdi id qd res erat, me nõ simplicit puocasse ad æditionẽ, sed dixisse, citius curaturũ me meo sũptu, ut exiret opus, q cõmissũ, ut eo rumore grauarer. Quid hoc ad præsens negotiũ? Nondũ id tẽporis quicq agi cœptũ erat cũ typographis. Sed audi, te quæso lector technã hac etiã magis bellã. Possem ingt nominare, cui dixisti, iam pœnitere te, q æditionẽ libri impedisses. Et huius dicti autorẽ uult uideri grauiorẽ, atq etiã mei studiosiorẽ, q qui uelit quicq mẽtiri, præsertim aduersum me. Quis hic nõ statim putet rem euictã esse?

Non infi-

Non inficior me tale quiddã dixisse, me impedimẽto fuisse, q̃ minus Antuerpiæ excuderet, q̃ nõ dissimularim me captare, ut è manibus operarũ chartæ mihi traderentur, opere nondũ absoluto. Idsi nõ sub odoratus fuisset Leus, liber Antuerpiæ fuisset excusus. At magis in rem meam erat illic excudi, q̃ alibi, pcul, q̃d postea factũ est. Ita ut dixi res habet, nũc ppendat prudẽs lector, q̃ hic scite Leus linũ, q̃d aiũt, lino cõnexuerit. Talibus lẽmatis me redarguit impudẽtis mẽdacij. Nec multo melioribus docet, q̃ minus pactio cũ Hillenio cœpta, pcesserit. Ambiebat Hillenius opus, tantũ (ut ipse ait) lucrũ, ex eo facturus, post horulã mutatus recusauit, non dubiũ inqt, quin abs te actuis, aut pecunia corruptus, aut minis deterrit⁹. Ac mox quasi rem ad amãtinis argumẽtis euicisset, me appellat, rogãs ecqd pudeat tã impudentis mẽdacij, q̃ dixerim me dolere, q̃ res ad nihilũ reciderit. Atqui hæc cũ legeret Hillenius ipse, magis etiã & demiratus, & indignatus est, hẽc tã impudẽt in se cõfingi, ac meditat actionẽ iniuriarũ. Pergit linũ lino connectere. Reliqui Antuerpiã, Tu, pximo cõsequeris curru, Descẽdisti, inspexisti currũ meũ, Testis unoculus. Hæc cũ legerẽ, non aliter eram affectus q̃ si qs mihi narrasset somniũ. His atq; huiusmodi argumentis putat satis liquere, me technis obstitisse, q̃ minus pactũ sit aliqd cũ Hillenio. Nisi q̃ hẽc essẽ uera, sedulo negat Hillenius. Porrò cur ille mutarit sententiam, si tamẽ mutauit, ipse si libet, respõdeat. Ego cũ illo nihil egi, nec q̃q̃ alius, me certe cõscio. Verũ operæ preciũ est excutere, duo cauilla, quæ lẽmatis admiscet. Vnoculum uocat meæ gloriæ preconẽ. Significãs opinor, mihi nõ esse precones alios. Nã illum ut lordidũ quempiã induxit. Ego sane nec mereor precones, gloriq̃ meq̃, nec affecto, q̃ppe qui sentiã me laudibus huiusmodi onerari uerius, q̃ honorari. Verũtamen cũ obscurũ non sit, quales in re litteraria pceres, q̃t, quãtaq̃ dignitate præcellẽtes uiri, usq; ad

Cardi-

Cardinales, atq; ipsum etiã Romanum pontificẽ, ne qd dicã de primatibus ac regibus, me frequenter, & scriptis suis ornarint, & uoce, q̃rsum attinebat cauillari in Vnoculũ gloriæ meæ præconẽ? Si meos præcones contẽnit Leus, quæso q̃s, pducet suos? Qd' si clamitabit indignũ me talibus præconijs, plane mecũ sentit. Sed interim q̃rsum opus erat tã intẽpestiuo cauillo? Huic non admodũ dissimile est q̃d addit, eo cõsilio rem p̃ me dilatã in diem quadragesimũ, ut post absolutã Paraphrasim, concinnarem epistolã ad Lupsetũ, q̃ fucis ac mẽdacijs oĩm animos occuparẽ. Sic em̃ senem & canũ subinde alloquit̃ iuuenis modestiæ pene immodicæ. Atqui de epistola, tũ ne somniabã qdem, sed ea res multo post in mentẽ incidit, ex occasiõe literarũ, quas amicus quidã scripserat ex Anglia, de rumore formidabili undiquaq; sparso, nõ sine periculo meæ opiniõis apud multos, q̃ crederẽt annotationes Lei, lõgeq; essent λειποτέρας. Deinde sic meminit de cõcinnanda epistola, quasi mihi ad eã aut similẽ epistolã nõ satis sit diei dimidiũ. Quærit̃ simili dolo sese excluſũ ab oĩbus officinis Germaniæ, si uellet suæ saluti consulere tum. Ridebũt hæc cum legẽt ij, qui Coloniæ meas habẽt literas, q̃bus admoneo, uigilẽt, ut q̃d excusũ esset ad me deportaret̃ ne uero impedirẽt æditionẽ. Iam Theodorici fidei diffidebat, q̃ mihi sit tã iuratus. At qd appellat fidem, bona fide sequi exẽplar? In eo si qd esset admissũ, poterat ipse castigator operis obsistere. Sin bona fide gerí putat, q̃d celat̃, ut subito uelut ex insidijs erũpat liber, quãdo hoc unq; à me factũ est? Si sic fidebat suo libro, ut nõ metueret responsionẽ, cur tantopere uolebat celatũ? Sin diffidebat, quantulũ hoc erat lucri, ad pauculos dies inanẽ triumphum agere? Atqui cum tã sollicitus fuerit Leus, ut in occultissimo quopiã nido poneret hoc ouũ, q̃d plusq; biennio parturierat, ne quisq; sentiret pullum enatum, nisi posteaq; esset iam factus uolucris, q̃s nõ intelligit

tellígit íllũ hoc captaſſe, quod míhí ímpíngit, ut me nondum ad reſpondendũ parato, príor ípſe lectoꝝ animos occuparet? At uel hoc argumento ſatís colliget prudens lector míhí non fuiſſe líbrum Lei, quod ípſe toties repetit & inculcat, quaſi quod per ſe falſum eſt, uerum reddi poſſit ſæpius iterãdo. Si míhí uel quíndecím díes fuiſſet exemplar, antequã excuderetur, ne ſex quídem díes ílle lucrífeciſſet. Sed præſtat hís omíſſís, ad inſtitutã narratíonem recurrere. Rebus ígitur hoc loco ſtantíbus, data opera per Anglos, rumor eſt ſparſus Louaníj, & ne quíd íllís díffiderem, perſuaſum eſt & meís, ut ípſí decepti me deciperẽt, Lei líbrum formulís excudí Bonnæ, ídeſt oppídũ ſex mílíbus paſſuũ ſupra Coloníã Agrippínã. Ego quí & ante nonníhíl ea de re ínaudierã conſtanter nego, míhí uíderí ueríſímíle. Necꝫ emꝫ ſat tutũ eſſe íllíc rem aggredí, Síquídẽ nec Antuerpíæ ſat tutum erat futurũ, ſí cognitũ fuiſſet, líbrũ uſcꝫ adeo eſſe ímpotentẽ. Verꝫ omíbꝰ uno ore aſſeuerãtíbus, ut rem cõpertam, emãdo íllucnũcíum meo ſumptu, ſcríbẽs amícís, ne rem ímpediãt, ſed aduígílent ut míhí mox eíus portíonís, quæ íam eſſet excuſa, fíeret copía. Id eſſe uerum líteris ad amícos mea manu ſcríptís, atcꝫ íllorꝫ uícíſſím ad me doceri poteſt. Porrò ís rumor, hoc cõſílío ſparſus erat, ut me à ſuſpítíone Pariſienſís æditionís auerterent. Tãdem líteris e Lutetía redditís, íntellígo íllíc excudí uolumen. Protínus & íllucle go quẽdam cum líteris, ad Nícolaũ Beraldum admonẽs ne qd ob íd factum, eſſent moleſtí cuícꝫ Anglorũ. Míhí cum uno Leo rem eſſe, cæterũ gentem eſſe chariſſímã, ad hæc ne quís ſtílũ acueret ín Leum conuícíjs íllum aggrediens, etíamſí non dubítarẽ, quín líber íllíus ſcateret conuícíjs, tantũ curarent, ut míhí cũ prímís uolumínís fíeret copía. Hæc níſí doceri poſſunt líterís ad Beraldũ ſcríptís, nõ recuſabo haberí, qd me Leus uocat, nẽpe mendaciſſímus. Sed anteaquã de Pariſienſí æditíone reſcíſſem red-

ditæ ſunt mihi literæ à R. patre epiſcopo Roffenſi, quibus aperit uir optimus, prudens quidem & amicũ conſilium atq; etiã ſalutiferum, ſi in tempore fuiſſet datum. Et quod ad me ſane pertinebat in tẽpore datum erat, niſi literæ illius diutius heſiſſent in manibus negociatorum. Id erat huiuſmodi, Ne periret fructus mei laboris, q̃ de Chriſtiana eccleſia optime, ut aiebat ille, meritus eſſem, ſibi uideri cõſultum, ut Leus perſuaſus ab amicis, mihi faceret copiam ſui libri. Deinde res ita tẽperaretur, per aliquos idoneos, ut & eius annotationes exirent citra mei nominis iniuriam, & ego uiciſſim ita temperarem reſponſionem, ut ne quid lederem famam Lei. Nam rumorẽ eſſe tam late ſparſum, ipſa etiam re ut fit atrotiorem, ut expediret magis euulgari, quam præmi quæ ſcripſerat Leus. Non poterat rectius dari conſilium nec à cõmuni amico, utriq; noſtrũ amicius. Atq; utinã idem in mentẽ ueniſſet ijs, qui me diſſentiẽte librum præmi maluerant. Sed paucis ante diebus quã hæc reddita eſt epiſtola, mea iam ad Thomã Lupſetum exierat in uulgus, & ante hanc æditã Leus ſuũ librum miſerat Lutetiam. Itaq; tametſi ſcirem propemodũ ocioſum fore, tamẽ uiſum eſt hac de re cum Leo miſcere colloquiũ. Habes optime lector, negotij ſummam, in qua ſi uerbũ affinxi ſciens, in meũ ipſius caput imprecor, quicqd dignũ eſt homine uaniſſimo. Non inficior me hominẽ eſſe, multis obnoxiũ uitijs, certe uanũ me nullus adhuc neq; cõperit, nec appellauit ante Leum, qui me nõ uno in loco mendaciſſimũ uocat, non opinor quod ita ſentiat, ſed quo plus fidei ſuæ aſtruat narratioi, ſi mihi fidẽ ademerit. Nã qui hactenus me norunt, citius incuſant, immodicæ cuiuſdã libertatis ac ſimplicitatis, quã mendacij. Neq; uero regero crimen in Leum, poteſt fieri, ut aut nõ meminerit, aut ſibi ita pſuaſerit, etiãſi hoc ipſe, ne quid dicã dolo, mihi uix pſuadeo. Vnũ illud habe pſuaſiſſimũ æquiſſime lector, quicqd ab hac mea narratione

ratione dissidet, à uero dissidet. Perspectũ est hoc ijs qui uel uiuunt nobiscum, uel mutuis literis subinde confabulantur. Iis qũidẽ nihil opus erat narratione, nec illis hæc scribimus, alijs scribimus quibus neuter nostrum propius est cognitus si quis tamen omnino lecturus est hasce nænias, tam frigidas ac puerĩliter rixosas. Nunc carptim attingemus quædam ex illius narratione, & quod uerũ est ingenue fatebimur, quod secus diluemus, aut certe negabimus principio, quod tam improbis precibus toties repetitis, quod toties admotis incantamentis, toties tensis pedicis ac laqueis, tandem illum adegerim, ut intermissis præclaris illis studijs suis ocioq; dulcissimo, susciperet prouintiam admonendi mei, mihi crede lector rhetorice magis quàm uere, uerbis exaggeratum est, nisi forte preces improbas appellat, quod subinde gratias egi promissis schedis, ciuiliter agnoscens etiam qualecũque officium, cum ille me mortalium omnium ingratissimum appellet, fortassis ob id quod in posteriore æditione nullam illius fecerim mentionem, quod tamen nec ille petijt unquã, nec ego sum ausus facere, incertus uellet ne sui fieri mentionẽ in opere, quod uidebatur expositum inuidiæ multorũ. Interim illud mihi ppende lector, quã hic inique mecũ agat Leus, testatã alicubi se reiecisse delatã à me immortalitatẽ, nimirũ sentiens se nolle fieri sui mentionẽ in meis scriptis, & tamẽ toties ingratitudinis extremæ reum pagit, q dissimulẽ p quẽ tanto pẽ pfecerim. Religio mihi fuisset illius nomẽ inserere libris meis, etiã si nec annuisset, nec recusasset, nũc quæ fuisset improbitas id facere, illo fieri uetãte? Postremo (ut ingenue dicam) mihi non uidebaꝫ id q̃d ex illius schedis accesserat, satis habere momẽti ad hoc, ut eius nomen inserere rẽ. Hic scio rursus me clamabit ingratũ, qui studio eleuem illius in me beneficiũ. Agnosco conuiciũ, nisi primæ illæ schedæ, q̃s apd̃ se seruat mea manu notatas, si uelit ostẽdere,

plane declarabũt primas illas annotationes tum paucas fuisse, tum ieiunas. Quas utinã, sic ut tum erãt ædidissent. Quod si has mihi cõmunicasset, in quibus pugnat mecum omi armorum genere, in quibus admonet tam seuere, obiurgat tam acriter, incessit tam inimice, uociferatur tam seditiose, dubitãdum non est, quin & ad hæc fuerim nonnihil responsurus, Cum ad alia, tum minutiora, tum mitiora responderim. Imò nihil addubito futurum, quin eruditi, quibus est nasus, sensuri sint, quicquid in hoc libro Lei, neruosius est, ac solidioris eruditionis, sibiq; cõstãs, aut quicqd est stili cultoris, ac magis æquabilis, alienum esse. Inficietur hoc Leus, quantũ uelit, ego meã coniecturam suis aperiã locis, cui nolim esse quicq; põderis, nisi doctorum hominũ calculis approbet. Sed ut ad rem reuertar, Etiamsi Leus nõ uetuisset sui fieri mentionem, tamen non existimabã esse causam, satis grauẽ cur id facerem. Præsertim cum & alij monuissent nonnulla, longe maioris momenti, quorũ tamen non sum ausus facere mentionem. Quod si mihi nomẽclatura facienda fuerat omniũ, quorum admonitu nonnihil accessisset æditioni famuli mei fuerant cum honoris præfatione nominandi, quibus negotium dedi, ut in annotationibus ordinẽ inuersum restituerent, aut nõnunquã Græca cũ Latinis cõferrent. Sed de hoc alias erit dicẽdi locus cõmodior. Iam nõ est necesse refellere, q̃d scribit me accitis palponibus meis protulisse schedam, ipsius annotatiõibus plenam, quo illum deridendum propinarẽ, cum ipse fateatur ex animi sui coniectura loqui sese. Neq; enim illius chartas cuiquã unquã ostendi, nec insectatus sum apud amicos, imò perpaucis hac de re meminerã. Candide prædicans hominis ingenium, cum Theologis etiam expostulans, quod non agnoscerẽt, quid honoris Leo deberetur. Horum si nõ meminit Leus, meminerunt Theologi, quibus illum non semel cõmendaui. Porrò q̃d addit me præsti-

gijs

gĩjs ac blandicĩjs meis, neſcio qd pollicitatiõis adiecíſſe, nõ ſatis intelligo qd ſibi uelit, niſi quod ſuſpicor id eſſe, qđ alibi, ludos (ni fallor,) faciens dicit, me ſibi immortalitatẽ fuiſſe pollicitũ. Et fieri poteſt, ut in domeſticis collo quĩjs tale quippiã effutiuerim, at non ſum tã inſolens, ut talia ſerio promittam. Necꝫ em̃ ſcriptis meis tantum tribuo, necꝫ tãti eſt apud me illa, qualis apud poſteros memoria, nec ea fortaſſis in longũ duratura, ut immortalitatem eſſe putem. Ait ſe nũncꝫ miſiſſe ſchedam alterã, niſi priori reſpondiſſem. Imò paucis reſpõdi, atcꝫ adeo ne reſpondi quidẽ, ſed extempore neſcio quid annotaui, quo placarem illum, ut mihi tum uidebatur, efferueſcentem, quæ qua ciuilitate ille prodiderit in lucem, aliorum eſto iudicium. Satis em̃ uidebat illa nulli ſcribi, niſi uni, præſertim cum ipſe ſuas annotatiões interim adornarit, meas pluſquã extemporarias nænias, fortaſſis etiam depraua tas euulgarit. Quod ſi ego primas illas ſchedas furtim deſcriptas, curaſſem euulgandas, quæſo quos tumultus mihi conciuiſſet Leus? Nec eſt quod de octo quærat annotationibus, cũ ego non admodũ multis reſponderim ſi modo hoc eſt reſpõdere. Quod ſi mihi non impartijt, niſi octo ultra numerũ earum quibus reſpondi, proferat chartas mea manu notatas, & res ipſa declarabit illũ longe abeſſe à centum & quinquaginta. Sed longius etiã abeſt à uero, quod ſubijcit, & in annotationibus ſuis identidem inculcat, mihi totius annotationũ libri factã eſſe copiam perſcribam quendam, quẽ alias proditorem appellat, ſacerdotẽ, integrum, ac quod ipſe non ignorat, pbatæ religionis, idcꝫ eſſe factum, anteꝫ abirẽ Baſilæã, nouũ teſtamentũ denuo æditurus. Eũ pditorẽ q noſſe uelit indicabo. Is ꝺd affirmat Leus, cõſtantiſſimo uultu pnegabit, aut certe impudẽtiſſime mentiet, ꝺd alienũ fuerit, ab illius moribus. Imò nuncꝫ reſciui librũ ab illo fuiſſe deſcriptum, priuſcꝫ hoc ante paucos ab hinc dies diſcerẽ ex col

loquio Lei. Nam proditor ille mihi factus amicior, tandem fassus est, apud se fuisse librum Lei, descriptũ fuisse dissimulauit, metuẽs opinor, ne q̃d me offenderet. Is reuerso Basilæa, post mẽses aliquot unicã dũtaxat annotationẽ mihi cõmunicauit, quã unã sibi seruarat, q̃ illic uiderer iniqor Augustino, cui tum impẽse fauebat ille, uelut addictus illius instituto. Eam mihi esse, nec apud Atẽsem dissimulaui, nec apud Leum. Nã hanc ex oratione mea moderatus est, in æditiõe sui uoluminis. Porrò quid proditor ille scripserit Leo, nescio. Certe negotiũ dederã ut aliqua techna librũ eliceret. Eam ad rem quid ille cõmẽtus sit, nec ipse mihi narrauit, nec ego p̃cõtatus sum. Fortassis ille scripsit, q̃d Leus ait, me dixisse, mihi librũ missum ex Anglia. Et tamẽ hoc Leus ita narrat, quasi sit actũ anteq̃ irem Basilæã, cũ p̃ditor ille nihil huiusmodi tẽtarit, nisi me reuerso una cũ annotatiõibus meis absolutis. Nam id tẽporis, nec librũ uenabar Lei, nec imaginabar illi plures esse annotatiões, q̃ mihi cõicasset. His affine est illud, q̃d scribit se nominatim citare posse duos testes, alterũ theologiæ canditatũ, alterũ publicũ p̃fessorẽ, q̃ sæpenũero testati sint, audientibus aliquot Anglis, se uidisse librum annotationũ Lei apud me. Si uerũ narrat Leus, aut illi oculos plus quã lyncei habeant oportet, q̃ hoc apud me uiderint quod apud me tũ non erat, aut ego uere sim, q̃d me facit Leus, id est, mirus præstigiator, qui falsa rei absentis imagine oculis illorũ illuserim. Fieri potest, ut Viues, aut Alardus, nã hos duos designat opinor, schedam aliquã Lei apud me uiderint. Nam hos aliquoties nõ excluſi cubiculo, idq̃ priusquã irem Basilæã, æditurus denuo nouum testamentũ. Librum Lei neuter uidit, nec ante abitũ, nec post reditũ. Imò nec alius quisquã mortaliũ. Multa prætereã oportet lector, ne sim molestior, uelut illud, q̃d negat rumorẽ p̃ se sparsum, cũ liber illius uagaret, p̃ oĩa ferme monasteria. Apd Minoritas quat

tuor

tuor dũtaxat deſcripſerant, ſed nemo nõ uidit. Iuſſi erant non cõmunicare librũ, non erãt iuſſi tacere. Idem factum eſt apud Martinenſes. Idem apud Cartuſienſes, nec dubito, quin apud alios item, niſi q̃ magis libet cõperta referre. Apud Atenſem deſcribebat, cõſcijs & famulis, & conuictoribus. Apud Anglos ita primũ fuit apud paucos, ut libro inter paucos familiares uerſante, rumorem tamen apud oẽs euulgarent. Imò. D. R. Roffenſis ſuis ad me literis nõ diffitet librũ apud multos haberi. Et poſt hæc p̃negat à ſe ſparſum rumorẽ. Præterea illud, q̃ à reditu librũ ficte à me peti ratiocinat hoc argumẽto, q̃ mihi iam liber non eſſet emendare quicquã. Imò teſtatus ſum eſſe liberũ, & id meo diſpẽdio facturum pollicitus ſum, ſi qd eſſet grauioris momẽti. Item q̃d ait nihil tum defuiſſe ſæcundæ æditioni, præter præfationẽ, & peorationẽ, cætera oẽia excuſa, ſecus habet. Nam annotationũ uoluminis deerat præfatio, & coronis, prioris uoluminis exẽplar mecum extulerã Baſilæa, nondum ſatis recognitũ, & abſolutum illuc miſi Louanio. Rurſus illud, quod ſcribit ſe mihi nunquã negaſſe librum, cũ nullius nec autoritate, nec gratia potuerit unquã perpelli, ut libri faceret copiã. Imò cum mihi tantã tribuat eloquentiã, ut poſſim q̃duis etiam hoſti p̃ſuadere, cum mihi tribuat præſtigias, incantamenta, blanditias, lenocinia, quid nõ tamẽ oẽibus his artibus non qui ui unquã perpellere hominem amicũ, ut mihi uel unũ diem impartiret utendum. Hic demirat imprudentiã meam, qui inficias eam, me quicquã uidiſſe ſuarum annotationũ, cum apud ſe ſchedas habeat, meapte manu notatas. At facile cõſtabit ueritas, ſi diſcernamus tempora. Reuerſus Baſilæa nihil uidi, meritoq̃ inficior me uidiſſe, mendax futurus ſi fatear. Antequã irem, nunquã negaui mihi cõicatas ſchedas aliquot, nec opus eſt ad eam rem euincendã meo chirographo, cum ingenue præme feram. Ad hæc ait annotationes in hoc dũtaxat

fuiſſ

fuisse collectas, ut admonerer, non ut æderentur. Id si ex animo dicit, cur petenti non cõicauit? Addit me passim apud omnes in se tum dictis, tum epistolis debacchatum. Equidem fateor me quæstum apud amicos, quod ita mecum ageret, & idem questus est amicus illius Atensis, cui Leus tantũ tribuit, imò nihil non tribuit, hoc uno excepto, quod noluerit libri sui copiã facere. Sed id feci longe moderatius, quã pro re, quãq; Leus ipse. Neq; enim me clam est, quæ de me tum dixerit, tum scripserit, & si clam esset, ex hoc libello licebat conijcere. Possem certioribus argumentis docere, quã inimice Leus aduersum me scripserit, nisi fugerem quosdã inuidia grauare. Neminẽ fere nactus sum, qui cu Leo miscuisset sermonẽ quin mihi narraret quædã ab eo dicta, quæ testarentur animũ prorsus hostilem. Quidam etiam longos dialogismos recensuerunt, quos uerisimile non sit quenquã exsese cõminisci posse. Præterea referentiũ ingens consensus. At hæc omnia Leus unica ratione diluit, eaq; facillima, deierans nihil horum uerum esse. Non sum is, qui facile credã uni aut alteri, præsertim in rebus odiosis. At demiror, si tam multi simul uno ore cõsentiunt in mentiendo. Postremo nihil de me dixerat Leus, nisi apd̃ me essent epistolæ ipsius manu descriptæ, in qbus non admodum amice de me loquitur. Porrò quod addit me de gente Britannica male tum sentire, tum loqui, quis non uidit seditiosius quã uerius esse dictum? Cui tãdem anglo uel pilo factus sum iniquior, ob Leum? Imò admonui per literas Gallos ac Germanos, ne quid ob hanc rem lederent gentem mihi charissimã. An hoc est odio Lei, de Britãnis oñibus male sentire? Imò hactenus in nullius libris crebrius legũntur Britannicæ gentis laudes, quã in meis. Non eget illa me præcone, fateor, nec ego iacto meum officium, certe meis literis factum est, ut apud eruditos uiros sit aliquãto gratiosior, quã antehac fuerit, atque posthac futura est

etiam

etiam inuito Leo. Quanquã enim ille sedulo miscet causam suam cum causa gentis, non cõmittemus tamen, ut ullis probis aut doctis uiris hoc persuadeat. Non mihi tẽpero, quin dicam aliquid arrogantius, Leus hoc me supe rat, quod Anglus natus est, Q͂ bene sit de sua gente post hac meriturus incertum. Hactenus nõ illi concedo, ut me lius sit de sua gente meritus quã ego, meriturus etiam me lius, si queam. Cæterum quod toties inculcat R. P. episco po Roffensi, permissum arbitrium, idq; me uolente Lei carum annotationũ, res ad hunc habet modum. Scripse rat ad me Roffensis, si qua librum annotationũ nanciscí posset, protinus ad me missurũ. Itaq; cum Lei frater Ant uerpiæ mecum ageret, ut sinerẽ episcopo Roffensi mitti librum, probaui, sperans fore, ut ilico mihi fieret eius co pia. Verum id ilico suspicans Leí simplicitas obstitit, ne id illi liceret. Cupiebat mihi gratificari uir amicissimus, at noluit Leo fallere fidem uir integerrimus. Id ego face re maluissem. Sed ita res urget. Nunc uideamus causas, quibus ait se prouocatũ, ut aduersus animi sui sententiã opus æderet. Erat locus in calce apologiæ, qua Latomi dialogo respondeo, mordax quidem ille, sed ita tempe ratus, ut in neminem possit recidere suspicio. Hoc nemo fuit offensus aliorũ. Solus Leus se petitum interpretaba tur. Cum ego uel inter familiarissimos negarẽ me de Leo sensisse, sed generali schemate uoluisse deterrere oẽs. Fratrí mecum agenti, respondi me hac in parte desydera re Lei prudentiam, qui hoc à me peteret, quod imprimis aucturum esset hominũ suspitionem. Nunc uix erãt de cem Louanij, qui de Leo suspicabãtur, idq;, quantũ ego deprehendere potui, Leo autore. Si quid de ea re scripsis sem, oẽibus iniecissem tacitã suspitionem. At meũ con silium, tum frater uidebatur amplecti. Fortasse non abs re fuerit locum ipsum huc ascribere, is ad hunc habet mo dum. Est alter quidam ex meris dolis, technis, fucisq; cõ

positus, consutus, conflatus, ad mẽdacia, ad obtrectatiõnes, ad glorias, ad Sycophãtias, natus, factus, sculptusq́, Qui nihil non machinatur, ut sibi celebre nomen paret apud posteros, & alios sui memores faciat, male merendo de his, q́ de oĩbus student benemereri, uidelicet uia ad parandam famam mire compendiaria, sed omniũ sceleratissima. Non dico quis sit, neq́ cuias sit, neq́ ubi gentiũ agat, nec dicturus sum, nisi ipse sese prodiderit. Quæso te lector, quid hic est, cur Leus unus omniũ debuerit cõmoueri? Commoueri potius debuit, si qd in nos æderе uellet, ita stilum moderaretur, ne quid horum in se dictum uideri posset. Qui hæc tam in genere dicta torquet in se, nimirum idem possit, & similium & prouerbiorũ meorum bonam partem in se detorquere. Hic Leus magnopere ciuilitatem in me desyderat, qui hactenus sic tẽperaui stilum meum, ut cum tam multa scripserim, ac toties sim atrocissime prouocatus, in neminẽ nominatim debacchatus sim odiosius. Cum ipse primã eloquentiæ suæ fœturã, à tali libello sit auspicatus, de quo ipse nihil pronuncio, cum in me sit scriptus, graues & eruditi uiri, tacitis apud se iudicijs, pnuntiabunt. Iam fingat aliquis, me locum eum in Leum torsisse, cur illum dicor orbi traducere, quem nulla nota designo? An totus orbis diuina re nouit, quid ego sentiã? Iam quot ait typographos uel pecunia mea corruptos, uel minis deterritos, ne librum ædерent, ipsi Typographi norunt esse secus, ac palam reclamant. Addit argumentum, quod nescio cui confessus sum me pœnitere facti. Nihil huiusce rei fassus sum nisi ipsi Leo, cui dixi me non æditurum fuisse epistolam ad Lupsetum, si Roffensis epistola fuisset in tempore redita. Nam id malebam, sic temperari rem ut nec ego magnopere lederer à Leo, & mihi liceret citra illius contumeliam respondere. Iam quo iustius uideatur sic incãduisse, impingit mihi dialogum bilinguium ac trilinguiũ,

cum

cam ego eadem facilitate possim ipsi uel illum, uel alium quemuis impingere. Rogo quid in eo libello meum est? Num phrasis? Num inuentio? Num iudicium? Vndiq; prodeunt agminatim istiusmodi nugamenta, & mihi tã occupato, libellus ineptus obtruditur? Quid alij suspicentur nescio, meæ ad amicos literæ testabũtur olim, me multis nominibus huiusmodi libellos detestatum esse, & detestari, qui ut nihil aliud, onerant causam bonarum literarum, quibus unice faueo. Pròinde non est meum ei libello patrocinari, patrocinetur qui cõmentus est. Ipse qui sit nondum rescire potui, si scirem admonerem, ut à talibus ineptijs posthac temperaret. Atq; hic sane lubens appellarim, qua fronte ausit mihi rem tam inuidiosam impingere? Cum ne leuissimũ quidem habeat argumentum, quo id doceat. Et hoc facit apud uniuersum orbem, (Nam testatur orbi scribere se) quod si qs faciat apud iudicem unũ, nemo laturus sit. Quid Germani Leo scripserint, aut minati sint nescio. Qd ego monui, puto me amice fecisse, an prudẽter fecerim nescio. Hic laudibus effert Germanũ quendam iuuenẽ, adprime doctum, reliq; sq; Germanos oẽs, qs oĩm bonarũ principes literarũ appellat uidelicet ut illos sibi cõciliet. At nõ sunt adeo stupidi Germani bonarũ literarũ principes, ut amẽt hominem, qui fabulã hanc ædiderit orbi, qua nõ alia fuit unq; iucũdior bonarũ literarũ hostibus. Non est usq; adeo facile, in animos eruditorum hominũ irrepere. Ego tot æditis uoluminibus, de studijs optimis studui benemereri. Multi fatentur se nonnullã ex meis lucubrationibus utilitatem accepisse. Quãq; autẽ nunc exoriunt, qui me suo splẽdore obscurant, tamẽ hoc mihi se debere fatent, quod multorũ studia excitarim. Sũt innumeri, qui putent sibi nõnihil etiã honesti nominis ex meis scriptis accessisse, His rebus mihi cõciliaui complurium eruditorũ beneuolentiam, nõ in una quapiã regiõe, sed p orbẽ ferè Christianũ.

An Leus fore putat, ut hi omnes in tali libello laudati tri bus uerbis, ilico desciscant à me, & in huius castra transe ant? Sed testatur se fauere bonis literis, Oratio quidē est amici, sed factū ipsum est plus quā hostile, Non deerāt, qui cupiebant hoc aggredi quod aggressus est Leus, Ve rum alios pigebat laboris, alios deterrebat inuidia, non nulli fortasse diffidebant suis præsidijs, quosdam suppu debat. Quam his existimamus esse gratum, talem exti tisse sibi uexilliferū, qui non uereatur etiā alienæ temeri tatis inuidiā in se suscipere, modo penes ipsum sit facti gloria. Pari facilitate mihi impingit schedā nescio quā, de qua uix etiam rumore quicquā cognouerā. Mox one rabor multis criminibus, si quicqd hic aut ille ludit, aut ineptit mihi autori uelit obtrudere. Mox ex hac occasio ne se sycophantā pollicetur fore, carpendis libris meis. Nam hæc illi uisa est bella transitio, per quā à superiori bus digressus, incipiat cōmemorare, quid agat in suis an notationibus, Et tamen hic quoq; ueniā petit, sic ubi fue rit hallucinatus, cum mihi ueniā neget, etiam in his, quæ ipse sponte correxi in opere, nō ad carpendum, sed ad do cendum parato. Pergit respondere locis aliquot meæ ad Thomā Lupsetū epistolæ, sed dissimulans eam sibi lectā. Ait se dubitare, uerum ne sit, quod summus pontifex ap probauit opus meum, quasi pauci uiderint ipsum diplo ma, aut quasi ego is essem artifex, qui fingā diplomata. Nec pontifex ita probat, nec ego ita probari uolui, qua si nihil ineffet erroris, sed ex cuius lectione, nonnulla uti litas reditura sit ad theologiæ studiosos. Quis autē scri psit unquā, quod omnium doctorū calculis undiq; pba retur? Leo sat esse debet, quod hi probāt, quibus ille ni hil non tribuit. Probauit Atensis, probauit Dorpius, pro bauit nō oratione solum, uerū etiam epistolis nō ad me tantum scriptis R. D. episcopus Roffensis. At Leo nihil habet ponderis approbatio, nisi toto opere uerbatim, & exacte

exacte discusso. Atqui nostrum est imaginari, Pontificē nō prius probare, ni per se, uel per alios, satis excusso negocio. Quod si talis excussor accedat, qualis est Leus, fortassis in Ambrosio, in Hieronymo, nō pauca reperient, quæ magnis tragœdijs possint exagitari. Atq; hic multa congerit Leus, quæ nō diceret, si in utranq; æditionem legisset præfationes meas, quas pridem mihi fassus est, sibi non esse lectas, & hinc apparet illum nōdum legisse. Nam appellat me atq; urget hoc cornuto dilēmate. Posterior æditio tua dissidet à priore locis aliquot in Græcis. Si factum est hoc arbitratu tuo, quæ Christianæ aures ferent, hominis arbitratu mutari sacras literas? Sin diuersum secutus es exemplar, consequetur, ut si decē sint exemplaria diuersa, decem sint euangelia. Ad hæc prudens lector, ut nemo respondeat quicquā, tamē uides quid responderi possit. Imò quā non oporteat quicquā responderi. Ego toties testor me nō ædere hæc ut receptā translationem possessione deijciam, admoneo, ne quisquam his fidat, nisi uiderit orthodoxorū lectionem & interpretationem, nisi uiderit antiquos & emendatos codices cōsentire. Nec aliud propono, nisi quod reperitur in libris Græcorum, siue id rectum sit, siue secus. Excutiēda propono, non sequenda. Hac conditione, si uertissem euangelium Nasareorū, si Ioseph, aut Nicodemi, quid erat periculi Christianæ religioni, Si tantū habet periculi uarietas, cur nemo clamat in utrunq; testamentū, nuper ex Aldina profectum officina? Illic multa dissentiunt à nostris libris. Variant exemplaria Græca, fateor. Sed uariant & Latina. Si ideo nulla sit autoritas Græcis codicibus, quia per oīa non consentiunt, ne latinis quidem erit, quia in multis dissentiunt. Ideo ne protinus erunt decem euangelia, si pauculis aliquot locis dissonant codices? Aliter legit Augustinus, aliter Ambrosius, aliter Cyprianus. Ipse Hieronymus nō semper eadem legit. Quid hinc ortum

est discriminis religioni Christianæ? Hieronymus correxit ueterē lectionem euangeliorū. Num is protinus p quattuor euangelijs nobis reddidit octo? Vetus testamē tum uertit ad hebraicā aut chaldaicam ueritatem, in plæriscq; locis dissentiēs à recepta multis sæculis translatiōe. Num cōtinuo pro uno testamēto ueteri, duo nobis reddidit? Psalmos iterum atq; iterū nobis emēdauit, num tot nobis peperit psalteria, quoties emēdauit? Et tamē ille sic inuexit noua, ut uetera ceu uitiata, submouerit, Ego prælmoneo ne id fiat, nisi re cōperta, tū autoritate eorū, quorū hoc interest. Laudat & à Leo Origenis modestia, quod in euangelijs ueritatē lectionis, adnotarit in margine, nō mutarit receptā lectionem. Et tamē quod annotauit, annotauit nō ex Hebræis, sed ex Græcis exēplaribus. Ego modestius ago, qui uulgatā æditionem prorsus intactā relinquēs, ad Græcorum lectionē, quā non aliter ualere cupio, nisi si ad ueterū codicum fidem, nisi si ad excellentium ac probatorum autorū citationem, & interprætationem respondeat, quæ congruant ostendo, quæ dissonēt indico. Varietatē addo, non in marginibus, sed in meis annotatiunculis, ubiq; deferens ecclesiæ iudicio, ubiq; lectori prudenti suum iudiciū liberum relinquēs. Non clamo quod Hieronymus, Hæc est ueritas, quod uerterunt septuaginta mendacium est. Imò contra moneo lectorē, ne fidito mihi, discute quod afferimus, ne fide Græcis exemplaribus, in quibusdā illis non accedo, confer omnia, atq; ita sequere quod maxime probas. Hac in re tā fui diligens, ut cum nuper adornaret Theodoricus meus Alostensis ædere nouū testamentū à me uersum, iuxta Græcorum exēplaria, uetare conatus sim ne fieret. Id cū non impetrarē, addidi præfationē, haud quaquā in rem typographi, sed tamē qua lectori cōsuleretur, ne quid erraret imprudens. Et post hæc, non uideo quæ discrimina fidei Christianæ somniet Leus. Ego neq; quenq; hortor, ut

secus

secus legat in scholis, aut in ecclesia, nec ipse secus lego, quàm legunt cæteri. Hæc quæ scribimus, citra periculũ leguntur in cubiculis. Et tamẽ sunt in uulgatis exemplaribus quædam, quæ defendi non possunt. Sunt quæ ob interpretis incõmoditatem, nec à magnis theologis sunt hactenus intellecta. Si quis mihi duos codices proferet, uel manu descriptos, uel in diuersis officinis excusos, qui per omnia consentiunt, fatebor quicquid uariat nullius esse ponderis debere. Aedidit & nuper quidam utrũq; testamentum, in marginibus annotans uarietatem lectionis, nimirum ẽ nostris exemplaribus. Num ob id uacilla uit diuinæ scripturæ autoritas? Sæpenumero aliud canit chorus ecclesiasticus, aliud legit etiam in eodem tẽplo. Numquid ponderis ideo decedit scripturæ diuinæ? Porrò q; posterior æditio mea minus consentit cum priore, partim & illud fuit in causa, Præfecti erant castigandis, ut uocant formis, duo, Ioannes Oecolampadius theologus, & Nicolaus Gerbelius Iuris utriusq; doctor, & habebant exẽplar Capnionis, elegãter sane depictũ, sed nõ ptinus liber elegãs, idem est & castigatus. Ad hũc multa mutarãt ex exẽplari meo, priusq; sentirẽ. Vbi sensi, iussi eos sequi codicẽ minus quidẽ nitidum, sed emẽdatiorẽ. Quid si tertia æditione nanciscí queam exemplar, superioribus etiam emendatius, an nefas sit dissentire à secũda æditione? Rursum si quartũ, si quintum, si sextum, si septimũ, si octauum, si nonũ, si decimũ, ita ut posterius semp sit priore castigatius, num uerebor impartire studiosis, præsertim incolumi lectione ecclesiastica? Denicq; si dormitassent operæ in priore æditione, nolles me posteriore culpam illam sarcire? Leus uel in hoc suo libello gustum cœpit, quid sit habere rem cũ typographis, quo debebat æquior esse nobis, in tam plixo, tamq; difficili ope. Hæc cũ tot locis disseruerim, in epistolis, in præfationibus, in apologijs, erat hoc prudẽtię Lei, prius illa legere,

quã

quàm hæc seditiosè magis quam tempestiuè iactaret in nos. Verum admonet, complures esse cupidos nouarum rerum, ac uitandam fuisse occasionem offendiculi. Imò si quid tumultus unquã est natum, id haud quaquã à nobis est ortum, sed potius ab istis, qui uociferari nõ desinunt apud populũ, corrigi Pater noster, corrigi Magnificat, corrigi Euangelium sancti Ioannis, Vetus euangelium nullius esse ponderis, prodisse nouũ. Hæc spargũt apud aulicos magnates. Hæc apud mulierculas, apud imperitam plebeculam. Hæc per omnia monasteria decantãtur. Hi rabulæ si quieuissent, dispeream, si intra centũ annos nostro labore quisquã fuisset offensus. At qui hæc uociferantur, adeo stupidi sunt, ut non intelligant quod reprehendunt, aut adeo pigri, ut non libeat inspicere quod damnant. His non potuit optatior exoriri patronus quã Leus. Pergit & indignatur, quod non fuerim contentus indice, quo prioris æditionis errata cõmonstrarem lectori, manente priore æditione incolumi, quẽadmodum fecit Augustinus. At qui tẽporibus Augustini, quoniã describebantur libri non excudebantur, uix potuit succurri erratis, nisi per indicem. Quod si fuisset illi Typographorum subsidium, idem opinor fecisset, quod ego feci. Ad hæc Augustinus cum autoritate scribebat, nimirum episcopus, quo magis erat illi curandum, ne cui fieret autor erroris. Et tamen cum multa retractarit Augustinus, non pauca tamen reliquit retractanda. Ita loquor, quasi siterratum in multis, & à me tantũ siterratum. Postremo quasi nihil aliud ageret, quã ut emendatius exiret, quod exisset. Nunc erant & operarum, & castigatorum errata sarcienda, & totum opus uarijs modis locupletandum, ut nõ tam recognitum quã recusum uideri posset. Quorsum autem opus erat titulo retractationis, cum & in prioreuoluminis æditiõe, pollicitus sim me posteriore, mutaturum, si quid ibi cessatũ esset. Ac rursus in posteriore

nõ dissi

non dissimulo me in multis à me dissentire, moderatum esse quædam, breuiter omnia reddidisse meliora. Diuus Hieronymus prioribus cõmentarijs, in Abdiã quia non probabat, substituit nouos, qui hic obiurgaẽ, quod non indice potius proposuerit, quicquid in superioribus damnaret? Per multa dissimulo lector optime, ne te simul ac me occidam tedio. Nam facile fero quod se Ioanni euãgelistæ, Hieronymo, Augustino, Origeni cõfert, me Cerintho, Heluidio, Manicheis, ac Celso comparat. Et hæc scribit qui in me tantopere desiderat Christianã modestiam, nec ferre potest, quod Erostrati, atq; Ortuuini meminerim. Nec his cõtentus, iterum atq; iterũ simili schemate utitur. Appellat me calumniatorẽ scripturæ sacræ, qui ex Græcorũ fontibus, qui ex uetustis, ac bonæ fidei codicibus, qui ex orthodoxorũ interpretũ citationibus & cõmentarijs, efficere studeam, ut nostri codices, & minus deprauari possint, & rectius intelligantur, relinquẽs interim intactam uulgatam, qualis qualis est æditionẽ, & ubiq; me subdens ecclesiæ iudicio. Atq; adeo, ne cui furtim irrepere uiderer, opus ipsum Romano pontifici Leoni decimo, dedicaui, nec id feci, ni prius illo per literas facto certiore, qd facere destinassem. Et nescio quod magnum discrimen nũciat imminere rebus Christianorum, nisi hic subito exortus, rebus dubijs tulisset præsentaneã opem. Iam quod gloriæ sibi ducit. Dorpiũ quoq;, & Eccium annotasse quædam in meis cõmentarijs, uellem utquemadmodum in admonendo placuit illos imitari, ita modestiam etiam illorũ præstitisset. Nam uterq; priuatim admonuit, & citra uirulẽtiam, aut seditionem. Quod eo magis præstare debuit Leus, quo magis ab utroq; superatur, cum dignitate gradus Theologici, tum eruditione. Negat sibi dissimulãdum fuisse, cum res tenderet in ecclesiæ perniciem. Fingamus nouum testamẽtum in uno aut altero loco uitiatũ ab hæreticis, quod se-

cus esse demonstrabimus, quæso quod hinc periculũ ecclesiæ? Cum legatur Lactantius tot locis aberrans à rectitudine fidei catholicæ, cum Petrus Lombardus, non paucis in locis idem faciens. Præsertim cum clamẽ, hæc quæ damus cum iudicio legenda. Adeo ut quemadmodum modo dixi, cum nuper excudere uellent nouum testamẽtum, omissis Græcis, & nostris annotationibus, obstiterim, cunctis nihil proficerẽ, addita præfatiuncula præmonui lectorem, ne falli posset. Quid si repertos Arrij libros ædidissem in uulgus, num periculum esset ecclesiæ? Profecto nihilo plus quam cum Hieronymus uerteret libros περὶ ἀρχῶν, bona fide reddens Latinis auribus, quicquid ille quantũuis impiũ Græce scripsisset. Identidem obijcit mihi retractationes Augustini, At ut modo dixi sunt hodie quoq; in libris Augustini quæ nouam retractationem desyderent. Mutaui quæ mihi uidebant errata, mutaturus & alia si deprehendero. Adfuit, imò præfuit æditioni priori Ioannes Oecolampadius, uir cum primis integer, ac præter trium linguarũ peritiam, nec in re theologica Leo posthabendus, ne quid dicam odiosius. Rogatus est à me, moneret, præsertim si quid ad fidei syncerita tem attineret Adfuit, subinde nos interuisens, Vuolphãgus capito, Vtriq; plurimũ tribuit Leus, aut certe tribuere uideri uult. Atq; utinam Lodouico Bero fuisset otiũ, nostra propius intuendi. Quid facerem? Leum non noueram. Et quis crederet in iuuene, id temporis nulla adhuc eruditionis opinione celebri, tam eximiã esse doctrinam? Sed fuerit sane causa, ut admoneret, qd erat necesse rem tam seditiose, tam inimice tractare, haud scio, meo ne an ipsius maiore dedecore. Vereturipse, ne neuter satis opimã laudem sit ex hac conflictatione relaturus. Atqui, hoc erat in illius potestate, cauere ne fieret. Atq; id feciisset, si prudentium amicorũ literis obsequi, quam uel suo animo morẽ gerere, uel quorũdam instinctibus auscultare:

sicultare maluisset. At nõ tulit aculeos epistolæ meæ. Nõ sat erat epistolã epistola retaliare? Nihil usq; in toto opere reliquũ est, quod nõ impotens quoddã odium præ se ferat, Præfatiuncula qua mihi scilicet mittit opus efflagitatum, Altera qua salutat inclytã Academiam Louaniẽsem, mox Elenchus, Deinde annotationes, rursus apologia, quasi nihil esset satis illius in me odio. Sed interim sibi modestus uidetur, quod arbitretur me dignũ atrocioribus. Sic qui iugulat inimicũ suum, putat illũ maioribus dignũ malis. Fatetur mox hominẽ esse se, labi posse, satis agnoscere quã sit exili præditus eruditione. Proinde negat se quicquã adfirmaturũ, imò uelle iudicium omne penes lectorem esse, imò promittit palinodiam sicubi lapsus fuerit. Hæc si scribit ex animo, cur ubiq; tam procaciter incessit mea, imò me quoq;. An hoc est suo iudicio diffidentis, & rem alieno pmittentis arbitrio? Porrò quæ scribit de solœcismis, deq; portentis grãmaticoq;, de pnitiosa eloquẽtia, quoniã ad hoc negotiũ non admodũ pertinent, omittimus excutere. Videmus alia de qbus magis illius referebat admoneri, Sed qñ perspicimus hãc ipsam quã habet dictionis facultatẽ fere ex libris meis hausisse, atq; adeo ex ipso quod insectat opere, uere iuxta græcorum puerbiũ, ex ipso boue lora desumentẽ, non cõmittemus, ut illũ magis etiã in nos armemus. Illud utinã præstitisset, quod se pollicet sine dente, sine naso, sine dicacitate causam hãc acturũ, adeo ut uereatur, nec ubi nimium modestus fuisse uideatur. Postremo minatur mihi nescio quid, nisi calamos omniũ cohibeam. De me ipso polliceor, & præstabo, uel hostium iudicio, modestia superior Leo, de cæteris hactenus præstabo, quantum erit mihi in manu. Amplius à me nec amicissimus queat stipulari. In calce non uult haberi fidem odio, sed uereor, ne hac lege sæpenumero non habenda sit ipsi fides, qui nusquam non seruiat stomacho suo. Atque interim

negat sibi odium fuisse in consilio. Hactenus quæ ad primam apologiam respondenda uidebantur. Huic subnectit indicem, singulis penè titulis aliquid impingentem contumeliæ. Si quid ad Græcorum exemplar secus uerso quam in nostra feratur æditione, temere atque impie uiolo lectionẽ ecclesiasticam. Vocat in suspitionẽ, quod parum solide sentiam de sacramento matrimonij, quod omnem coitum spurcum esse ducam, quod foueam Pelagianis alijsq; hæreticis. Concitat in me theologos neotericos omnes, ac fratrum quos uocant mendicantes totos ordines. Alia his consimilia, atq; hæc uir immodicã penè modestiam pollicitus indicem uocat. Hæc quãto sint atrocius dicta, quàm pro re, mox docebimus, cum ad illius annotationes ueniemus. Interim hoc te quæso quisquis es lector suspende paulisper sententiam, & alteram aurem integram mihi serua. Nam præstat opinor eodẽ cursu, ad coronides, quas annotationibus subiunxit quo cresceret uolumen, paucis respondere. In exẽplari quod nobis cõmodauit honorabile collegiũ Corsendoncense inter uarias picturas habebatur & hæc, diuina τριάς. Cum ambientibus angelorum choris. Sub hac aureis literis habebantur distincta, quæ sic tribuuntur personis diuinis, ut eadem sit omnium, rursus quæ numero multitudinis illis attribuantur. Deinde fidei symbolum sub quo pictus erat homo, nõnihil sublatus à terra, iamq; ceu fidei alis, paulatim tendens in celum. Hac pictura delectatus Frobenius, ut opinor, absente atq; inscio me, q̃d illic uiderat, addidit suo uoluminí, Eius facti inuidiã Leus impingit mihi, quasi si Typographus in operis frõtispicio præfigeret picturam aliquã obscœnam, egosim ob id in ius uocãdus si eius picturæ, ulla usquã a me facta est mentio, non recuso quo minus imputetur mihi. Explanet illam alius quicunq; uelit. Quod si maxime illic habeantur, quæ dissonant à symbolis Latinorũ, non inele-

gans

gans fuerit & hoc scire, quibus in rebus, aut qbus in uerbis à nobis græci dissenserint. Quod si quis eum codicẽ huius picturæ gratia, suspectũ habeat, sciat me nulli exẽplari minus fidum quã illi, quanquã eo nullum erat elegãtius. Venio nunc ad illius dialogum, & in transcursu paucula quædam attingã ne nunquã finiatur hæc rixa. Hic rursus inculcat me omẽs ipsius annotationes uidisse, priusquã abirem Basilæam, quo quicquã recte mutatũ est sibi uindicet. Quod etiam si milies iteret milies dicturus est, quod à uero dissidet. Nec adeo mirũ est, si in hoc tantopere laborat, quod, pfecto ni obtinet, perierint ille graues obtestationes, quas epiphonematũ uice, subnectit aliquoties suis annotationibus. Obtestor te Erasme per charitatẽ Christianã, obtestor te per uiscera. CHRISTI. recognosce opus tuũ, retracta errores tuos. Quibus hoc agit, ut lector non satis gnarus huius cõcordiæ, putet me hortatu atq; autoritate Lei suscepisse prioris æditiõis castigationẽ. Si scripsit hæc antequã aggressus essem opus. quomodo quæritur quod Louanij meis improbis flagitationibus fuerit adactus ut susciperet hoc negotiũ, cum negari non possit, me magna ex parte recognitionem absoluisse, priusquã Leum uidissem. Si post susceptum negotiũ hæc monet, quorsum attinebat monere ut facerẽ, quod iam facientem uidebat? Postremo cur hæc nunquã licuit mihi legere nisi nunc demũ, iam per orbem sparsa æditione posteriore? Non haberent locum crebri dialogismi, quos ita mecum miscet, quasi cõmuni consilio peregerimus hoc opus. Non posset à me tanquã suas plumas repetere, quæ ille uel post abitũ meum, uel posteriore iam æditione uulgata, suis addidit annotationibus nõ posset inquam quæ ille ex meis annotationibus locupletatis, asscripsit suis, ab homine ingratissimo reposcere. Hæc nisi suis locis ostendero prudenti lectori, non grauabor totius operis laudem in solidum Leo cedere. Sed

operæpretium fuerit uidere quibus lemmatis hoc doceat in suis annotatiõibus. Reuellens à me plumã suam, quam illi suffuratus fueram annotatione. CC. XLIII. In calce apocalypsis in exẽplari, quod tum nobis erat unicum, nam is liber apud græcos rarus est inuentu, deerat unus atq; alter uersus. Eos nos addidimus secuti latinos codices. Et erãt eiusmodi, ut exhis quæ præcesserãt possent reponi. Cum igitur Basilæam mitterem recognitũ exemplar scripsi amicis, ut ex æditione Aldina restituerent eum locum. Nam mihi nondum emptum erat hoc opus, Id ita ut iussi factũ est. Quæso quid hic debet Leo? An ipse quod deerat restituit? Atqui nullum habebat exemplar, nisi meum? Sed admonuit. Quasi uero, non hoc testatus sim in prioribus annotatiõibus, qdillic egissem, & quid desyderarẽ. Quanquã hac de re Leus nullũ unq; mihi fecit uerbũ. Nec arbitror id tẽporis rem ab eo deprehẽsam, nec ipse audet hoc asseuerare, nisi persuadeat hãc schedam à proditore fuisse cõmunicatam quã personam nisi induxisset, non cõstitisset hæc fabula. Atq; in re falsissima, uide quã magnifice loquitur? Agnoscat ergo creditorem suum homo omniũ ingratissimus. Et ne amplius calumnietur, se non uidisse annotatiões meas. Sed quod hic tam fortiter asseuerat, paulo superius ceu dubiũ fecerat. Certe inquiens, aliud mihi persuaderi nõ poterit, nisi ille aliam iustam rationem reddiderit, cur hic expũctum sit, quod prior æditio habet. Si iustam attulero causam, cur eum locum mutarim, fassurus uidetur, me postremã annotationẽ non uidisse, & si eam nõ uidi, perit lemma, quo me colligit omnes uidisse reliquas. Atqui in promptu est causa iustissima. In priore æditione destituit nos exemplar, in posteriore succurrit exẽplar Aldinum. Itaq; hic præstiti, quod in priore me facturum sum pollicitus. Porrò illi lemmati, Proditor ille habuit omnes in manu, igitur cõmunicauit omnes, respõdeat proditor ipse. An oẽs habuerit nescio, mihi præter unicã, nullam unquã

cõmunicauit, idq; iam euulgato opere. Pròinde quod Leus totius huius fabulæ basim esse uult, pditor ille fortissime pernegabit, fortassis & calumniæ reum acturus Leum, ni religionis pudor obsisteret. Habet causam opinor satis iustam, At quis interim mihi sarciet, quod huiusmodi nænijs fretus, toties me uocat ingratissimũ, toties mẽdacem, toties alijs atq; alijs nominibus? Non poterit inquit mihi aliud persuaderi. Facile illi psuaderetur, nisi nimiũ sibi persuasisset, ad hanc quã instituit fabulam conducere, ut ita res credatur habere, quẽadmodum ille prædicat, sed hoc minore cum fide, quod nimium anxie, nimiumq; subinde. At paulo post uelut oblitus sui, reddens causas, cur mihi librũ negarit, Nemo inquit sanus, committit se fidei insidiatoris. Si is librum habuisset, potuisset me inuito ædere. Qui minus mihi licuisset ædere schedas maiore illius malo? Vtitur & alio lemmate, Qui postremã uidit uidit omnes. Cum sine ordine traderet schedas, quid uetat, quo minus potuerim uidere postremam, ne prima quidem uisa? Alicubi ratiocinatur me citasse quædam ipsius monitu, quasi non citarim plus trecenta loca in posteriore æditione, quæ in priore nõ citaram, idq; nullo monitore. Sed huius generis pmulta demonstrabimus, cum respondebimus ipsis annotationibus, lectori defatigato non iniucunda futura. Hoc ipso se suspectum facit lectori, quod nõ contentus semel atq; iterum dixisse, tam anxie repetit atq; inculcat. Non est adeo sollicita ueritas. Puto me sic esse notum eruditis uiris, ut non admodum me uendítem plumis alienis. Ipse frequẽter meas plumas in aliorum scriptis deprehendo, nec tamen hac gratia cuiquã unquã antehac fui molestus, neq; posthac futurus sum. Sed pergã reliqua pcurrere. Impudentẽ me uocat qui nõ uerear dicere, Leum nullius autoritate potuisse perpelli, ut uel uoce mihi proferret unũ ex annotatiõibus locum, experturus an possim defendere.

Quod di-

Quod dixi uerissimũ est, etiamsi, priusquã irem Basilæã non inficior schedas aliquot mihi cõmunicatas, quod & ante iam diluimus. Quod opus illius scripsi mẽdacijs aspersum, fortasse dictum uidebitur inciuilius. Sed tamen id tum ex unica annotatiõe collegi, in qua tamẽ ille quædam moderatus est, quæ fortasse suo loco demonstrabũtur, ne frustra nobis hoc excidisse uideatur. Etiamsi non est in animo quicq; in hac respõsione, odiosius in Leum regerere, cum me toties mendacem appellet, toties ingratum, toties impostorem, toties fucatũ, aut aliud quiduis, iussit quod splẽdida bilis. Scribit ob hanc causam potissimum noluisse suum opus nõdum satis tornatum, manibus meis credere, ne mihi liberum esset, ubi libuisset euulgare? Atqui si uerum est, quod toties asseuerat totũ opus apud me fuisse, frustra suum exẽplar apud se præmebat. Vt impudens mendacium impingit, quod pro trecentis locis, sexcentos dixerim, quasi nõ passim idem dicamus pro decẽ, quoties magnum numerũ intelligi uolumus. Ait se iuxta doctrinam euangelicam, ubi frustra semel, atq; iterum admonuit priuatim, nunc rem ad ecclesiã deferre. Primũ ut demus hoc esse dic ecclesiæ, quod hic talibus libris in me debacchatur, docebo suis locis, eas annotationes, in quibus atrocissime in me inuehitur, & orbẽ in me cõcitat, nunquã mihi fuisse cõmunicatas, neq; scripto neq; colloquio, Imò ne Atensi quidem ut arbitror. Nam uir ille minime mendax, cum alias sæpius in priuato colloquio, tum in cœtu multorũ, eo tempore, quo pax est mihi sarta cum theologis, quã malæ linguæ nonnihil labefactarant, testatus est in annotatiõibus Lei, quas ipse quidem uidisset, nihil esse contumeliæ. Nec uideo an satis hæc sibi constent, ait se grauissimis causis adductum, ut æderet suas annotationes, ne religio Christiana periclitaretur, & tamen negat se æditurum fuisse, nisi fuisset à me perpulsus. Sub hæc redit eo, ut probet me bis obstitisse,

tisse, quo minus æderetur liber, altero typographo fascinato, nam hoc utitur uerbo, cui hoc cõsilio Paraphrasim meam obtruserim, ne uacaret excudere librum ipsius. At his oĩbus reclamat fortiter typographus ille, indigne ferens, hæc in se conferri mendacia. Cur ille mutarit sententiã, causam adferat ipse. Postremo qd mea Paraphrasis potera tefficere, nisi ut opus Lei differret ad dies duodecim. Postremo qd opus erat obtrusa Paraphrasi rem interturbare, cum mihi uerbo idem facere licuisset. Iam quod ait me nec sumptui pepercisse, quo negotiũ impedirem. id totũ suauiter rident typographi, sibi probe conscij, me ne uerbũ quidem in eam rem insumpsisse, nec unquam egre tuli, quod Latomi dialogum excudisset, cuius moderatione utinam Leus esset imitatus, ut quo est eruditione inferior, modestia fuisset saltem æqualis. Porrò ideo tum usus sum opera Hillenij, si mihi factorũ meorum Leo reddenda est ratio, quod Theodoricus negaret sibi esse operas. Porrò quod tam prolixæ sentit de Capnione, decp Capitone, mihi sane uehemẽter probatur, Sed interim nõ ueretur pessime sentire de Erasmo, de quo illi sentiunt optime, hac sane in parte haud multũ illis tribuens, illius caput impetens ueneno tinctis spiculis, pro cuius honore illi non dubitarent subire capitis discrimen, tum eam factionem adiuuãs, quæ iam tot annis molitur exitium Capnioni. Retorquet in me, quod uelut Aristarchus quispiam, cẽsoriam uirgulam, etiam cum imperio exerceam in omnes, tancp è cathedra pronuntians, ueterum dogmata conuellam, nec ueteribus parcens, nec neotericis, ne ecclesiastica quidẽ dogmata, sinens intemerata, qui delirijs hæreticorũ fauere uidear, qui ius quoddã mihi uindicem in theologiã, qui præter me contemnam omnes. Hic est Catalogus laudum, quas homo Christianæ modestiæ columen in me congerit. Eas nõ grauabor oĩes agnoscere, si doceri possit, me quenp oĩno mor-

talium unquã præme contempsisse. In theologia nemo minus sibi sumpsit unquam quã ego, qui partem omniũ infimam, hoc est grãmaticam mihi delegerim, sublimiora illa relinquens felicioribus. Nec in his ipsis pronũcio, annotationes appello, non dogmata, & excutienda propono, non promo oracula. Si dissentire alicubi à ueteribus, aut recentioribus, est illis non parcere, hoc mihi cũ multis atq; adeo cũ Leo quoq;, cõmune est. Cum lubet, libere dissentit ab Hieronymo, libere ab Ambrosio, nec dubito quin multo frequẽtius à Lyrano, similibusq; si detur occasio. Quã patrocinetur hæreticis, suis locis aperietur. Non improbat opus meum, tantum desyderat in me plusculum diligentiæ, plusculum modestiæ, & forte nõnullis in locis, plusculũ iudicij. Hæc si uera sunt, quid opus erat tã seditioso tumultu nostrũ opus incessere? quãdo quod in me desyderat, nemo non desyderat in Hieronymo, & fortassis in Augustino, Exactam diligentiam in opere tam grandi, tam uario, tanq; perplexo iure desiderauerit Leus, si ipse in opere suo pusillo eam præstitit, in quo tamen plus biennium desudauit, Quod quã sit exiguum tum demũ apparuerit, si præfationes, si apologias, mea sententia nõ ob aliud in lõgum porrectas, quã ne libellus nimium pusillus uideretur, si detrahas dialogismos, in quibus mea recenset, postremo si detrahas ea quibus præter causam mecum delitigat. Ne quid interim de subditicijs, & ijsdem subinde repetitis. Nã his quoq; rationibus crescunt uolumina per se pusilla. Sed meum opus nullt periculosissimũ uideri, de quo nihilo plus erat periculi, quã fuerit in utriusq; testamenti uoluminibus, nuper ex Aldina officina profectis. Siquidem & illic cõspicimus multa quæ à nostra dissentiant lectione. Imò ni fallor aliquãto minus, cum meũ opus prodierit tot rationibus cõmunitũ aduersus huiusmodi periculũ, illud nudum exierit & inerme, nullam secum adferens antidotũ.

Neq;

Necꝫ tamen prorſus dormitauímus ut exíſtímat Leus, necꝫ non líbuíſſet oculís alíenís uti, ſi cui fuiſſet ocium attentíus expendendí líbros alíenos. At uix ínuenías tam amícos qui uelínt, uix tam ocioſos quíbus uacet id facere. Cítíus reperías ínímícos qui carpant opus æditum, quàm amícos qui caſtígent ædẽdum. Certe rogauímus amícos alíquot doctos, ut admonerent, præſertím ſi qd ad Chriſtíanæ pietatís, aut fídeí rem pertínere ıudícaret. Quod ſi quem nouíſſem uſcꝫ adeo ıudícíj felícís, ut quícquíd ílle pronuntíaſſet placiturum fuerít uníuerſís, hunc ímprímís adhíbuíſſem ín conſílíum. Nunc ín tanta ſententíarum & ingenıorum uarıetate, ſecutus ſum quod amículís íllís, quos díxí, meocꝫ animo tum uíderetur optímum. Pernegat Leus ſe quícquam unquam de me ſecus quàm honorífice fuiſſe loquutum. Id ſí uerum eſt, demíror tam multos tot comœdías tam probabíliter potuiſſe confríngere, idcꝫ magno cõſenſu, cum raro ſecum etíam conſtent quí mentíuntur. Sed huíus reí ſatís conſcíj ſunt, ad quos Leus frequenter de me ſcrípſít, & íta ſcrípſít, ut exhorreſcerent animum tam capítalíter ínímícum. Et tamen ut alíquo tãdem argumento conuíncerem íllum nõ ſemper honorífice de me locutum, protulí epíſtolã ípſíus manu ſcríptam, ín qua ſe uocat eccleſíaſtícæ lectíonís defenſorem, me calumnıatorem. Iam quod loca quædam ex líbrís meís uelut ín ſe dícta torquet, tragícís uerbís exaggerans omnía, cogor rurſus ín íllo deſyderare prudentíam, non mínus quàm ín eo deſyderabam, cum locum ex apología qua Latomo reſpondeo, nulla neceſſítate compulſus ſíbí uíndícaret. Recítabo locum ex líbello colloquíoꝝ familíarıũ. Sí cuí forte Leí líber ad manũ non ſít. A. Quíd ſí unã aut alterã umbrã adduxero? C. Lícet, modo ne nígras umbras adduxerís. A. Quíd ſí. N. adduxero? C. Scotíſtam íllum? A. Imò Scotũ ſí lubet? C.

Age admittetur, modo domi relinquat gryphos sophisticos, matæologias, sycophantias, supercilium, uirulentias, risum sardonium, glorias Thrasonicas, philautiã. A. Citius caudam reliquerit. Quæso quid hic est, quod ad Leum pertineat, nisi uolens agnoscat ipse? An ille solus est Scotista, aut tam insignis est Scotista, ut hac nota possit agnosci? Nec unquam infamis fuit Leus hoc nomine, quod gryphis admodum ualeret, quibus ipse non uidetur admodum multũ tribuere. Cæterorꝙ autem quid est obsecro, quod nõ in plurimos ubiꝙ dici possit? Necꝙ uero Leus gente Scotus est, etiam si illic nõ de gente, sed de autore loquor, unde Scotistæ dicuntur. Cæterũ quod additum est de cauda relinquenda, credere nõ poteram excusum, nisi libro prolato uidissem, nec adhuc dubito, qn ab alio quopiam sit additum. Nam ipse non adfui, cum excuderetur libellus. Et fortassis autorẽ huius cauilli reperiam. Tantum abest ut tale quicquã in Leum proprie torserim. Imò cum Leus ipse mihi locum hunc obiiceret de cauda, non potui satis admirari, unde hoc esset profectum. Postremo quid esse potest seditiosius, quã siquis usquã caudæ faciat mentionem, continuo uideatur Britannos oẽs impetisse. Quid Latinis sonet cauda, quoties de uiris loquimur, nouit etiã ipse Leus, qui mihi conuicij loco ingerit, quod parum habeam caudæ, homo uirgineo pudore præditus. Sed finge id esse, quod nequaꝙ est, me oblique uoluisse designare Leum, quid opus erat hoc orbi prodere? Vt Louanij pauci sic fuerint interpretaturi, tot hominũ milia, nihil aliud suspicata fuissent, ꝙ in genere dictum fuisse in theologum aliquẽ supercilio sum, quales sunt nimiũ multi. Et ex hoc loco, quã atrocem ille suscitat tragœdiam? Addit alterum ex eodem libello locum, quem putat non esse ferendum Christianis auribus. Is ad hunc habet modũ. Quid emolumenti adferunt literæ inanes? podici tergendo sunt utiles. Equidẽ

noui

nouí quendam, cuíus língua malím ad hoc abutí. At ego nouí quendam, cuíus língua níhílo tutíus sít abstergí, quàm aconítí folíjs. Iste ígítur dignus est, qui aconítum ædat ardelío. Primũ oro te lector quæ spurcícies sít, si líterator docens latíne loquí sic præscríbat exemplum. Hic líber nullí reí utílis est, nísí tergẽdis natíbus. An tanta fœdítas est, eam corporís partẽ nomínare, cum íd quod uulgo habetur obscœnius nomíneturín euangelío uulua. Rogo cum ludí literarij magístrí pueris mínant uírgas, num ullis uídentur obscœne loquí, quod eam corporís partem nomínant, quæ cedí solet? An pudet eos, qui de naturís animantium dísputant, omẽs humaní corporís partes suís nomínare uocabulís? At díces, Id illí faciunt docendí gratía. Et hic latíne loquí doceo. Num obscœnus uídeatur, qui lexícum scríbẽs explícet, quíd Latínis declarent, quæ uulgo habentur dícta fœda uocabula? Sícut cítra crímen tractat obscœnas corporís partes chírurgus, aut medícus, íta qui eas alícuíus utílítatís gratía nomínat, debet uacare crímine. Lubens rogarím Leum, an nunquã ín cõuíuíjs suorũ anímí gratía audíerít nomínarí caudæ uírílís, aut postícæ partís uocabulum etíam ínter probos. Et ubí est quod ín annotatíone. XXXI. ex autore Hieronymo cítauít, nullã humaní partem corporís, non honeste nominarí? Non hic patrocínabor Cynícís, qui níhíl arbítrantur dícto fœdum, quod re fœdum non sít. Mihí placet oratíonís uerecundía, quã hactenus mihí curæ fuít obseruare, etiã ín líbellís ad íocum lusumq; paratís. Hic certe nõ uídeo quícq; obscœnítatís. Odíose magís quàm obscœne dictum est ín uírulentam línguam, dígnamq; quæ ferro execta, sordídíssímís usíbus dedícetur. Olím adolescens, ut recordor naui uehebar, ín qua símul uehebat, ut fit, promíscua hominũ multítudo. Aderat ínter hos theologus quídã magní nomínís, & ín sacrís contionibus plebí gratíosus, ordínís Domínícalís. Erat autẽ

obeſo corpore. In hunc ueluti ſuauiter uiuentẽ compluta ſcommata cœpit iacere nauta. Cumq; multa ridicule cõmemoraſſet, quæ uulgus iocari ſolet in hos, qui præfecti ſunt ſacrarum uirginum collegijs, reſpondit theologus, unum adhuc quiddam ſibi deeſſe ad cõmodam uitam, quod ille non commemoraſſet. Protinus rogante nauta, quid nam id eſſet, lingua inquit tua, qua nates abſtergã. Ingens riſus obortus, neque cuiquam hoc uiſum eſt dictum obſcœnius, cum in odium maledicæ linguæ, dicereretur. Vnde nõ queo ſatis mirari, quos oculos habeat Leus, qui in his uerbis tam deteſtandam uideat obſcœnitatem, quæ tamen ipſa nec dicuntur meo nomine, & dicũtur inter pocula. Porrò cũ ipſa res clamitet, quicquid hoc eſt dicti, tortum eſſe in theologum quem pia linguæ procacis, cur hic adeo cõmouetur Leus, q quã ſit theologus neſcio, ego ſane nec apud Anglos, nec apud Louanienſes audiui eum unquã hoc nomine celebrari. Dato perã linguis, theologos nõ audit, ipſe non docet quicquã huius ſcholaſticæ theologiæ. Quod ſi licet diuinare, cur nõ potius ſuſpicatur eſſe tortũ in alterẽ illum uere ſupcilioſum ſenem, ad hæc profeſſione religionis inſignẽ, quem non puduit enarrantẽ myſteria ſacrorum pſalmorum, hęc in publico ac frequenti auditorio euomere præter omnem etiam occaſionem. Faber & Eraſmus conantur funditus euertere ueteris æditionis autoritatẽ, At nunc inter ſe pugnant, Pugnabunt olim inter ſeſe in profundo tartari. Puduit huius tam furioſe uocis etiam illos, qui ſunt eiuſdem ſodalitij, & qui maxime ſtudebant aliquid prætexere, manifeſtæ hominis inſaniæ, reſponderunt, ignoſcendum, quod hæc dixiſſet etiam num uuidus à prãdio largiore. Hoc cum recens accidiſſet, paulo antequã libellus colloquiorum excuderetur, in hunc probabilius erat tortum obliquum ſcomma. Si tamen hoc ſcõma dici meretur, quod in neminem iacitur nominatim, neq; quenquã

carbo-

carbone notat. Próinde demiror, quis illi ſtultiſſimã ſuſpitionem iniecerit, quaſi ardeleonis uocabulo Leum deſignarim. Vide quanta rerum humanarum peſtis ſit, lingua bonarũ rerum interpres mala. Nam ipſe mihi faſſus eſt ſe non ex ſua lectione, ut cui nõ uacet mea legere, niſi cum libet carpere, ſed ex aliorum indicio deprehẽdiſſe. Atqui libellum eum nunquã agnoui, tametſi nõ inficior quædam eſſe quondã non quidem à me deſcripta, ſed tamen aut excepta, aut excerpta. Cæterꝝ qd habuerim gratiæ ei, qui tales nugas euulgauit, abunde teſtis eſt noſtra in libellũ præfatio. Et tamen Leus tot ſpurcicies, tot uirulẽtias, tot ſcurrilitates, tot latrinarias ſordes hic inculcat, ac ſi ſcripſiſſem obſcœniora iocis Priapeis. Quin & nomen ardelionis inuertit, quaſi ſic alluſum ſit ad ipſius nomen, elemento inquit primo à fine mutato, quod quid ſibi uelit, diſpeream, ſi nunc etiam, loco tercꝝ quatercꝝ relecto, intelligam, tantum abeſt, ut tale quippiam opera dedita cõmentus ſim. Nec his contentus, obiicit mihi, ꝙ in familiari quadam epiſtola ad Budæum, quæſtus ſim de quodam mihi uehementer moleſto, ꝙ in epiſtola ad Roffenſem epiſcopum ſcripſerim, quendam natum ad ſycophantias, admirans eum frequenter accedere ad mẽſam dominicã, conſciũ ſibi tam grauiter læſæ famæ proximi. Et tamẽ in neutra nomẽ exprimo, neqꝫ deſigno quenꝯ notis uſqꝫ adeo inſignibus, ut qſꝯ grauiter læſus uideri poſſit, niſi qui ſeſe pdiderit. Quid aũt, an nõ licet gaudia, curaſqꝫ noſtras in ſinum amicorꝝ per literas ceu confabulantes effundere? Hæc dicere poterã, etiam ſi de illo quæſtus eſſem. An ſim, nihil eſt mihi neceſſe uel agnoſcere, uel negare. Iam in mea ad epiſcopum Roffenſem epiſtola, quæritꝫ ſibi impingi ſacrilegij crimẽ, ꝙ indignus adeat mẽſam dominicã. De me pronũcio, nõ de illo. Ac plericꝫ ſũt adeo prepoſtere religioſi, ut ſi cogẽte fame mane ſumpſiſſẽt ientaculũ, aut nocturem habuiſſẽt cũ puella.

deinde

deinde ad mẽsam dominicã adirent, uererentur, ne subito uiuis terra dehisceret. Cæterum cum ptinacibus odijs nihil non moliantur in fratrem, cũ uirulentis linguæ spiculis famam, ac uitam illius impetant, quod est illis quæ modo dixi non paulo grauius, tamen ueluti puri, putiq; cõtrectant corpus dominicũ. Videlicet blãditur illis odium, sed hanc excusationem si recipimus, absoluemus & uenefícos. Qui tam rabiose blateraratin me, quemadmodum modo narratũ est, id quod nõ raro fecit, & apud populum publice, & in colloquijs priuatim, ferè cotidie cõsecrat corpus dominicũ, nec unquam studuit recõciliari mihi. Non tam me fugit, quàm credit Leus, quàm amice de me prædicarit. Porrò quales epistolas ille scripserit amicis, si nesciam, non difficile sit ex his apologijs & annotationibus coniecturã facere. Iam quod me monachum appellat, dissimularem nisi toties repeteret, toties inculcaret, Atqui quos hic monachos appellat, apud Anglos etiam uulgo dicũtur Canonici, quos põtificum leges nõ aliter uolunt monachorũ nomine comprehendi, quã si quid sit fauoris, quod dilatato nominis consortio ad hos quoq; perueniat. Certe diuus Augustinus nusquam suos conuictores, unde hæc sodalitas ducit originem monachos appellat. Quod si rex omniũ cõmunio monachos facit, monachos appellemus apostolos, & qui nascentis ecclesiæ primordijs cum apostolis uersabantur, Siquidẽ his legimus oñia fuisse cõmunia. Nam castitas, & obedientia sunt illis cum cæteris sacerdotibus, quos hodie seculares appellant cõmunes. Non hic adducã, quod uerissime possum, me non alligari ea professione, quã mihi me opte iudicio non delegerim, sed ad quã adolescens tutorum uiolentia technis coniuncta sim adactus, reclamans ac repugnans, non quod damnem honestissimũ institutum, sed quod & tum sentiebam, & nunc rectius intelligo, genus hoc uitæ, nec huic ingenio, nec huic corpuscu

lo con-

lo congruere. Alioqui non alius erat olim ordo in ecclesia Christiana, uel antiquior, uel honoratior. Cultus hic quo nunc utuntur isti, olim fuit episcoporum. Si quis exquirat antiquitates, comperiet ecclesias cathedrales plærasq; huius generis Canonicos habuisse. Testatur hoc ecclesia Lateranensis, recentis etiam num structuræ sellis, non paucis adhuc superstitibus, qui uiderint illic hoc seu monachorum, seu Canonicorũ genus. Et huius ecclesiæ titulũ gerit, summus ille Romanus episcopus, Nec alio cultu sese ostẽtat, cum ornari uult maxime ad habitum pontificium. Non igitur me pudeat huius ordinis, nisi corporis imbecillitas, me segregaret abillorũ collegijs. Nam ijs qui suauiter uiuunt inter istos à literis alieniss imos, nec futurus sim bellus compotor, nec gratus cõgerro. Rursus ijs qui regulæ suæ constitutionumq; sunt tenatiores, grauis ac molestus sim futurus, primũ magno alendus, deinde fortassis exemplo meo segniores redditurus infirmos, qui hoc uolent sibi licere, quod me facere cogeret corpusculi necessitas. Ita fieret, ut nec illis satisfacerem, nec ipse meis studijs sufficerem. Itaq; comprobãte episcopo cui subsumus, comprobantibus ordinis primoribus olim subduxi me à collegiorum consortio, non ut licentius uiuerem, sed ut liberius uacarem bonis literis, nulli molestus, omnibus tamen utilis, quod quidem esset in me situm. Quod si quid oñino debet orbis Christianus meis lucubrationibus, si quis factus est meis scriptis uel melior uel eruditior, non debet improbare meũ hoc consilium. Nec interim me latet, quid hic agat Leus. Impingere uult inuidiã tecti cultus. At interim aut ignorat, aut nõ meminit huius generis Canonicos, qui è Britannia Romam adeunt, statim ut ad iter accingunt sese, ueste sacerdotali tegere lineam, quosdam ita uersari Romæ etiam annos aliquot, nulla põtificis autoritate interueniente. Simili cultu domũ redeunt, & inter suos obam

bulantes tamdiu seruant, donec redeãt in monasterium. Id nos & Romæ uidimus & in Anglia. Quanquã autem haud nescíam, quantula religiõis portio sit cultus, tamẽ quod illi faciunt, abq; pontificis uenia, id ego nunquam erã facturus, nisi me necessitas huc cõpulisset, non quod existimẽ magnopere referre, quo cultu quis Christo seruiat, sed quod nõ existimarẽ aduersus stimulum esse calcitrandum, hoc est pugnandum cum opinione uulgi, altius infixa, quam ut reuelli possit. Huius rei mihi satis est reddere rationẽ episcopo ac primoribus meis, summoq; pontifici. Nec enim debeo, nec possum omnibus. Et qui probi uiri sunt, ijs satis esse debet, quod utar eo cultu, qui satis facit summo pontifici, cæteriscq; quibus debeo uitæ meæ rationẽ reddere. Porrò quo minus redierim ad pristinum cultum, illud præcipue fuit in causa, ne duplicaretur offendiculum imbecillium, quibus rectius consuluisset Leus, si huius rei non meminisset. Nam ut multi sunt qui rem norunt, ita plures sunt qui nesciunt. Nunc quid aliud agit Leus, quã re latius sparsa, fortasse quorundam animos irritabit, ut id sponte facere cupiant, quod ego feci inuitus, magnoq; meo malo. Neq; em̃ me prẽterit, quã mihi fuerit inutile, & ad rem augendam, & ad opinionis dignitatẽ, res per se tam nullius momẽti. Neq; tamẽ ulli unquã autor fui aut futurus sum, ut eo se uolens cõijciat, quo me impulit necessitas. Nec alia causa fuit, cur desierim hunc titulũ præfigere libris meis, nisi ut paucioribus essem offendiculo. Qua quidẽ in re, quãto ciuilior summus pontifex, quã Leus, qui nec in diplomatis quidẽ relíquis, etiãsi cõtingat episcopatus, uult huius infelicitatis meæ fieri mentionem. Sed Leus nihil sibi putauit prætermittendum, quod ad odium mei pertineret. Et tamen cũ ob hanc causam mihi Leus obtrectarit apud multos, nũquam tamẽ uel uerbo corã admonuit, ne tum qdem cum esset inter nos satis arcta familiaritas, haud satis memor

instituti

instituti sui, qui tũ solet uociferari apud ecclesiã, posteaq; semel atq; iterũ admonuit frustra. Verum hac de re fortasse copiosius alias, calũniis hominũ respondebit. Nũc ad reliqua propero. De minis satis opinor respõdi in epistola ad Thomã Lupsetum, qua in resi qd fingo, precor ut piaculũ hoc in meum recidat caput. Et olim res sua spõte liquebit ex meis ad amicos epistolis. Deus negat impedimento fore se, quo minus umbra mea requiescat in pace, si mori cõtigerit, ego me polliceor impedimẽto futurum quod qdem erit in me, ne qd illi uiuo secus accidat, quã ipse uelit. Optat satis functo quietẽ, optat uiuo mentem saniorem. Ego ne ubiq; sim ingratus illi, tantũdem opto uicissim ipsi. Absit autẽ ut tale exemplũ me autore irrepat, nõ dicam in ecclesiã, sed in mundũ. Quod si fiat, nihil deprecor, quo minus eueniat quod Deus futuræ uaticinatur, ut posteritas omnis, nomẽ Erasmi ceu luem pestemq; execretur. Cæterũ si Germani possunt amare Deũ, id illis per me licebit, siue milites sint, siue docti, q̃q̃ nihil uetat eundẽ & doctum esse & militem. Verũ hæc facilius impetrasset, si controuersiam hanc tractasset ciuilius. Multi sunt non solũ in Germania uerũetiam in Italia, in Gallia, in Anglia, fortassis & in Hispania, q sibi uidẽtur cœpisse nõ nihil fructus ex meis lucubratiõibus, qui quales cunq; sunt meæ literæ, tamẽ in his gaudent nominari. Ab his nescio qbus animis legent hæ laudes, quas Deus in me cõgerit, non citra contumeliã illorũ. Negat se didicisse pugnare. Atqui pugnacissimũ esse testat hic libellus. Quid em aliud loquit̃, q̃q̃ saxa, q̃q̃ enses, q̃q̃ sagittas. Si cuiquã essem inimicus seni, tanq; sim impius, ut homicidiũ non horream, modo tutũ, non uterer aliis telis in illũ, q̃q̃ sic uirulẽto libro. Non tã male sentio de Deo, ut suspicer hoc anĩo hęc ab illo scripta, tamẽ non pauci sunt neq; me grãdiores & firmiore corporis ualetudine, q̃s hæc tãuiolẽta tãq; seditiosa, possint ad mortẽ adigere. Me ne tantulum

quidem cõmouent, ut sim ab honestis studijs cessaturus. Illud molestum est, bonam operã, in his rixis male collocare. Addit se non deprecari mortem in causa tam pia. Sperat opinor martyrij gloriam. Eam per me sane non assequetur. Ait nõ dubitaturos homines, quin si quid illi acciderit, id me autore patratum esse. Atque ut mihi rem tam atrocem impingat, abũde satis esse putat, quod hoc dixerit. Tantum putat esse ponderis apud omnes ipsius asseuerationi quamuis nudæ. Nihil est opus syngraphis nihil argumentis, nihil testibus. Vnum illud satis est, αὐτὸς ἔφα. Spero nihil illi deterius euẽturum ex me, quã quod ipse sibi conflauit suo libello, ut graues ac docti uiri non optime de Leo sentiant, ut qui bonas adamant literas Leum oderint, uexilliferum aduersæ factionis. Si quid acciderit Leo, nemo nõ dubitabit quin autore Erasmo acciderit, quasi hic libellus non satis idoneus sit, qui multos in Leum irritet, nõ apud Germanos tantum, uerum etiam apud Anglos, qui sua referre putant, ut Erasmi fama sit illibata. Et rei per se atroci, addidit etiam odij nonnihil. Exierat libellus, excusari poterat, Vicit ira iuuenem, instigatus exarsit immoderatius. At ædito tali uolumine ultro insultat quasi re bene gesta. Mittit mihi dono libellum cum præfatiuncula, ut ipsi uidetur falsa, cum nihil scribi possit ineptius. Curat codicem in pluribus bibliothecis reponendum, præsertim monasteriorum, tanquam rem sacrã, ac cedro dignam. Mittit eum regibus, episcopis, & cardinalibus. Mittit etiam ijs, quos mihi nouerat intima necessitudine cõiunctos, uelut exprobrans illis suum de Erasmo triumphum. Hæc cum ipse faciat, arbitratur neminem illi fore iratum, nisi me impulsore. Vtinam Leus cum hæc scriberet, cum hæc faceret, tam laborasset in coercenda bili sua, quàm mihi laborandum est in sedando dolore alieno. Negat se quicq̃ timere sibi à doctis, nimirum aut suauiter sibi placens, & impen-

& impẽdio fidens operi suo, aut pessime sentiens de doctis omnibus, quibus existimat opus tam inimice, tam seditiose scriptum, non enim addam indoctum probatum iri. Si calamum suum ad eruditorum iudicium moderatus esset, multo aliter scripsisset. Sed hoc tropo uoluit illis simul & blandiri, & minari. Blandiri, quod bene sentiret de illorum æquitate, Minari, cauerent, ne si mutirent aduersus hunc libellum, protinus Lei calculo inter indoctos scriberentur. Illud obiter non satis intelligo quid sibi uelit, quod ait, quid militibus cum balneis? Cum non alia gens balneis æque gaudeat atque Germanorum, nisi forte nihil interesse putat inter militem & canem. Stomachatur alicubi, quod in duabus epistolis irreuerentius ipsum tractem. Cum, ut nihil aliud, sit sacerdos Christi. Atqui utinam ipse meminisset monitorum Ioannis Coleti, qui ut erat uir pure Christianus, inter multa & hoc illum admonuit suis literis, haberet ætatis meæ rationem, tribueret aliquid tot uigiliis in publicam studiorũ utilitatem exantlatis. Nec dubito, quin à cæteris amicis doctis & grauibus audierit aut eadem, aut his similia. At is suo animo maluit obsequi, quã amico consilio. Non eleuabo Lei dignitatẽ, non dicam, nisi quod ipse fatebitur esse uerum. Iuuenis est, hactenus nullo insigni officio cultoribus literarũ cõmendatus, in re theologica nec summũ, ut opinor habet gradum, nec ipse sibi quicquã ultra mediocritatẽ uindicat, nullo publico munere fungitur. At quanto cum supercilio mecum agit ubiq, ut obiurgat, ut insultat, ut censet, ut percellit, ut reuocat, ut minitatur, ut uerberat, ut illudit salibus, ut naso suspendit, ut taxat cauillis. Credat hospes seuerũ magistrum castigare discipulum puerũ, credat ueteranum aliquem ac primariũ theologum præire iuueni, credat insignem episcopũ aut Cardinalem eximiũ, plebeium hominem admonere. In calce operis uix sibi temperat,

quin ſummũ pontificem, uelut in ſpecula ſua dormitantem conuitijs expergefaciat Paulus non uult epiſcopum in reprehendendo grege uiolentioris eſſe linguæ. Id eñ Hieronymus interpretatur eſſe πλήκτην. Et tã ferociter Eraſmũ flagellat Leus, iuuenis ſenem, ne cætera conferã, ut uelut è ſublimi deridet ac deſpicit, ut liberis conuitijs tanquã de plauſtro ludens uelut in uernam aut paraſitũ ſuum debacchatur. Deniq; precaĩ mihi, ut deus bonæ mẽtis ac pacis ſpiritũ mihi inſpiret, ut ingeniũ meum uertã ad ædificationẽ eccleſiæ dei potius q̃ in deſtructionem. Quod ni reſipiſcã, aĩt alibi ſe uelle lugere fratrẽ inſanientem. Quod optat hactenus mihi fuit in uotis, an ſucceſſerit neſcio. Alioqui ſi mihi cordi fuiſſet augere rem, ſi parare dignitatem, patebat alia uia longe tum breuior, tum facilior. Multa tranſiliã oportet, alioqui nullum eſſet habitura finem rixatio. Adeo nihil ille non torquet ad calumniam, nihil nõ exaggerat, nõ abſq; graui tædio loquacitatis. Negat ſe uelle mihi æquari, ni quædã acceſſerint mihi quæ deſunt. Hoc ut uerũ eſſe fateor, ita modeſtius alter quiſpiã de illo poterat idem prædicare. Aĩt ſe nũc primũ feciſſe periculum, quid poſſit calamo. Certe ex hoc guſtu licebit conĳcere, quã modeſtus, quã ciuilis ſit futurus in cæteris. Tot mihi ſunt ædita uolumina, quædam etiam iuueni, neq; diffiteor, luſimus alicubi liberius, fortaſſis ad hoc uicĳ natura proniores. At emoriar ſi in oĩbus quæ ſcripſi, tãtum eſt ſtomachi, tantũ amarulentiæ, quantũ in his duabus apologĳs. Multa pernegat ſe mihi dixiſſe, quæ tam memini illũ dixiſſe quã memini me heri pranſum eſſe, neq; ſunt eiuſmodi, ut magnopere retulerit illa confingere, Sum autẽ memoria præditus, ſi non prodigioſa, certe non malæ fidei. Nolim illi uanitatis notam inurere, quã toties impingit mihi præter cauſam. Illud malo ratiocinari, fabulaꝝ, quas miſcet in familiarib⁹ colloquĳs parũ meminiſſe. Proinde conſultum cenſeo, ſi quis

si quis uelit cum illo rem seriã agere, tabulas ac testes legitimos adhibeat. Alioqui cum uult impingere quippiam, sat habet dixisse, non dubiũ quin hoc Erasmo autore sit factum, rursus ubi non est cõmodum agnoscere, quod illi uicissim intẽditur, satis esse putat dixisse, Id uero Leus negat, & si quod sibi permittit, idem permittent cæteri, nimirũ uicit omnem causam. Addit apud Atensem uno atq; altero mense fuisse librum annotationũ, ut mihi si uellet faceret copiam, opinor id sentiẽs, Atensi fuisse in manu, si uoluisset Leus. Imo Atensis aiebat hac lege sibi creditũ librum ne cuiq; faceret cõmunem. Quod si Leus uolebat mihi copiam fieri, poterat illud per se facere, Quanquã non hic tantũ sibi non cõstat, subinde uacillat, & in aqua, quod aiunt, hæret. In præfatione scribit toto anno librum à me flagitatũ, quem toties inculcat apud me fuisse. Alicubi pauca quædam desyderat in opere meo, rursus alibi iactat tot annotationes maximi momenti, Alicubi non improbat industriã meam, alias negat esse meũ uel græca castigare uel latina. Quodã in loco non improbat, si quis cõferat exemplaria græca cum latinis, modo id fiat sobrie, contra alibi fidem in totũ abrogat græcis uoluminibus. Quod si sobrie sunt conferenda exemplaria, quid magis sobrie possit fieri, quàm ego feci, qui totam æditionem uulgatam intactam relinquo. Nunc deiicit suas annotationes, & ineptiores uocat, quã ut quisquã eas sibi uelit asserere, Alibi rursus tãtum illis tribuit, ut periclitatura fuerit tota religio Christiana, nisi illæ prodissent in lucem. Nunc multis argumẽtis persuadere nititur, se grauissimis causis adactum, ut euulgaret suas annotationes, etiam post alterã æditionem noui testamẽti, mox deierat se nunquã æditurum fuisse, nisi per me compulsum. Nunc me facit omnibus technis insidiantem suo libro. Idem alias asseuerat apud me semper fuisse. Nonnunquam obsecrat me, ut erratorum meorum

canã palinodiã. Rursus alicubi exprobrat mihi, q̃d non puduit me recantare quędã, quæ in priore scripseram æditione. Interdum ait me toto orbe notum, apud summates ac doctos uiros plurimũ habere ponderis. Interdum facit adeo uilem & contemptum, ut nec apud Anglos, nec hic ullum habeam amicum, negans quenquam fore qui tali credat autori. Innumera sunt huius generis, quæ multum uideantur abesse, ab illa simplici ueritatis oratione. Quam hæc sint molesta lectori, uel ex meipso cõiecturam facio. Sed quemadmodum puerile fuisset ad omnia respondere, ita committere non debui, ut quicquid ille in me congessit, tacitus agnoscerem. Depuli calumniam alicubi, nusquam regessi. Nunc tui arbitrij facio candide lector utri malis habere fidem, & quotam operis mei portionem Leo deberi uelis. Mihi satis est semel ut res habet narrasse. Nec est animus iterum huiusmodi contentionibus aquam inaniter consumere. Si Leus me repetet conuitijs, prædico me non responsurum, Sin argumentis aget, ut par est inter eruditos agi, non deero mihi, pro mea uirili. Non opinor quicquã hactenus à me dictum, quod cuiquam uideri possit contumelioſum. Eat nunc Leus & me calidissimum bellatorem uocet, qui tam atrocibus conuicijs impetitus tam moderate responderim, nisi forte cõuicium esse negabit quod subinde mendacissimum, q̃p ingratissimum, q̃p alijs atq̃ alijs hoc genus nominibus me compellat, cum ipse duabus illis epistolis, quas existimat esse uehementer procaces, nihil illi impingam, præter gloriæ famem, cum idem impingat Hieronymus Augustino, iam episcopo, quod ego iuueni, & nihil aliud quã Eduardo Leo. Nam sacerdotium hodie turba sacerdotũ euiluit apud uulgus. Nec tamẽ illud interim studio fuit, ut placarẽ Leũ. Mihi sat est, si lector æquus & integer placatus est. Leo nõ prius conabor satisfacere, q̃p irã qua totus nũc feruet, q̃p odiũ, quod

quod nusquam non spirat, posuerit. Sub hæc accingor ad illius annotationes, in quibus tamen ita moderabor orationẽ, ut ingenue fatear, sic ubi lapsus ero, nec ingratum agam, si quid recte Leus admonuit, neque sinam tamen illum auferre, quicquid ille uel pridem scripsit in suis annotationibus, quarum mihi non est facta copia, uel nuper addidit, siue ex sese, siue ex meis posterioribus, nec usquam regeram in illum conuicia, aut seditiosos clamores, quos aliquoties quàm præter rem excitet, res ipsa declarabit. Interim obsecro te lector quisquis es, ut sententiam tuam suspẽdas paulisper. Nam ut hæc licebat ex tempore effundere, ita dierum aliquot spacio fuerit opus alteri parti, propter collationem locorum. Et tamẽ huic negotio non dabuntur nisi decem aut undecim ad summũ dies, cum ille plus biennio adornarit sua. Et tamen non paulo difficilius est depellere calumniam, quàm impingere. Malim mihi pacẽ quàm bellũ. Quod si pugnandum est, malim aliud argumentum, & Iacobo Fabro suum antagonistam inuideo. Verum quid facia, si his fatis sum natus. Sit igitur hic primi uoluminis finis.

AD LECTOREM.



Visquis faues bonis literis, aut aliquid fauoris deberi putas Erasmo, qui tantis sudoribus, certe conatus est, de bonis literis benemereri, oro, atq; obtestor, ne qs in Eduardum Leum conuicijs debacchetur, quod iam nũc uideo quosdam aggressos. Qualis sit illius in me liber, nemo nõ uidet. Sed mihi curæ est perpetuo tueri modestiæ laudẽ, quàm mihi doctorum hominũ suffragia tribuunt hactenus, uel inuito Leo. Non uidebor mihi superior, nisi hominem argumentis, deinde etiam moderatione uicero. Hanc laudem qui mihi non inuident, temperent à maledictis in illum congerendis, sed multo magis in gentem, Mihi cum Leo certamen est, cum gente summa necessitudo. De Leo si quis parum honorifice sensurus est, ipse suo libello debet imputare. Genti par est, ut omnes eruditi faueant, quæ tot habeat uiros in omni literarum genere præcellentes, quæ principes habeat, sic toto pectore fauẽtes melioribus studijs, ut si similes haberemus apud nos non impune sic apud populũ uociferarentur stolidi quidã

Bene uale.

FINIS LIBRI ERASMI, QVO IS RESPONDET CONVITIIS LEI, SVMMA MODERATIONE.

MOGVNTIAE IN AEDIBVS IOANNIS SCHEFFER.

MENSE IVNIO.

ANNO XX.

ERASMI ROTERODAMI RESponsio ad annotationes Eduardi Lei, quibus inceſſit loca quædam ex annotationibus eius quibus ille explanauit quatuor euãgelia, iuxta priorẽ æditionẽ.

LIBER PRIOR

H III 5 2 d

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

ERASMI ROTE
RODAMI LIBER PRIOR, QVO respõdet annotationibus Edouardi Lei, quibus ille locos aliquot taxare conatus est, in quattuor euãgelijs, iuxta priorẽ ædi tionem.



Vm subito ꝓdisset in lucem liber Edouardi Lei, ceu uocẽ adempturus nobis, quod lupus solet ijs quos prior uiderit, uariabant amicorum sententiæ. Quidam censebant nihil omnino respondendum, quidã ꝯ accuratissime respõdendum. Atq; hos, quidẽ illa potissimũ causa mouebat, ꝙd crederent fore, ut si uolumen hoc, cuius iam diu iactati tanta fuisset apud omnes expectatio, magnifice refelleretur, cæteri à simili temeritate tẽperarent. Illos non una mouebat causa, Primum iudicabant totum librum eius esse generis, ut uel nemine respõdente facile lectori non omnino stupido uenturum esset in mentem quid respõderi posset. Id quod esse uerissimũ ex multorum literis accipio, Deinde etiam si liber hic haberet mentem, haberet ingenium, haberet eruditionem & iudicium, eloquentiam, festiuitatem, aliasq; dotes qbus solent eruditorũ hominũ lucubrationes cõmendari lectoribus, tamen tam impotentẽ debacchationẽ, tam insignẽ uirulẽtiam, nulli probo doctóue placituram affirmabãt

Itaq; fore, ut liber ultro uel reiiceretur, uel negligeretur. Et parum abfuit, ut in horum ſententiam pedibus irem. Tandem re per otium apud meum animũ expenſa, placuit diuidi ſententiam, ut neq; nihil reſpõderetur, nec tamen accurate reſponderetur. Cum enim tam atrox rumor de hoc libello per orbem ferè uolitaſſet etiam antequam prodiſſet, cunq; talis prodiſſet, ut fumis ac præſtigijs quibuſdam admirandis facile poſſet imponere lectori uel imperito, uel ſimplici, uel parum attento, non fuit conſilium prorſus obticeſcere, præſertim cum ſint, quibus nihil tam ſtulte aut indocte ſcribi poteſt, quod nõ arrideat, modo bonis literis aduerſetur, & diuerſam factionem adiuuet. Quoto autem cuiq; tantum ſit ocij, ut conferat quid calũniet Leus, quid ego ſcripſerim, aut qua arte ille noſtra torqueat, q; uiolẽte, imò q;, ἀπροσδιονύσως. citet aduerſum me autorũ teſtimonia? Quis autem adeo præſenti animo eſt, ut prima ſpecie non aliquo pacto cõmoueatur τοῖς θορύβοις illis, πανικοῖς? Tot obiurgationibus, tot obteſtationibus tot abominationibus, tot indicibus, tam innumeris numeris, quibus ille ſuas annotationes, uelut inſignem theſaurum, iterum atq; iterum numerat. Quem non moueat libro nondum perlecto, terribilis ille elenchus, quem in operis frõtiſpicio præponit, quo lectori, ceu Circes poculo, ſtatim mentem adimat. Quid eo ſeditioſius, aut calũnioſius excogitari potuit? Quoties illic temere muto lectionẽ eccleſiaſticam? Quoties addo de meo, quoties adimo. Illic noto eccleſiã. Illic noto euangeliſtam. Illic imputo interpreti hæreſim. Illic annoto quiddam eſſe hæreticum autore Chryſoſtomo. Illic parum catholice ſentio de matrimonio. Illic petulantius ac laſciuius loquor de ſalutatiõe Gabrielis. Illic mordeo Auguſtinum, probatiſſimũ eccleſiæ doctorem. Illic cum Marcionitis ſentio omnẽ coitum eſſe ſpurcum. Illic patrocinor Pelagianis. Illic faueo Arrianis. Illic labefacto ſa-

cto ſa-

eræ ſcripturæ autoritatem. Illic renouo ueteres hæreſes. Illic irrideo ſermonem interpretis, quẽ Leus putat eſſe ſpiritus ſancti. Illic irritantur in me theologorũ ordines. Illic prouocantur in me mendicantium quos uocant populi. Illic hæreſes ſubinde inculcantur. Poſtremo quid illic non facio? Porrò ubi uentum erit ad ipſa loca, prudẽs lector intelliget illa meros eſſe fumos, ac nihil minus eſſe, & quod hic index iactitat. Hæc mihi perſuaſerunt, ut omnino reſponderem aliquid. Rurſum ne multum operæ collocarem in hoc negocio, illa mihi fuerunt in conſilio. Primũ quod intelligerẽ, & mihi plurimũ fore tœdĳ, & minimũ fructus ad lectorem eſſe rediturum, ex opere prolixo. Nam in immenſum creſceret uolumen, ſi quod ille facit, primũ recenſerem quæ refellerẽ, deinde ſingula machinis oĩbus adgrederer. Præterea diuinabam id quod res eſt, huius generis libros tantiſper eſſe in manibus, donec feruent hominũ recentia ſtudia, ea ſimul atq; refrixerunt libri tineis rodendi relinquuntur. Præſertim ſi talis eſt cõflictatio, ut nulla cõmendetur utilitate. Quis autem uelit in ea re neruos omnes intendere, quam ſciat non eſſe uicturam apud poſteros, imò paucis annis intermorituram? Deniq; ſtultum uidetur accurate uelle refellere, quod attente legiſſe, refelliſſe ſit. Nam ſi mihi liberet numerare, quoties non intelligit, neq; quod reprehẽdit, neq; quod loquitur quoties palã calumniatur, quæ nec dixi nec ſenſi, quoties atrocibus uerbis exagitat, q̃d optime dictum eſt, quoties autorum uerba ad calumniandũ detorquet, in diuerſum ſenſum, quoties auiditate carpẽdi ſcribit abſurdiſſima, quoties miro ſupercilio docere conatur ea, quæ prorſus non intelligit, quoties tragœdias excitat ubi nihil eſt cauſæ, deũ immortalẽ quot & quales mihi naſcerentur elenchi, & iſti ad quantã paucitatem reciderẽt, illi toties iactati, toties numerati numeri. Atq; ita eſſe nolim mihi credas lector, niſi rem compe-

reris, adeo manifestã, ut, quod dici solet, uel cœco pspicuum sit, nisi uideris, nunquã magis ineptire Leum, cp ubi suscitat atrocissimos tumultus. Próinde mihi lõge diuersum studium erit in respondendo, ac Leo fuit in taxãdo. Ille adnisus est, ut, cp maxime cresceret uolumẽ, ego dabo operam, ut cp paucissimis rixandi negociũ abioluam. Quid enim aliud hic est, quã rixa pene muliebris. Ille diligentissimus fuit in his quæ faciebant ad præstigium. Ego diligentior futurus sum in explicanda re. Ille totus est in conuitijs. Ego quoad licebit in totum à cõuitijs abstinebo. Atcp utinam Leus sic uersari maluisset in hac palæstra literaria, ut laudem captasset potius suam, quã exitium aduersarij. Nunc illi magis placuit lex gladiatoria, aut occide, aut morere. Et tamẽ intelliget prudens lector, me pro uirili uitasse, ne dum meum defendo caput, grauiter ledam aduersariũ non quod ille mereatur hanc ciuilitatem, sed quod mihi magis placet, id quod homini Christiano magis est decorum. Tantum ne quid erret lector hospes, paucis ut res habet docebo. Aedideram nouum testamentum, ad græcorũ codices uersum ac recognitũ. In ea æditione testatus sum nõ esse fidendũ ijs quæ proderem, nisi ueterum codicũ, nisi ueterum interpretũ cõsensus accederet. Et pollicitus sum proxima æditione me meliora redditurũ omnia. Inuitaui doctos, ut si quid haberent rectius, adferrent in cõmune. Atcp eum laborẽ susceperã hortatu. S. D. N. Leonis decimi. Leus antequã pdisset opus, aut antequã me nosset, & priusquã græcas literas attigisset, testatus est se reperturũ in opere meo qd carperet. Prodijt altera æditio multo tũ melior, tum emẽdatior priore. Res ipsa docet. Et tamen in priorẽ tam atrociter scribit Leus, non alia re prouocatus, nisi quod schedulas quasdã, ut tum erãt, exiles ac ieiunas, minutias appellassem, idcp apud unũ duntaxat amiculũ, Leum interim laudans non incessens. Hoc factum non alio lemma

te præ-

te prætexit, nisi q posterioris æditionis, nõ sit omnibus copia, quasi liber ipsius latius sit uolitaturus, quã nostra posterior æditio, cum his nec typographum, nec lectorem repturus fuerit, nisi scriptus esset aduersus Erasmũ. Iam ut donemus me alicubi lapsum insigniter, quæ gloria sit, hoc exagitare conuitijs, quod ipse mea spõte correxissem. Deinde q̃ inciuile, cum ex prioris æditionis lectione, & græce didicerit & latine, cũ tam multa cognouerit quæ prius ignorabat, nusquã agnoscere beneficiũ, sed animo plusq̃ hostili, etiã illa arrodere, quæ recte scripta sunt. Sed omniũ impudentissimũ, q̃d uerbula quædam mea, quæ tum ex tempore & aliud agens annotarã, & sic annotaram, ut admirer illum potuisse legere, nunc ut rem serio scriptam euulget, & ad hæc nunc tandem respondeat orbi, ad quæ tum ne uerbo quidem unquã respondit, præsertim cum ex æditione posteriore, ex aliorum admonitu, è suo studio locupletarit interim sua, quibus mea oppugnat inermia. Ad hæc quod opus sic æditum, ut esset usui studiosis, non ita taxat, ut quædam improbet, sed ut totum subuertat, quasi quisq̃ ante me scripserit opus, in quo nõ alicubi desideres aliquid, quod ne ipse quidem præstitit Augustinus, cui tãtum tribuit Leus, posteaquã decreuisset illum perlegere. Quod si labor hic quem suscepi, damnãdus est in uniuersum, cum Leone res erit Leo, non mecum. Ille bis approbauit, si non omnes operis partes, certe studium & institutum meum. Cuius iudicio, si malui fidere quàm Lei, nemo mihi uitio uertet opinor. Hactenus ita loquor, quasi locis compluscul is errarim etiam periculose, quod mihi tamen cõmune fuisset cum probatissimis nostræ religiõis autoribus. Nunc dispereã si reperient annotationes Lei duæ, quæ sint alicuius momẽti. Et tamẽ illi largior eas quoq̃, quas illi docti quidã suppeditarũt. Porrò stilũ ita deiecí, ut Leus quæri nõ possit se facũdiæ præsidijs oppressum esse.

Hoc unũ

Hoc unum orabo lectorem, ne cui minus uidear modestus, quod minus ambitiose meam ostento modestiam. Imò hoc ipsum debet ad modestiæ laudẽ adiungi, quod maluerim aliquam huius gloriæ iacturam admittere, ꝙ cum incõmodo aduersarij tueri in solidũ ius meum. De opere Lei nihil adhuc pronũcio, præter illud unũ, quod multis annis nullum legi librũ, unde minus didicerim, cum tamen obiurger passim. Sed quicquid interlegendũ tibi ueniet in mentem optime lector, etiam atq; etiam te rogo ut siquid placet, imputes toti Britanniæ, si quid displicet in unum Leum conijcias. Nam cum ea gens habeat tam multos, insigni prudẽtia, probitate, modestia, doctrina, fideq; præditos, iniquũ fuerit, ex unius homis ingenio totam estimare gentem. Et tamen hoc facere solet hominum uulgus, quo magis uisum est admonere. Comperi non paulo plus negocij quã putaram, nõ quod esset difficile refellere, quæ ille sic obijcit, ut existimem nec ipsi placuisse, qui scripsit, sed quod bona pars temporis in collatione locorum esset consumenda præsertim cum ille frequenter pessima fide citet, quæ citat. Malueram totum sexennium insumere, in rem publicis bonorũ studijs profuturam quam uel unum mensem talibus nænijs refellendis. Sed prohœmij iam satis.

SEQVVNTVR NOTATIONES Eduardi Lei, qbus conatus est taxare nõnulla loca in ãnotatõibus Erasmi Roterodami, qbus emẽdauit atq; explanauit quatuor Euangelia, iuxta priorem æditionem.

LIBER TERTIVS

Responsio ad annotationẽ Eduardi Lei. CXIIII. aduersus annotationes Erasmi Roterodami in Acta apostolorum.

DER SPIRITVMSANCTVM præcipiẽs. Quoniam hæc particula per spiritum reddebat orationẽ ambiguã, qd referri possit, uel ad superiora, præcipiens per spiritumsanctum, uel ad sequentia, per spiritumsanctum, quos elegit, ut ostenderem rectius accõmodari ad superiora, præsertim cũ ordo sermonis præposterus sit alteram sequentibus sentẽtiam, per spiritumsanctum, quos elegit, pro eo quod erat, quos elegit per spiritumsanctum, adhibita periphrasi uerteram hunc in modum. Ad eum usq; diem, quo postq; impartitus in hoc ipsum spiritumsanctum, mandasset Apostolis, quos delegerat, rursum assumptus est. Hic Leus negat opus fuisse periphrasi, cum nostra lectio cõgruat ad sermonem Græcũ. Imò non quadrat, uel in hoc quod non congruit ratio tẽporis in ἐντειλάμενος. Sed negat ex euãgelistæ uerbis elici, quod nos expressimus periphrasi. Imò quo minus alter sensus possit elici, sermonis ordo reclamat. Quid autem uetat intelligi quod nos uertimus? An qui per pecũniam dicitur aliquem euexisse ad magistratũ, nonne intelligitur, impartitus pecuniã conciliasse illi magistratũ? Nec ideo nego per spiritumsanctum electos episcopos, qui regerent ecclesiam, si annoto Christum per spiritum sanctum delegasse suis prædicãdi munus? Imò quod adducit Leus pro me facit magis. Porrò quod ἐντειλάμενος refert ad hoc quod mox sequitur, ab Hierosolymis ne discederent, mihi sane uidetur, tum coactius, tum dilutius,

Acto. 1
A
B

quasi fuerit hoc præcipuum, aut solum quod illis præcepisset cum Lucas illic attingat summã eorum quæ Christus mandasset suis à resurrectione. Ad hæc quid opus erat illic admiscere, q̃d mox esset narraturus? Iam quod negat Lucam facere mentionem de prædicandi munere delegato apostolis, mihi satis est, q̃d Mattheus & Marcus meminerũt. Porrò de spiritu sctõ nominatim meminit Ioannes ca. xx. Sicut misit me pater & ego mitto uos. Hæc cum dixisset, insufflauit & dixit eis, accipite spiritũ sanctum &c̃. Nec tamen ita sequor hanc sententiam, ut diuersam reiiciam. Tametsi Chrysostomus græcis cõmentariis explicans hunc locum, ordinat sermonem hunc, quẽadmodum nos ordinamus his uerbis, διὰ πνεύματος ἐντελάμενος τοῦτ' ἔστιν πνευματικὰ πρὸς αὐτοὺς εἰπὼν ῥήματα. Idq; multis uerbis prosequitur, Hac de re cum nunquã monuerit Leus tamen annotat in indice, quod hunc locum non mutarim.

AD CXV.

Eodem. ET conuescens præcepit. Annotarã mihi uideri scribarum uicio deprauatum, conuescens pro conuersans cum neutrum uerbũ quod est in græcorum codicibus sonet conuesci. Sed Leus in Aleandrino Lexico legit συναυλίζεσθαι sonare etiã conuesci. At unde hoc hausit Aleander, nisi ex hoc loco, quando nemo opinor latinus dixit conuesci. Quanquã αὐλή græce sonet & diuersoriũ. Neq; pugnat inter se cõuersari, & conuesci, at nõ ideo uox eadem utrũq; significat. Neq; facit aduersus annotationem meam, quod Christus à resurrectione sumpserit cibũ cum discipulis suis, sumpsisse cibum cũ discipulis statim à resurrectione palàm declarat euãgelica hystoria. Nec hoc sensit Lucas his uerbis Christum cõuiuium egisse cum suis eo die, quo repetijt cœlũ. Sed summã proponit eorum quæ gesta sunt ante seruatoris ascensionem, quo connectat euangelicæ narrationis seriem, cum hachi-

hachistoria. Cætera minutiora sunt. Nec huius rei nos admonuit Leus, cum nunc recenseat inter manētia. Sed hic Leus sumpto Christiano animo, quodammodo palinodiam canit, & hoc nomine uult sibi debere lectorem. Sic enim ingreditur, quia inquit utilitati tuæ studemus, optime lector, nequid ignores &c. Deinde promittit simili modestia usurum sese etiam in cæteris, si quid offenderit apud ueteres, non pudebit inqt recinere, si opus sit, aut saltem te cōmonere. Quod si Leus prestabit id quod pollicetur, non dubito quin ducentas simus habituri palinodias. Atqui turpissimū est, παλινωδεῖν, ubi sic impetitur fama proximi, ubi tanto supercilio res geritur, ubi colaphis passim cedimur, ubi hæreses, schismata, & his dictu atrociora uocabula intentant. Hic Leus non grauabitur recinere, Vt satisfiat lectori, quo pacto satisfiet mihi? At ego in priore æditione multo magis ingenue pollicitus sum palinodiam, si quid offenderē secus quā oportuisset dictum, idq; nō uno in loco. Inuitaui studiosos, cōmonstrarent si quid offenderet. Atq; id feci in opere nō ad carpendum, sed ad docendum parato. In quo nullius fama inceßitur, in quo nomē etiam eorum illustro à quibus dissentio. Et Leus post tot rixas, tot iurgia, tot conuicia, post tam multa seditiosissime dicta, post æditum librum insigniter famosum, sibi ignoscet, si modo commonefecerit lectorem erroris sui, sed incolumi tamen ipsius dignitate. Idque faciet cedens autoritati Augustini, aut similium, alioqui non cessurus, ni tanti essent nominis apud omnes. Et tamen interim uult expendi rationes illas admirabiles, quibus suam sententiam communiit, quæ fortassis efficient, ut ab Augustino desciscentes in Lei sententiam pedibus discedamus. Iam illud lubens rogarim Leum, si permittat, cum simul æditerit, & priores annotationes & hunc indicem, cur non correxit potius duas illas annotationes quàm hanc palinodiam

adiecit índici, non mutatis illis, quæ male scripserat. An metuebat, ne parum amplum esset uolumen? Nec enim uideo quam aliam causam possit prætexere, Parisijs excudebatur liber, Leus erat Louanij. Qui si adfuisset, uideri poterat excusis iam chartis illis sero deprehendisse, quod hic recantat nisi forte Lei frater Galfredus hoc adiecit de suo, qui castigãdo libello præerat, cui debes lector, quod habes eum usq; adeo purum putumq; amendis. Siquidẽ hic p'ane iuxta græcorũ prouerbiũ ἀλλὰ φύσ ἀνδρὶ παρῆν. Verum illud penẽ me fugerat, cũ ego in posteriore æditione non semel adduxissem testimoniũ S. Augustini ex libri primi quem scripsit aduersus Felicem Manicheum cap. iij. Leus id dissimulans citat eadem uerba, ex opere quo respõdet Augustinus literis Petiliani Donatistæ ca. x. Atquicum huius operis sint tres libri, nullius horum decimũ caput habet aliquid huiuscemodi, unde consentaneum est Leum aliqua occasione hic falsum esse. Iam & illud festiuum, quod hanc Augustini lectionẽ paraphrasin uocat, cum locus ipse doceat hanc ecclesiasticam fuisse lectionem. Sic em̃ narrat notarius excipiens quæ tum agebantur. Et cum reddidisset codicem euãgelij, accepit actus apostolorum & dixit, Ac paulo post, Et recitauit in actibus apostolorum. Primũ quidem sermonẽ &c̃. Bellum uero futurum erat, si episcopus studens testimonio diuinæ scripturæ reuincere hæreticum, pro uerbis euangelistæ, suã adduxisset paraphrasim. Quin uel hic unus locus apud Augustinũ arguit ecclesiasticam lectionem, certe apud Afros, aliam fuisse, q̃ qua nos utimur hodie, Locum reperies. iiij. & v. cap. conferat si cui uacat.

AD CXVI.

Acto. 2 LIcet audenter dicere μετὰ παῤῥησίας Cum audenter loqui, & libere loqui idem ualeãt, cur Leus & à me dissentit, & ab interprete? Cuius sermonẽ cum alibi dicat esse spiritussancti, demiror quod non ueritus sit

sit au-

sit audenter uertere in palàm.

AD CXVII.

MOses quidem dixit, Admonet Leus, q̃d additur apud græcos, ad patres, in latinis non esse. Id si tũ admonuisset, fuisset additũ. Nec hic aliud potest obijcere, q̃ humanam incuriam, in re nõ periculosa. Et in posteriore ędítione additũ est, citra Lei admonitionẽ. Acto. 3

AD CXVIII.

ADuersus puerum tuum Iesum.) Cum παῖσ apud Græcos polysemon sit, & ut arbitror etiam apud Hæbræos, admoneo magis uertendum esse filiũ, quàm seruum, quoties de Christo loquimur, quod filiũ dei frequenter & certo uocatũ legimus, seruus an dictus sit incertum est, ob uocem ancipitem. Sed Hieronymus contendit Christum uocari seruũ. At Ambrosius dissentit, enarrãs epistolæ ad Philip. cap. ij. Non enim inquit, mihi sicut quibusdam uidetur, sic formã serui accepisse, dum homo natus est. Ac paulo superius. Formam tamẽ dei non accepisse dicitur, sed esse in forma dei. Serui autẽ formã accepisse, dum quasi peccator humiliatur. Serui autem ex peccato fiunt. Sicut Cham filius Noe, qui primus merito serui nomẽ accepit. Vides ut Ambrosius nõ aliter admittat in Christo serui p̃sonã, quàm p̃sonã peccatoris. Verum cum toties falsus, non satis fiderem Leicæ citatiõi, uisum est excutere loca, quæ adducit, nõ opinor ex ipsis fontibus, sed ex indice, quem indocte uocãt concordantiã bibliæ. Nam primũ Esaie cap. xli. Hieronymus qui iuxta Hæbræos uertit, Et tu Israel serue meus, cum prolixo sermone locum interpretetur, ne uerbo quidem meminit Christi, uerum totum hoc ad Apostolos accõmodat, & nominatim ad Paulum, qui prius fuerit seruus legis Mosaicæ, mox electus ad euangelij prædicationem. Neq; secus interpretatur glossa, quàm uocãt ordinariam. Et hic est locus, quem Leus negat alio detor Acto. 4

queri posse, ꝙ ad Christum. Refellat igitur Hieronymũ falsè interpretantem, & suos autores adducat, quos repudiato Hieronymo sequamur. Porrò ꝙd adducit ex eiusdem prophetæ. cap. xlij. demiror cur putarit prophetæ uerba mutanda. Cum enim illic iuxta uersionem ex Hæbræis habeatur. Ecce seruus meus, suscipiam eum, Aciuxta septuaginta legatur. Ecce Iacob puer meus assumam eum. Leus adducit. Ecce seruus meũ suscitabo eum. Vbi nunc est illa lex terrifica, quæ nec apicem patitur immutari in sacris literis? An excusabit incuriã? Sed ut ipsi uideẽ supinitas in sacris literis impietas est. At fortasse sic habet index. Verum oportebat in re sacra locum ipsum expendere, præsertim cum pararet carpere. Atꝙ hunc sane locum Hieronymus interpretatur de Christo, sed negans addi mẽtionem Iacob, Cum uaticinium ædatur de Christo. Et tamẽ hic Iacob additur à septuaginta. Iam in eo quod citat ex Esaiæ ca. xlij. Vide quot modis peccet, qui lapsus alienos tam morose insectatur. Primũ cum illic habeatur iuxta translationem, Vocaui te nomine tuo meus es tu. Leus sic adducit, Vocaui te nomine tuo, seruus meus es. Vbi nunc dormit illa terrifica lex, qui diminuerit, aut apposuerit? Hic nihil habet Leus quod prætexat, nisi suam uel incuriã uel insciti am, cuius alijs nullam oñino facit gratiam, alijs Cato, sibi Suffenus. Verũ opinor me deprehẽdisse, qd hic imposuerit Leo. Index, quẽ concordantiã uocant, sic adducit hunc locũ, quẽadmodum refert Leus, ut iam uerear, ne Frobenio scribat dicã, & falsarium appellet. Quod dico probabilius facit, quod negat hunc locũ alio detorqueri posse, ꝙ ad Chrm cum Hieronymus totũ interpretet̃ de choro Apostolorꝝ, quemadmodum primũ illum, Et fortassis eodem pertinet medius, etiamsi dissentit Hieronymus. Non sic opinor deliraſſet Leus, nisi ex indice decerpsisset, quod adducit. Hic est qui nos submouet à tractãdis sacris literis.

Hic

Hic qui docebit orbem, quã caſte, quã circunſpecte, quã religioſe tractandæ ſint diuinæ literæ. Cæterum ut Hieronymus conaꝫ oſtendere nomen ſerui cõpetere in Chriſtum, ita multorũ aures abhorruerunt ab hoc nomine, quod indignitatem quandam ſonat prima ſpecie, & pugnet cum nomine filij, quod ſibi ſemper uſurpat in euangelio CHRIRTVS, qui & apoſtolos ſuos, iam edoctos arcanorum, pro ſeruis amicos appellat. Quanquam hoc loco non recenſeo meam opinionẽ, ſed de Laurentiana diſputo. Nam ſub mea perſona loquens, dico in annotatione. Et fortaſſe ſerui appellatio in hunc non conuenit, Et plane non conuenit, quatenus eſt filius. Id me ſenſiſſe ſatis indicat quod ſequitur, Etiamſi obediuit & ſubditus fuit patri iuxta aſſumptum hominẽ, ſed ut filius, non ut ſeruus. Nam filius obtẽperat, ſed ſua ſponte. Seruus metu ſuum facit officium. Porrò quod Hieronymo Chriſtus dicituruermis, pro me facit, ſi recipimus hyperbolen. 6
Neqꝫ deſunt autores, qui in hãc ſententiã pedibus eant. Refellit, quod obiter addideram CHRISTVM non fuiſſe puerum quũ adferret ſalutem. Quid opus erat hic argutari, quum Petrus interpretetur, de morte Chriſti, qua nos redemit, etiãſi tota CHRISTI natiuitas ac uita ad humani generis ſalutem pertinet. Conuenerunt enim, inquit, uere aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum Herodes, & Pontius Pilatus. Porrò quod rurſus diſputat in indice Leus, aduerſus poſteriorẽ æditionem, magis ad Ambroſiũ pertinet, quẽ ſecutus ſum, quã ad me. Illum H
prius refellat oportet, qui negat ſibi placere ſententiã eorum, quibus CHRISTVS ideo diceretur accepiſſe ſerui formã, quod factus eſſet homo. Iam quod negat CHRISTVM fuiſſe ſubditũ patri, quatenus erat filius, ſed quatenus erat ſeruus, fortaſſe uerum eſt, ſi CHRISTVS, iuxta naturam humanam, nullo modo dicitur filius, dei, quum homines pij filij dei uocentur.

AD

AD CXIX.

Acto. 6 NOn cessat loqui uerba. Hic quando nihil muto, ne in nostra quidem lectione, nec in Græca, non est quod carpat Leus, nisi rationem, imò coniecturã meam quam adfero in annotationibus. Et tamẽ erat cur suspicarer apud græcos additum, uel hoc argumẽto, q̃d in latinis codicibus non haberetur, maxime cum eo non adiecto constet sententia. Atq; adeo mecum facit Chrysostomus interpres, qui de blasphemis, in enarrando nullã oñino facit mentionem. Cæterum quod obiter ait Leus fieri posse, ut aliquis loquatur aduersus templum aut aduersus deum citra blasphemiã, mihi uidetur abesse multum à uero.

AD CXX.

Acto. 8 HIc prorsus præter omnem causam inceſſit Leus exemplaria græcorum. Admonueram in quibusdã græcis codicibus deesse uersum unum aut alterũ, sed addo, mihi uideri omissos in curia librariorũ, & eosdem in alio codice cum repperissem adscriptos in margine, adieci. Quid hic quæritur Leus. Nihil deest ne in priore quidem æditione. Annotatio testatur codices illic fuisse mutilos, Sed succurrit alius. An ideo non est credendum græcorum exemplaribus, si in uno quopiam aut altero reperiatur locus mẽdosus? Quis autem tam stultus ut in tali negotio fidat uni codici? Sic enim loquor hactenus, quasi constet hic græcos codices esse mutilos. Et tamen q̃d indicaui deesse, non attingit Chrysostomus græcus interpres, post bis æditum opus nobis tulere suppetias, ad æditionem tertiam adornãdam, Sed ciuilior est in calce huius annotationis quã solet alibi, negans fidendum græcis codicibus, ni comperiatur Hieronymus aut alius quispiam ueterũ cum illis consentire. At istud agimus hoc toto opere. Debebat tamẽ addere, aut nisi suffragentur exemplaria uetusta latinorum.

AD CXXI.

Durum

DVrum est tibi. Cum contextus & græcus & latinus sic haberet ut pbat Leus, qd obfuit, qd in annotationibus admonui particulam hanc in græcis quibusdam codicibus abesse? Quid aliud suspicari potest quã me post, alia nactum exẽplaria. Neq; tamen ppetuũ est, ut qd ait Leus narratio repetita per oĩa respõdeat. Nec Chrysostomus attingit quod indicaram abesse. Acto. 9

AD CXXII.

QVomodo unxit eum deus. Cum non negem apostolorum sermonem licet inconditum, tamen efficatiorem fuisse, aliorum oratione quantũuis phalerata, cum ipse Leus fateatur sese paruifacere, utrum dicamus apostolos unica lingua loquutos in actis, quæ sit ab oĩbus intellecta, an linguis diuersis, quando hoc & hodie controuersum est inter theologos, cum non dissentiat in hoc, quod aio apostolos ex consuetudine græce loquentium græcam linguam didicisse, quid igitur tot uerbis agit? Displicet illi, quod uitiũ sermonis noto in apostolis. Si uitium appellat formã sermonis abhorrentem à ratione & usu emendate loquentium, quid piaculi sit, uitium hoc tribuere apostolis, quod toties facit Hieronymus? Sed notas inquit, Imo Lei uox hæc est, non mea. Et hoc Syllogismo claudit hanc annotationem. Tu sermonem à decretis linguæ exorbitantem uicij notas, ego nihil uitij patior dici in opere dei. At sermo apostolicus opus est dei, quem qualiscunq; sit ueneror præ maiestate. Quid? an ego usquã aspernor sermonem apostolicum? An non frequenter illorum cœlestem admiror eloquentiam? Si Leo nihil aliud est uitiũ q; peccatũ, fateor in opere dei abesse peccatum, aut certe abesse debere. Sin balbuties linguæ, aut lippitudo uitium est, quid prohibet tale uitium coniunctum esse cum opere dei? Leus imperitiã sermonis tribuit Paulo. An qui tribuit imperitiã sermonis, non tribuit uitium? Sed hoc uitium ueneratur Leus. Act. 10 A B

C Atnõ

At non quatenus est uitium. Nec ueneramur sermonis incommodum, sed sententiam. Si Paulus usus sit uestelacera, nonne diceres uestem uiciosam, citra Pauli contumeliam. An cum lectorem torquet incõmoditas sermonis, non licet illi subuenire? Nec enim aliud agimus hoc loco. Excute lector annotationem meã, nihil reperies in apostolos secus dictum quã oportet. At gaudet Leus in hac annotatione sociũ habere Martinũ Dorpium, ne solus sapere uideat, quasi uero periculũ sit eius rei, ni Dorpius succurrisset. Tametsi Dorpium non idem mouit q̃d Leum. Imò habet & Eccium huius rei socium, quo minus metuat, ne solus sapere uideatur. Sed ecce respondimus epistola, quã admiror quo consilio dissimulet sibi lectam esse. Iam quod addit in indice Leus, mihi in posteriore æditione additũ quod nolim hac de re digladiari, nihil facit ad hãc rem de qua mihi cũ Leo controuersia est. Nam uiciũ sermonis plane tribuo apostolis, etiamsi nõ taxo, neq; incesso.

C

AD CXXIII.

Act. 10

HIc notat, quod cũ admonuerim in annotationibus plusculũ esse in græcis codicibus quã in nostris, tamen nõ adiecerim in contextu q̃d nostris deerat. Fingat hoc mea incuria omissum, satis erat alicubi monitum esse lectorẽ. Iam q̃d in posteriore adiecimus æditiõe id quod deerat in priore, Leus tacite rogat, ut ipsi feratur

AD CXXIIII. (acceptũ.

Actor. 13.

SAluatorẽ Iesum. Hic cum in contextu sequutus sim eos codices qui habebãt additũ Iesu nomẽ, itaq; uerterim, nihil habet Leus q̃d suggillet, nisi q̃d in annotationibus admonuerim in nõnullis codicibus non addi Iesum, & addo, fortasse nondũ erat tempus explicãdi nominis. Id ideo uenerat in mentẽ, quod legimus fuisse tẽpus, quo Christus nondum uoluerit prædicari Messyas, rursum apostolos in initio prædicationis apud rude uulgus ab-

gus abstinuisse à uocabło dei Ita forte fieri poterat, ut quoniam Iesu nomen adhuc erat inuisum, Seruatorem prædicarit, suo tẽpore expressurus & nomẽ. Id quoniã mihi non admodũ probabatur adieci, forte. Quod adiecerim probat Leus. Próinde nihil hic mihi cum illo controuersiæ est.

AD CXXV.

ADmonueram in quibusdam pro σωτῆρα haberi σωτήριον id est pro seruatore salutẽ, & tamen sequor, quod cũ nostra lectione consentit. Quid est igitur quod quæratur Leus. Eodem

AD CXXVI.

MIror cur ex una duas fecerit annotationes. An hoc reprehendit, quod maluerim sequi codices græcos qui cum nostris cõsentirent. Cũ tester in quibusdã

AD CXXVII. (alijs defuisse.

LEus indicat in nostris codicibus haberi, quæ desint in græcis, nimirum hæc. Et commota est omis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas Lystris morabantur. Quid facerẽ, quando hæc, nec in Aldina æditione, quæ post meam prodijt habentur. Hoc si tum admonuisset Leus fortassis huius rei mentionem fecissem in annotatiõibus. Cæterum quod Leus ex hoc loco colligit, nõ esse fidẽdum græcis codicibus, quibus non ob aliud tam iniquus est, nisi quod à me prodíti sunt in lucẽ, ego uicissim colligo Lei iudicio nihil esse tribuendum, cum in codicibus quibus addita est glossa quam uocant ordinariam, totum hoc deest, & glossema qd apparet esse Bedæ admonet in græcis haberi, in quibusdam uero latinis non haberi, Quin & Iyranus cũ scribat perpetuum commentarium, hunc tamen locum in enarrando non attingit. Imò ne in cõtextu quidem codicis habebatur, quo sum usus, cum hæc scriberem iam in æditione quæ habet Hugonis Carrensis commentarios uidemus adiectum in spacio marginis. Alias non habet. Actor. 14.

 Sed est

Sed est in græco. Atne Chrysostomus quidem enarrans hũc locum, attingit id quod indicauimus deesse. Eat nũc Leus, & nihil addubitet, quin græcis desit, q̃d in nostris legitur, sed non omnibus.

AD CXXVIII.

Act. 17 CVm Græce sit ὡσ τάχισα, quod Latine reddi poterat ad uerbum, quã celerrime, demiror interpretẽ maluisse recedere à græcis uerbis, parumq; latine reddere. Leus admonet, hoc indicari potuisse ciuilius, uidelicet interpreti deferens, quẽ putat afflatu diuini spíritus hæc uertisse. Ego diuersum sentio, atq; adeo mecũ diuus Hieronymus.

AD CXXIX.

Act. 19 DEuia domini. Indico apud græcos nõ addi domini, uideri apud Latinos additũ explicandæ rei gratia. Cæterum potuisse uerti de hac uia, quod articulus περὶ τῆσ ὁδοῦ, demonstret certam uiam, nimirũq; eam, de qua paulo antefacta est mẽtio. Sed non idem, inquit, pmittis interpreti Ioannis εἰσ τὸν κόσμον, ideſt, in hũc mũdum. Necq; damno tamen interpretem, imò alicubi excuso. Quanq; non est símilis ratio. Non est alius mundus, quã hic mũdus. Sed absurde quis dicat de uia, nisi addat aliquid, quo certam uiam demonstret. Necq; consequens est, si alibi nihil certi demonstret articulus, idcirco nusq; aliquid certi demonstrare.

AD CXXX.

Actorũ 21. ADmoneram ex hoc loco uideri Iacobum in ea fuisse sentẽtia, ut existimaret legales ceremonias adhuc esse seruandas. Leus dissentit. Primũ quid miri sit, si id sensisset Iacobus inter Iudæos assidue uersans, cum in hac sententia fuerit aliquandiu Petrus, abhorrens à congressu Cornelij? Necq; tamen id sensi, Iacobo uisam Mosi legem ad salutem esse necessariam, sed seruandam adhuc ad uitandum offendiculũ infirmorum, cum Paulus pu-

lus putaret esse tempus, negligendi eam superstitionem, utpote uergentem in magnum discrimen euãgelicæ doctrinæ.

AD CXXXI

Προεχειρίσατο, quod interpres uertit præordinauit, dico rectius uertendũ fuisse præparauit. Nam prędestinare est statuentis, προεχειρίσαι est aggredientis, quæ præparent ad ea, quæ mox secutura sunt. At Leus contendit etiam illa media fuisse prædestinata. Quis hoc negat? uerum hoc non narrat hic Lucas, in cuius interpretem scribo annotationes. Et tamen si satis cõmemini, notat alicubi in indicibus Leus, quod detraham prædestinationi diuinæ, cum hic nihil aliud, quã græce uocis explicem uim ac proprietatem. Actor. 22.

AD CXXXII.

PErcutiat te deus. Hic ostendo, neq; cõuicium fuisse quod dixerat Paulus in põtificem, neq; mendaciũ, quod dixit, se ignorasse, quod pontifex esset, & tamẽ ob tumultũ agnouisse, ueluti dictum conuiciũ, & agnouisse ueluti pontificem, qui reuera põtifex non erat. Hic Leus sic mauult Paulum excusari à mẽdatio, quod Ananias uere nõ fuisset pontifex, abrogato iam Mosaico põtificio. Verum qui potuit hoc ignorare Paulus? Hic magis hærebit in periculo mendacij. Sed mentitur, inquit, qui pontificem quantũuis scelerosum negat esse pontificem. At non mentitur, qui hominẽ brutorum exemplo, seruientem uentri, negat esse hominem. Mendacij reus erit Paulus, inquit, etiamsi quod dixit, aliquo modo uerum sit, nisi uerum fuerit ad sensum cõmunem. Hanc legem planè reijcio. Alioqui non excusabimus Christum à crimine mendacij, qui dixit, soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud. Item cum iubet tunica diuendita emi gladium. Imò ad hanc legem plane mentitus est Paulus. Sciebat illũ esse pontificẽ, id quod fatetur Leus, Actor. 23.

Alioqui non consistit illius commẽtum & iuxta sensum cõmunem erat põtifex. Mentitur igitur se nescisse quod esset pontifex. Chrysostomus indicat quibusdã placere p ironiam esse dictum, nesciebam quod pontifex esset. Magis approbãs diuersam sententiã quod uere nesciret esse pontificem, partim quod diutius abfuisset à cõsuetudine iudeorum, partim quod is esset in turba multorum.

AD CXXXIII.

Actor. 23. INdicaui uersum unum atq; alterum in nostris haberi, qui in græcis nõ inueniret, admonens lectorẽ, ut sicubi reperiret, adderet. Nam nec in Aldina æditione cõperio additũ. Quid aliud potui facere, q̃ feci, etiã si prorsus addendum esset, q̃d desiderabat. Et hic Leus putat ob hanc causam, nõ esse fidendũ codicibus, Et quid, inquit, nos tantopere confidimus in Græcis exẽplaribus. Etiãsi æditio nostra nõ bene habet, quomodo emẽdabitur ad codices interdum mutilos, interdũ planè falsos? Vt pronuncíat censorculus noster, quanta cũ autoritate? Credas dictatorem loqui. Imò totum hunc locum, quem hic affirmat deesse Græcis codicibus, quos ob id mutilos appellat, Lyranus indicat, non pertinere ad contextum, nec in libris emendatioribus haberi, uerum scholiũ hoc in margine fuisse adiectũ, quod causam redderet, quare Tribunus uoluerit Paulũ sic esse munitũ. Id scriba quispiam rettulit in contextum. Hæc Lyranus nequaquã ex suo capite somniauit, sed in uetustis aliquibus cõmentariolis reperit, è quibus suã enarrationem concinnauit. At Chrysostomus hunc enarrãs locum nec legit nec exponit, q̃d indicauimus abesse. Eamus nunc, & diffisi Græcis codicibus, fidamus Lei somniis.

AD CXXXIIII.

Actor. 24. INactis non suppetebant nobis perinde multa exemplaria. Videntur em̃ Græcis Acta non perinde esse in usu ecclesiastico. In cæteris deerat aliqua pars, quã tamen

men in uno codice repperi asscriptã in margine, & hinc adieci. Quid igitur queritur Leus? Habet quod uult. An ideo non est fidendum græcis codicibus, si quid in uno quopiam omiserit scriba, quod tamen in aliis emendatioribus comperiatur? Nam & ipse repperi, ut dictum est, in uno codice, & in Aldina legitur æditiõe. Quanq; glossa, quam uocant ordinariã, testatur, aliquot uersus minus haberi in nostris codicibus, qui tamẽ in græcis habeãtur hoc sensu. Quem apprehendimus, & secũdum nostram legem uoluimus iudicare. Transiliens Lysias tribunus, cũ multa ui, de manibus nostris eduxit, iubens eius accusatores ad te uenire, quo possis ipse diiudicans de oĩbus istis cognoscere. Si uerũ est, quod ait Leus, hæc uerba esse necessario addenda, & si non mentitur glossa, in nostris codicibus deesse, quin in nostris codicibus fidẽ desiderat potius, quã in græcis? Adeo infensus est græcanicæ gẽti Leus, opinor, quod adhuc illi græcitas parum feliciter cesserit. Cæterum quod Leus negat cohærere sermonis tenorem, omissis quæ dixeram abesse, propterea q̃d sequatur, à quo, sciat in nostris deprauate legi, à quo, cum glossa citet, quo possis ipse diiudicans cognoscere.

AD CXXV.

Eodem

AD hanc nihil respondeo, quando Lei coniectura non consistit. De mea uideris lector. Quod si q̃d rectius tibi ueniet in mentẽ, candidus imparti. Ex interpretatiõe Chrysostomi nihil colligit̃ quale somniat Leus. Lyranus reiicit nos ad huius operis caput, xxi. planẽ mecum faciẽs. Sic eĩ ubi legimus. Cum autẽ septem dies consumarẽtur, qua qui de Asia erant, Iudæi, cum uidissent eũ in templo, cõcitaueruntomnẽ populum, & iniecerunt ei manus.

AD CXXXVI.

CVm interpres dormitans prodigiosum admisserit solœcismum, ita uertens, Omnia quæ apud nos sunt consuetudines, & quæstiones, Leus tamen indignat̃

Actor. 26.

indignatur mihi, quod hoc indicarim, atq; excusat interpretem duplici nomine, uel quod insciẽs peccarit, uel q̃d locus sit à librarijs uitiatus. Quis autem tam indoctus, ut hunc soloecismũ non sentiat? Ab alijs locum uitiatũ esse, non est probabile, siue quod alias frequẽter ad eundem dormitet modum, siue quod oẽs codices consentiant. Porrò quod hic nomino theologos, non insector illos, sed q̃d huiusmodi soloecismos patienter ferant admiror. Atq; hic multis uerbis patrocinatur theologorum barbariei, & illos in me concitat. Postremo locum hunc recenset inter ea quæ non mutauerim. Quum in æditione posteriore, omiserim theologorum mentionem, ne quid esset odiosius.

AD Supernumerariam.

Actor. 28. BEnigne triduo habuit. Quum paulo superius tam insignem soloecismũ non uiderit interpres, Demiror cur hic tã eleganter sit loquutus, præsertim quũ apud græcos aliæ sint uoces. Nam benigne dixit pro humaniter, & habuit, pro tractauit. Hic rursus obiurgor à Leo, qui tam inclemẽter tractem interpretem, quasi debeamus illi tantam reuerentiam. Negat hoc esse instituti mei, emẽdare latinũ euangelium, ad ueritatem græcam. Imò hoc susceperã maxime, & si quid male reddidit interpres indico, cur non liceat ostendere, siquid elegãtiæ causa discesserit à græco sermone?

IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

AD XXXVII.

Roma. 1. EX resurrectione mortuorũ. Cum apud græcos sermo sit anceps, & in multos sensus trahi possit, collectis uarijs argumentis, magis in hoc propendeo, ut intelligamus Christi uirtutem diuinam in hoc declaratã, quod ipse resurrexit à mortuis, quã quod quidã illo moriente reuixerint. Cuius rei solus Matthæus meminit. Et quo partem hanc reddam probabiliorẽ, addo coniectu-

ram,

ram,si quod Matthæus uelut obiter meminit de quibuſ-
dam ad uitam reuocatis,quorũ nomina tamen non citat,
proprie pertinuiſſet ad cõprobandam diuinitatẽ Chri-
ſti, cæteros etiam euangeliſtas huius rei mentionem fa-
cturos fuiſſe. Quod mortuus eſt Chriſtus nullus nõ me-
minit. Nam proprie pertinebat ad declarandam huma-
nam naturam, quod reſurrexit meminerunt omnes. Si-
quidem hoc faciebat proprie,ad declarandam illius diui
nam uirtutẽ,præcipue quia reuixit uirtute propria,quẽ-
admodum teſtatus eſt ipſe, ſibi eſſe in manu ponere ani-
mam ſuam,& cũ uellet recipere eam. Nam quod ad Chri
ſti uocem reuixerint quidam, etiamſi teſtetur in ſumma
diuinam naturam,tamen non teſtatur proprie,cum lega
mus & à prophetis excitatos ad uitam defunctos. At ne-
mo purus homo ſic poſuit uitam,& ſic arbitrio ſuo rece-
pit uitam. Hæccum dixerim in annotationibus inquirẽ- B
di ſtudio,nec omnino ſtulte,niſi fallor, Leus neſcio quid
tragicum ſomnians ratiocinatur hunc in modum. In his
inquit, quæ certa fide tenemus,ſicuti de his quæ ſcripſe-
runt, uel non ſcripſerunt euangeliſtæ, quod uerum non
eſt, nec ego puto probabile eſſe. Nã quod probabile eſt
nõnullam habet rationem,qua defendatur. At uero ſcri-
pſiſſe euangeliſtas quod non ſcripſerunt, tantum abeſt,
ut defendi debeat, ut planè impiũ ſit defendere. Præſer-
tim cum eccleſia plenam nobis euangeliſtarũ rationem,
iam olim tradiderit,ut impium ſit,uel addere quicquam
uel adimere. Quod ſi quiſq; audebit dicere,pbabile eſſe, C
hoc ſcriptum euangeliſtis,quod euangeliſtę nõ habent,
uel non eſſe ſcriptum euangeliſtis, quod planè in euan-
gelijs continetur, quid poteſt dici apertius pro hæretico
rum decretis. Qui euangelium infeſtant,hac ianua aper-
ta,tollent criſtas. Nihil protuleris ex euangelio tam for-
te,quod ipſi non retorqueãt. Quippe clamabunt proba-
bile eſſe,non hoc ſcripſiſſe euãgeliſtam,ſed falſo à nobis

confictum. Hactenus Leus. Obsecro te lector, si talia scri
beret Erasmus quis crederet illi mentem esse? Frequẽter
ad ista cõniueo, & utinam semper liceret. Ac facerem ni
tam odiose nos impeteret. Quis unquã dixit ab euange-
listis narrari factum, quod factum non est? Quis unquã
aliquid ademit, aut addidit euangelijs? Quis unquã ade
mit autoritatem euangelistarũ narrationi? Quis dixit il-
D lic esse quicquã à nobis confictum? Quis ferat hęc tam o-
diosa sine mente, non modo sine causa dicta? Et tamen
hunc locum notat etiam in primo indice ceu uehemẽter
periculosum. Tandem propius ad rem accedit ostendẽs,
ab alijs euangelistis, alia dicta aut omissa, sed ita tempera
tam scripturã, ut summa fidei cõstet. Quid tum postea?
An si ad Christi doctrinam aliquo modo pertinet, conse
quitur ut proprie pertineat ad cõprobandam Christi di-
uinitatem? At nec Leus argumentatur tam ciuiliter, imò
sic agit, quasi dixerim, si quid omissum sit ab euãgelista
quopiam, ideo pro conficto habendum, quod ab alijs nõ
cõmemoretur. Sic enim loquitur. Non tamen credo, di-
E ces, probabile esse hæc non fuisse omissuros, si ita habe-
rent, ut refert Ioannes. Alioqui fiet, ut pene nihil certum
sit apud euangelistas, cum non omnes omnia dicant, &
quæ dicunt alio modo dicunt, & si non alio sensu, si quis
Christiane intelligat. Dispereã ni me horum pudet etiã
aduersarij nomine, uel ob hoc ipsum quod theologus di-
citur. Vtinam uel inimicũ suum audisset, bene consulen-
tem, cum hæc æderet. Si librum suum cõmunicasset, non
huiusmodi pdidisset orbi, de quibus quid iudicaturi sint
docti, me pudet diuinare.

AD CXXXVIII.

Eodem. INter argumenta quibus tum utebar uellicat & illud,
quod cum mortui quorum meminit Matthæus, reui-
xerint, antequã reuiuisceret Christus, scripserim non
uideri uerisimile Paulũ hic sentire de his. Sed ut rem in

pauca

pauca conferã. In hoc à me dissentit Leus, quod hos mortuos resuscitatos uocarim præcursores resurrectõis Christi. Quales inquit præcursores erant qui postea apparuerunt, quàm is quẽ præibant, At id ut tribus uerbis respondeam. Qui prior ad uitã redit, nõne præcurrit? Sed ignotum erat eos reuixisse, At hoc nobis cognitum est ex narratione euangelistæ, Et fortasse tunc multis erat notum. Postremo quia Ioannes paucis prædicauit in deserto, an ideo non fuit πρόδρομος Christi? Leus testes dici mauult, quàm præcursores. Sed Ioannes baptista, an ideo nõ fuit testis quod esset præcursor? Verum in his nenijs operæ nimium.

AD CXXXIX.

VRget hoc quod scripseram. Si paulus uolebat asserere Christi diuinitatem, magis debuisse cõmemorare resurrectionem ipsius quàm aliorum. At Leus putat efficacius argumentum, si sentiatur de generali resurrectione. Ac uerũ dicit, si ea tum fuisset peracta. Verum ut hanc persuaderet, Christi resurrectio quæ præcesserat, prius erat persuadenda. Et tamen hanc opinionem quàm amplectitur Leus propemodum inter cæteras recenseo, uidelicet intelligi totam resurrectionẽ, capitis ac membrorum, quod sit uelut eadem omniũ resurrectio. Eodem

AD CXL.

AVaricia &c̃. Quoniam subinde uariant codices, non græci modo, uerum etiã latini, quoties recensentur huiusmodi nomina uirtutũ aut uitiorum, & in his quidã ita distorquent sese, quasi certus sit numerus, Cũ probabilius sit apostolum summã earum rerũ uoluisse ponere, ut ex his quæ cõmemorant intelligamus & alia his affinia, duobus uerbis admonui, non esse tam anxie numerãdas uoces, cũ in epistola ad Galatas numerent fructus spũs, opera carnis nõ numerent. Nimirũ id sentiẽs, si Paulus habuisset in anĩo certo nũero recẽsere, Eodem

ſpiritus & carnis opera, debebat utrinq; numerus inter ſe conſtare contrariorum. Quot enim adfert cõmoda ſpiritus, tot incõmoda adfert caro. Leus reſpõdet uirtutem in anguſto eſſe, uitiũ late regnare. Sed quid hoc ad rem? Numerat Paulus opera carnis, ſed numerus non reſpondet numero diuerſo. Quod Leus dicit, fortaſſis utcunq; locum habebit, ſi de generibus aut formis uirtutum ac uitiorum fiat ſermo. Nunc de fructibus eſt mẽtio. An plus incõmodorum parit uitium, quã uirtus commodorum? Tametſi quod de numeris admonui, non tantũ de uitijs aut uirtutibus dictum eſt, ſed de rerum quarũlibet catalogo, in quo nolim interpretem ſuperſtitioſe torqueri.

AD CXLI.

Ro. 5. HOc loco cum palam teſter me recte ſentire de peccato originis, non habet Leus, quod eo ſane nomine mecum expoſtulet. Illud tantum admoneo, ne peccato hoc abutamur ubi nihil eſt opus, neque paſſim torqueamus ſcripturã diuinam ad culpam ex Adam primo parente generis humani cõtractam, cum poſſit & alius ſenſus conſiſtere. Nec ideo uelimus paſſim amplecti mentionem huius peccati, quod huius præſidio facilius elabimur ex anguſtia diſputatiõis quẽadmodum Aſtrologi ſuis abutũtur epicyclis? Quid hic adhuc quod offendat pias aures? An q̃d nolim aduerſus hæreticos detorqueri ſcripturam? Sed innuis, inquit, peccatum originis eſſe commentum theologorũ. Qui cõſiſtit me fateri peccatũ originis eſſe, & ſentire cõmenticiam eſſe rem? Antequam cum Pelagio res eſſet, locum hunc bifariam interpretabantur, poſteaquã Pelagianis bellum indiximus, ſic urgemus hunc locum, quaſi non poſſit ſecus accipi. Atqui diuus Ambroſius ſic interpretatur, ut nõ ſit opus peccato originis. Et Origenes cum utranq; referat interpretationem, tamen eam potiſſimũ ſequitur, quæ cõſtat ſine peccato originis. Sed extorques, inqt, interim hoc telum

telum theologis, quo conficiant hæreticos, quasi peccatum originis, nõ possit aliunde demonstrari, quã ex hoc loco. Quod si impium est hũc locum secus interpretari, quàm de culpa originis, quid faciemus Ambrosio, qui secus interpretatur? Si tenes, inquit Leus, ecclesiasticũ dogma, de peccato originis, non est quod metuas, ne inuẽtum sit theologorum. At quis istud dixit? Fingat hunc locum, nõ posse secus accipi, quàm de peccato originis, an ideo non potest fieri, ut alicubi nõ in tempore abutamur hoc peccato? Fingat nullum esse locũ in sacris literis, cuius præsidio doceamus peccatum originis, an ideo non crediturus sim, quod credẽdum præcipit ecclesia? Hanc annotationem quæ nihil habet præter studium deprauãdi mea, claudit hunc in modum. Et uide Erasme, an hoc æquum sit, ut tu solus sapias, contra tot patrum grauissima testimonia. Per Christi charitatem obsecro te & obtestor Erasme, ut nolis inferre in ecclesiam sanctam. hoc nouum genus tractandi sacras literas, cum calumnia ueterum. Quid? An ego solus sapio, qui Origenẽ & Ambrosium sequor autores, atq; etiã Theophylactum, neq; dubito, quin is ueteres græcorum sit emulatus. An ideo aduersor patrum testimoniis, quod indico sensum utrunq; consistere? An calumnior ueteres, qui sic aperio sensum alterum, ut illorum sensum non reiiciã? Quæso te lector, ut locum nostrum in annotatiõibus conferas, & uidebis Leum hic nihil aliud, quàm calumniari uoluisse.

AD CXLII.

QVod Paulus græce scripsit παρῆλθεν, & interpres uerterat pertransiit, nos uertimus peruasit, quoniam Augustinus huius occasiõe uerbi lapsus esset, qui putarit dictum pertransire, quod præteriisset, eam ambiguitatem sustuli. Sed Leus obiicit mihi Origenem latine loquentem, qui legerit pertransiit, atq; etiam diligenter enarrarit. Quid ni enarret, si ille idem est pertransire, & Eodem

 quadere.

peruadere. Aut quid nouum, si Hieronymus in uertendo secutus est uulgatam lectionem? Num ideo mihi nõ licebit, mutata uoce, sermonis amphibologiam tollere? Sed Origenes dixit, in sacris literis nullam syllabam esse superuacaneam. Quid hoc ad me pertinet. Num ego muto uerbum Pauli πλεῖον. Nã de græco uerbo locutus est Origenes. Et tamen hic locus recensetur inter ea, quæ nõ mutarim.

AD CXLIII.

Eodem

IN plures abũdauit. Admoneo græcis nõ esse ὑπὲρ πλείονας, id est in plures, sed εἰς τοὺς πολλούς, id est in multos. At Hieronymus, inquit, legit plures. Fortasse, sed existimans nihil interesse, inter multos & plures. At Origenes explicat mysteriũ auctí numeri. Quid si id facit, non ex huius occasione uocis, sed eius, quæ sequitur, περισσεύσειν, id est abũdauit. Crescit quod abundat. Et in priore parte, non erat abundantiæ mentio. Atq; hunc quoq; locum notat, à me non esse correctum.

AD CXLIIII.

Ro. 8.

SVpra modum peccãs peccatũ. Cũ græce sit ἁμαρτωλὸς ἁμαρτία, quod perinde sonat, quasi dicas sceleſtũ scelus, indico me dilucide potius, quã latine uertisse, peccaminosum peccatũ. Hic obijcit mihi Hieronymũ, qui legerit peccatũ peccator. Vbi sic uertit Hieronymus? In contextu? Fatetur igitur hanc uersionẽ non esse Hieronymi? In cõmentarijs? Quid hoc ad me ptinet? Vtrique negleximus sermonis uicíũ, quo sensum exprimeremus Apostoli. Sed ille aliter solœcissat, quã ego. Quid igitur est periculi?

AD CXLV.

Ro. 9.

ET non misericordiã consecutam, misericordiã cõsecutã. Hæc admoneo non haberi in græcis codicibus, & indico qua occasione uideantur adiecta, uidelicet ex gemina codicũ lectione, quam ostendit Hieronymus

nymus. Hic Leus censor ascribit. Origenes legit & declarat, sicut & ecclesia legit. Primũ, an græci non habent, aut olim habuerunt ecclesiam? Deinde quid legit Origenes, aut quo loco? In Osee uaria, ut dixi, lectio est. In hũc locum nihil scribit Origenes, unde colligas eum legisse, quod nos in libris latinis legimus. Verba ipsius sunt hęc. Ne forte etiam nos, qui nunc sumus plebs dei, sed per diuitras gloriæ suæ uocauit nos, plebem suam, & quia non fuimus dilecti, sed facti sumus dilecti, & filij dei uiui. Ex his apparet illum legisse, quemadmodum nos iuxta grę corum codices legimus. Nam quod paulo superius meminit misericordiæ, non ex hoc loco natum est, sed ex eo quod præcessit de uasis iræ, & de uasis misericordię. Iam Ambrosius consentit cum Græcis. Quid igitur hic uolebat mutari Leus? An uolebat me addere de meo, quod nec est in græcis exemplaribus, nec apud interpretes? An cum Hieronymus ostenderit in propheta duplicem esse lectionem, In alijs esse dilectam, non dilectam, in alijs rursus misericordiam consecutam, & non consecutã misericordiam, an uolebat me utranq; coniungere, cum Hieronymo sufficiat altera? Et hoc annotat Leus inter ea quæ non mutaui.

AD CXLVI.

QVi est in omnibus deus. Quid Origenes senserit, cum alijs multis de rebus, quas post amplexi sunt Arriani, tum de dæmonibus redimendis, obscurum non est. Sed qui uel uerterunt, uel secuti sunt illius commentarios, præsertim Hieronymus & Ambrosius, quod inerat erroris periculosi, aut prorsus omiserũt, aut contexerũt, sed ita, ut liceat adhuc uestigia quædam deprehẽdere. Huius dicti Leus olim à me postulabat argumentum. Iussi legeret cõmentarios Origenis. in. iij. caput epistolæ ad Romanos, ex quo liceat etiãnum subodorari, qd scripserit Origenes, & qd correxerit Hieronymus. Roma. eodem.

At Leus

At Leus nunc demũ reſpondens, cum tunc temporis obmutuiſſet, negat illic ullum eſſe uerbum de dæmonibus redimendis quin potius contrariam ſententiam aſſeri. Vtruncꝫ uerum eſt, quod reſpondit Leus, & tamen uerũ æque eſt quod ipſe ſcripſi. Necꝫ enim dixi hoc illic dici, ſed ſparſa eſſe quædam ueſtigia erroris Origenici. Et cõtrariam ſententiam adferri non negabã, cum faterer eſſe correctum ab H.eroymo, ſi quid ineſſet erroris. Cæterũ cum illic agat Paulus per legẽ Moſaicã hoc eſſe actum, ut omnes intelligerent, ſeſe obnoxios deo, nec poſſe ſalutem abſcꝫ illius clementia conſequi, Origenes legis nomen dilatat, ad legem naturæ, quæ angelos quoꝫ complectatur, eoꝫ accõmodat illud, ut omnis mundus obnoxius fiat deo, ꝙ angeli pars ſint mũdi conditi. Ex his ſubodorari licet hoc loco Origenem diſputaſſe de lapſis angelis aliquando redimẽdis, præſertim cum in ijſdem cõmentarijs etiam archangelis tribuat uanitatem. Hoc ſuſpicatum fuiſſe me minus admirabitur, qui legerit ꝙbus uerbis Ambroſius interpretetur hũc Pauli locum, ut nota fiat principibus, & poteſtatibus in cœleſtibus p ecclefiam multiformis ſapientia dei. Is eſt in epiſtolæ ad Ephe ſios cap. iij. Poſſem alia quædam indicare ueſtigia, ſed in præſentia mihi ſatis eſt refutaſſe ꝙd impingit Leus, qui in indice ſuo negat illic uel obſcurum huiuſce rei ueſtigium eſſe.

AD CXLVII.

Ro. 11. IN captionem. In captionem, cum hæc græce ſit θήρα. id eſt uenatus, admonui, ne putarent nihil aliud intelligi poſſe, quàm dolum aut fraudẽ, in quem ſenſum, quoſdam captioſos uocamus. Hic obijcit Hieronymũ, qui ſcripſerit in cõmentarijs. Poteſt & captio huius mensæ uideri, qua dominus eos cepit, cum dixit ad eos, Quid uidetur de Chriſto, cuius filius eſt? Non ſtatim is eſt ſenſus, quem Hieronymus indicat accipi poſſe. Poſtremo, ut recte

ut recte dixeris Christum cœpisse Iudæos, non ideo captiosum recte dixeris. Neq; enim cœpit eos dolo, sed ueritate constrinxit. Postremo nihil prohibet & in uenatu dolum addi. Neq; tamen nō erat indicanda græcæ uocis proprietas. Et hoc notat Leus, inter ea quæ non castigatim. Nec huius rei tamē unquā admonuit.

AD CXLVIII.

ALioquí gratia nō est gratia. Testatus sum addí græcis, quod in nostris codicibus non haberetur. Ea pars cum erudito cuidam amico ualde arrideret, mihi post attentius expendenti, ratio displicuit, idq; pluribus uerbis declarauí in æditiōe posteriori. Id sensit Leus, & obid conatus est aliquā laudis partem sibi uendicare, cum nihil mereatur hoc sane loco. Eodem

AE CXLIX.

DOmino seruientes. In priore æditione posueram κυρίῳ δουλεύοντες, quemadmodum nos legimus Post ubí deprehendí uariam lectionem, non celaui lectorem. Leus postait se admonuisse per schedas, & Hieronymū seu potius Origenem indicare duplicem lectionem, meq; respondisse. Iam addideram annotationibus meis. Id sí uere respondí sicutí respōdí, nihil debetur Leo, nisí pro studio. Sín falso, quod ille fortasse cupit te suspicarí lector, multum gratiæ debes admonitorí. Ro. xij.

AD CL.

NEcessitatibus sanctorum cōmunicantes. Sic ueteram in æditione priorí, neq; quicq; annotaram nōdum animaduersa lectione diuersa. Mox ubí comperi, adiecí posterioribus annotatiōibus. Leus ait se admonuisse, q̄d Hieronymus testatur, pro necessitatibus, in latinis aliquot codicibus, esse memorijs, se tamen neutram lectionem damnare. Hic ut ait ascripseram. O Hieronymianā modestiā Hoc te noluit latere Leus, optime lector, Scilicet hoc ptinebat ad fidei catholicæ negotiū. Eodem

AD CLI.

Eodem

QVæ sit uoluntas dei. Hic admonet in contextu latino per incuriam omissam uocula unã, bona. Cætera non uideo quorsum tendant, nisi Leus uult sibi ferri acceptum, quod eam in hũc adiecimus locum, in æditione posteriore. Verum si quis legat quod adiecimus, intelliget Lei præsidiis nihil opus fuisse.

AD CLII.

Roma. 13.

DAmnationẽ acquirũt. Indicaui græcis esse λήμψονται id est accipient. Leus obiicit Hieronymũ in Origenicis commentariis legere, acquirunt, & interpretari conquirũt. Aut igitur aliud legit Hieronymus quam in græcis codicibus habetur hodie, aut locus est depravatus, & pro conquirent scriptum est conquirunt, aut aliud quippiam in causa est. Certe mihi nihil potest imputari.

AD CLIII.

Roma. 14.

ASsumite. Indico græcis esse προσλαμβάνεθε, quod uerti potuerit adiungite. Leus admonet Hieronymum ueteri uerbo usum, assumite. Quis autem dãnat assumite? Etiamsi latinis nõ tam accõmodũ uerbũ est in hoc sensu assumere quã adiungere. Ad cæteras annotationes, quoniã tantum augent numerum non arbitror operæpretium respondere, cum huius farinæ sint aliquot.

I. AD CORINTHIOS.

AD CLVIII.

1. Corĩ. 2.

QVam nemo principum. Hic Origenes principes interpretatur dæmones, in commẽtariis, quibus enarrat Matthæũ, & Origenem sequitur Ambrosius. Ego præfero sententiam Chrysostomi ac Theophylacti. Quid hic est periculi?

AD CLIX.

1. Corĩ. 2.

QVia oculus non uidit. Ostẽdo, quod nobis est ascẽdit græcis ἀνέβη uerti debuisse ascenderunt. Et ostẽdo sic adduci nonnunquam ab Hieronymo, Leus obiicit

obiicit Hieronymũ, qui uertẽs homiliã Origenis, in librũ numerorũ. ix. legerit ascendit. At quid si is locus est depra uatus ad nostram lectionẽ, præsertim cũ alibi secus legat Hieronymus? Sed fingat Hieronymum secus legere, an ideo non uerum est quod annotaui?

AD CLX.

LIgnum fœnum stipulam. Quo refellerem eorũ opinionem, qui putant hæc omnia, ad bonorum operum gradus esse referenda, cito Hieronymi sententiã, qui putarit unam partem ad pios, alteram ad impios pertinere. Mox indico iuxta sententiam Ambrosij, lignũ fœnum ac stipulam accipi, pro doctrina, sed insyncera, quæ propius expensa ad ueritatem Euangelicæ doctrinæ sit abolẽda, sed sic, ut is qui didicit, aut etiam docuit, sit saluus futurus, sed falsa doctrina exusta. Hic multis uerbis mecũ agit Leus, nihil ad rem pertinẽtibus, quasi sensérim lignũ fœnum ac stipulam, esse quæuis opera mala, & ignẽ esse incendium, quo cruciantur impij. Cum in priore quoq; æditione nominatim tester hunc locum non accipiendum de igni purgatorio. Quod si Leus consuluisset Ambrosium, enarrantem hunc locum, non tantum uerborũ incassum effudisset Ambrosij uerba sunt hæc. Opus quod ardere dicitur, mala doctrina est. Et in his quæ sequuntur pœnam ignis interpretatur excussionem ac refutationem falsę doctrinæ. Et aliquanto post. Sed cum dicit, sic tamen quasi per ignem. Ostendit saluum quidem illum futurum, sed pœnas ignis passurum, ut per ignẽ purgatus fiat saluus, & nõ sicut perfidi, æterno igni in perpetuum torqueãtur, ut aliqua in parte operæ preciũ sit credidisse in Christum. Sẽper em̃ erubescat necesse est, qui se uidet falsum defendisse, p uero. Et simili mõ semper fiduciã habebit dei, qui abiecto falso, sequutus est uerum. Hactenus Ambrosius. I. Corin. III.

e ij Quid

Quid potuit apertius. Dicit pudorem redarguti pœnam ignis, qua purgatur, sed ita ut exusta doctrina falsa, ipse maneat in columis. Et hoc erat, nimirum quod in Lei schedis annotaram facta perire non homines. Nam & discipulus dediscere cogitur quod male didicit, & doctor improbare quod male defendit. Vides igitur lector totam hanc causam Leo extra rem declamatam esse. Magis autem admiror, qd nec in nouis annotationibus, quas nescio cuius consilijs aut suppetijs adiecit ueteribus, sensit errorem suum. Siquidem & illic somniat me de pœnis inferorum loqui, cum palàm ostenderim me de pudore loqui, quo afficitur is, qui confutatur, & desciscit à falsa doctrina. Id cum tester aperte in utraq; æditione, demiror etiam atq; etiam, quæ res auerterit oculos Lei, ut hoc non uiderit. Porrò cum erret toto (quod aiunt) cœlo uide quãto cum supercilio loquatur. Adhibet inquit pharmacũ, At hic posterior lapsus est peior priore. Quid turpius, arrogante imperitia? Tot inducit ἀσύσατα tot inter se pugnantia, tot absurda, quibus nullus erat locus, si totam annotationem quã reprehendit legisset. Sed imposuit homini carpẽdi auiditas immoderata. Quin & illud demiror, cum has annotatiões suas ædiderit multo post æditionem meam posteriorem, cur separauit eas à prioribus. An ut crederemus in illis nihil additum ex his quæ post adiecimus? Sed ipsa reclamat res.

AD CLXI.

1. Cor. xv.

OMnes quidem dormiemus. Hic in priore æditione demonstraram, quid hodie legeretur in græcis codicibus, quàm lectionem secuti sunt Chrysostomus, ac Theophylactus. Ostenderam ex epistola Hieronymi ad Minerium, hunc locum bifariam legi. Omẽs non dormiemus sed omẽs immutabimur, aut non omẽs resurgemus, sed omẽs immutabimur. Ostenderam Ambrosium interpretari, qd nos legimus, sed admiscere &

A

alterius

alterius lectionis aliquid, atq; etiam interpretatiõis, qua significat fore qui nõ moriantur in aduentu domini, atq; ob id non resurgant. Neq; enim reuiuiscit, nisi mortuus. Quam interpretationem si recipimus nimirũ constat lectio græcorum codicũ. Eandem sententiã paulo post repetit. Vel certe simpliciter inquit omes mortuos resurgere dicit, & solos sanctos, cum his qui uiui iusti inuenti fuerint, in gloriam immutari, indicarã lectionem quã reperimus hodie in græcorum codicibus magis congruere, cũ eo loco Pauli quæ est in epistola ad Thessalonicenses. Nos qui uiuimus, qui relinquimur simul rapiemur, & cę B
tera. Hæc cum indicassem, tamen Leus sic usurpat, quasi ex sese reppererit omia, piaculum esse ducens si quid ex me uideretur didicisse, nõ sane leuius, quã si quid ab Hieronymo didicisset Augustinus. Hic quũ argutaretur Leus, Si in priore parte legas oẽs immutabimur, quomodo cohęret quod mox sequitur, & nos immutabimur, respõderam opinor adiectis in scheda uerbulis duobus. Quid ni discernat uiuos à mortuis? Id Leus putat non consistere, quod cum primũ in genere dixisset, omes immutabimur, mox adiecerit, & nos immutabimur. Sed carpendi quàm discendi auidior, non animaduertit præcessisse, & mortui resurgẽt incorrupti. Mox quasi rogasset aliquis, quid de nobis fiet, qui uiuimus, si forte dies ille nos hic reperiat? Respondet, & nos immutabimur. An non hic di- C
stinxit uiuos à mortuis? Hic rursus demiror Lei consiliũ, cur prolixam disputationem, quã instaurauit in hunc locum maluerit in indice ponere, quã huic loco subijcere, uidelicet ut omnes crederent illa mihi lecta esse. Certe nũ quam mihi Leus respondit quicquã ad ea quæ chartis illius asscripseram nisi forte persuasit, per proditorem illũ mihi factam totius libri copiam, q̃d utinam uerum esset, Nunquã sex diebus illius opus meã responsionem anteuertisset. At negat Leus, mihi quicquã opitulari locum,

quem adduxeram, ex secundo libro Origenis aduersus Celsum. Atqui uerba Origenis, quæ recito in posteriore æditione, palam declarant esse uerum quod dico. Quæ si non legit Leus, miror illius desidiam, præsertim cum re
D prehensorem agat, Sin parũ intellexit, miror ubi sit acumen, quod sibi uindicat. Nam ex eo loco, quem adducit Leus, nihil aliud colligitur, quã Paulum loqui de pijs immutandis, quod & alias magno studio Leus conatur aduersus me probare, cum id cõtra me, nihil oñino faciat. Non omnes pij dormiemus, sed oñes ad gloriã immutabimur. Mox, & mortui resurgent, & nos immutabimur. Quin & Origenes nominatim annotat, quod hic dicit, & nos immutabimur, mortuos fuisse discretos à uiuis, quia præcesserat, & mortui resurgent, sed non soli immutabũtur illi, immutabimur & nos qui relinquimur. Rursus hic magno conatu refellit, q̃ concesserim aliquos immutandos, qui non essent mortui, multaq̃ adducit, partim nihil ad rem facientia, partim sic in genere dicta, ut
E non excludant paucorũ priuilegium. Alioqui cum legimus, in Adam omnes peccasse, colligemus & uirginem matrem peccasse, & Christum peccasse. Si quod (fatetur Leus) his non officit sermo generalis, in Adam omnes peccauerũt, cur in alijs uult obsistere? At Paulus, inquit, erat præscius futuri, & tamen ita loquitur, quasi dies ille foret ipsum in uita reperturus. Primo probabilius est illi diem fuisse incertum, quẽ & filius sibi dicit ignotum. Id interpretãtur theologi, nobis ignorauit, Quod si uerum est, unde sciuit Paulus? Et apostoli, cupientes ex Christo discere diem illum, audiunt, Non est uestrum &c̃. Deinde potest accipi, ut Paulus sub sua persona loquatur, de
F sanctis, quicunq̃ illi essent futuri, quos aduentus Christi deprehenderet uiuos. Hæc omnia cum luculenter explicet æditio posterior, quid opus est hic repetere. Legat illa, qui uolet, & uidebit à Leo nihil allatum, quod nõ discusserim.

cusserim. Postremo non est animus, accuratius huic appendici respondere, nisi nomen asscribat suum, qui hãc Leo suppeditauit.

AD CLXII.

CHristi bonus odor sumus deo. Hic quod asscripse ram in priore æditione. Et deum rursus appellat patrem suo more. Quoties enim absolute hoc utitur uerbo, deum patrem intelligit, annotaram & alias ex autoritate ueterum, hũc esse morem Pauli, ut ferè deum nominãs, patrem intelligat, cum tamen id faciat frequẽtissime in omnibus epistolis, in admodum paucis locis filium uocari deum, etiam si non negem ex illius uerbis satis colligi, filium quoq; deum esse. Próinde admoneo, id quod alias annotaram, hoc quoq; loco uerum esse. At Leus putat dei nomen hic ad totã trinitatem posse referri. Quid possit nescio, certe Ambrosius ad patrem accõmodat, per Cristum, inquit, se uoluit intelligi, ut prædicatio Christi, quæ utiq; inuisibiliter, sicut ad nares odor, ita ad aures peruenit, deum patrem insinuaret creaturæ. Sed periculosius est, q̃d huc mea uerba detorquet, quasi negarim filium absolute deum esse. Quod si, inquit, absolute deus non est, nec deus est. Graue uulnus, quod conatur infligere, sed pugione plusquã plumbeo. Paulus ex more suo, quoties absolute deum dicit patrem intelligit, igitur filius non est absolute deus? Quod pistillum hoc enthymemate retusius? Non dico quid filius possit appellari, sed quo pacto Paulus loqui soleat. Atq; hic est locus, ni fallor, quem minitabatur indicaturum sese, cum mecum de principio litigabat, Sed rectius totum hũc locum spongia sustulisset.

2. Cor. 2. A. B.

AD CLXIII.

IN faciem. Ostenderã apud græcos scriptũ esse εἰς τὸ τέλος. i. in finẽ, quẽadmodũ & legit, & interp̃tat̃ diuus Ambro. nõ leuis autor. Post repperi & in nõnull̃ Græcorum

2. Cor. 3.

Græcorũ codicibus opinor correctis ad noſtros, ὑστὸν πρότερον. Et fatetur Leus ſic legere diuum Hieronymũ, in commentarijs, qui feruntur eius titulo in hãc epiſtolam. Sed homo naſutus ſuſpicatur eum locum eſſe ſubditum à Græculo quopiam. Ridiculum, cum contextus illic habeat, quemadmodum nos legimus, ſi cui libuiſſet depraua re ad græcorum lectionem, illum potiſſimũ deprauaſſet. Nunc contextus qui citatur in cõmentarijs conſentit cum Ambroſio, & interpretatio tota cõſentit. An totum hoc ſubditicium putat Leus? Et quid habiturum erat mẽti deprauare unum locum, in obſcuris & autoris incerti cõmentarijs. Iam quod adfert Leus ex Origenis in Exodum homilia. xxxiij. nõ euincit illum nõ legiſſe, in finem, ſed probabilius eſt locũ à ſcriba fuiſſe deprauatũ.

AD CLXIIII.

QVod euacuatur. Quoniam græcis eſt participiũ τοῦ καταργουμένου, demonſtro lectori, poſſe intelligi de Moſe morituro, quemadmodum interpretatur is, quẽ modo citauit Leus, aut abſolute de ea re, quę euacuatur. Hic Leus, ceu de cathedra, docet eſſe referendum ad uelamen, quod ut demus eſſe uerum, quid id faciet aduerſus meam annotationẽ? An uelamen res non eſt? Cætera quæ multis uerbis congerit in hunc locum, quoniã ad me nihil attinent, non libet excutere.

AD CLXV.

Eodem] OBtuſi ſunt ſenſus eorum. Cum Græcis conſtanter ſit ἐπωρώθη, moneo lectorem potius eſſe legendũ, excæcati ſunt ſenſus &c. plus eſt enim cæcatũ eſſe magnitudine lucis, quã obtuſis eſſe oculi. Hic Leus obijcit mihi Hieronymũ, qui uertens alicubi Origenem, cõtentus fuerit noſtra lectione, quaſi non ille paſſim cõtentus ſit uulgata lectione, aut quaſi ideo non ſit fas admonere græcæ uocis emphaſim, aut melius etiam reddere, quã reddidit interpres.

AD

AD CLXVI.

OCculta dedecoris. Cũ sæpe Latinis pudor, probrũ, & dedecus idem declarent, admoneo hic rectius poni, dedecoris aut probri, quàm pudoris, quod græce sit αἰσχύνης, non ἀισθοῦς. Hic obiicit Leus. At Hieronymus legit dedecoris. Et hoc ego probo, solum pudoris uocabulum non approbo. Nihil igitur hic agit cum hoc annotat, Et tamen miror, quo casu in æditione priore in contextu mutatum sit pudoris. Quod a Leo non animaduersum de miror, cum hunc locum arroderet. 2. Corī. 4.

AD CLXVII.

DOminum nostrum. Ostẽdo nostrum apud Græcos non esse, & reddo causam, cur commodius sit omitti. Hic Leus. Hieronymus inquit, legit. At quid si scriba hoc adiecit. Neq; tamen pugno, si quis addat, certe in Græcis non additur. Eodem.

AD CLXVIII.

PEr Iesum. Quoniam Græcis est accusandi casus διὰ τὸν ἰησοῦν, admoneo legendum esse propter Iesum. Atq; ita legit Ambrosius, Leus asscribit. Hieronymus legit per Iesum. At qui scit Leus, an sic legerit Hieronymus. Eodem.

AD CLXIX.

IN faciem. Cum Græce sit, ἐν προσώπῳ, admoneo in nõ nullis codicibus perperam haberi in faciem. Nec uideo quid hic annotat Leus. Si Hieronymus legit, ut legendum admoneo, tanto res habet melius. Eodem.

AD CLXX.

MOrtificationem Iesu. Admoneo in Græcis esse domini Iesu. Neq; tamen contendo esse addendũ, cũ apud Ambrosium non addatur. Hic cum excusasse̅m, quod tam minutula non prætermitterem, nefas eẽ esse, si quis in diuinis literis, uel unum apicem sciẽs ac uolens mutet, Leus magnificis uerbis impingit mihi legem meam, de quo satis dictum est in prima annotatione, qua Eodem.

si ego sciens ac uolens soleam mutare sacram scripturam O graues annotationes, cum ipse, neq; meam, neq; suã uocem intelligat.

AD CLXXI.

Eodem

HVmiliamur, sed non confundimur. Annoto partẽ hanc, nec apud græcos esse, nec apud Ambrosiũ. Leus addit, nec apud Hieronymũ. Sentit autẽ de scholijs, quæ Hieronymi titulo ferũtur, nunc illis fidẽs; quæ paulo ante iudicauit falsata. Sed hactenus mihi conuenit cum Leo. Quid igitur notat? Vt intelligas, inquit, Hieronymũ & alia fuisse prętermissurum, quæ superius annotantur, si ita habuissent exẽplaria. Fortassis aliquid diceret Leus, si quod scripsit Hieronymus, sic haberetur ut ab illo scriptum est, Si non ille fere uulgatam æditionem sequeretur, Si græci codices per oĩa cõsensissent.

AD CLXXII.

2. Cor. 12.

CVm in annotatiõibus negassem instituti mei esse, excutere quid legeret Lyranus, aut huius similes, q sua nõ hausissent è fõtibus, unde negotiũ hoc pẽdet, sed è glossematis hinc atq; hinc conflatis, Leus sic illos tuetur, ut dicat & illis habendam gratiam, qui pelles & pilos caprarum intulerint in tẽplum domini. At ego plus tribuo Lyrano, è cuius uel una pagina plus didici, quàm ex toto hoc libro Lei, quise tamen opinor non numerat inter sordidos autores. Ne quis existimet me, tam male sentire de Lyrano, quàm fortasse suspicatur Leus.

AD CLXXIII.

Eodem

IN falsis fratribus. Admoneo apostolico more fratres dici quicunq; essent Christiani, quod nomen olim omnium cõmune, nunc quibusdam ceu peculiare tribuatur, quasi Christianismus ad solos illos recidisset. Hic Leus contendit illos hoc nomine laudandos, q̃d fratres dici gaudeãt. Et recte dicit, sed quis eos hoc nomine uituperat?

tuperauit? Optarim & nomen & rem omnibus esse cõmunia quemadmodum olim fuit.

AD CLXXIIII.

QVinquies quadragenas una minus. Annotaram ex Ambrosio quod iuxta præceptum Deuteronomij, qui commisissent facinus non capitale, triginta nouem plagis emendarentur, Leus obijcit, in Deuteronomio fieri mentionem quadraginta plagarum. Et ut hoc persuadeat, addit hæbrea uerba, uidelicet priusquã sciret hebraicæ uel legere. Et tamen hæc uult uideri scripta, priusquam abirem Basileam. Ego forte schedis illius asscripseram, accusa Ambrosium. Ad ea uerba nunc demum serio respondet, existimans esse mei officij, ut Ambrosium quem cito, defendam, præsertim in re tam periculosa. Supinitas inquit, impietas propè est in literis sacris. Quis hæc tam ridicule seuera non rideat? Fieri potest, ut Ambrosius ex hebræorum traditionibus acceperit, unam plagam solere condonari, id quod indicat Lyranus, & glossa uulgo dicta ordinaria. Quid hoc ad rem pertinet? Et tamen hũc lapsum mihi ignoscit Leus, quod in æditiõe posteriore desciuerim ab Ambrosio, & citem quemadmodum ipse citat. Atqui si lubeat argutari, qui præscribit quadraginta plagas nonne præscribit unde quadraginta? Postremo fieri potest, ut sit error in numero apud nos. Eodem

AE CLXXV.

AN experimẽtum quæritis, Cum græcis sit ἐπεὶ sub indico non conuenire, an, sed quandoquidem. Deinde ostẽdo, eius, pronomẽ additum ab interprete, cum apud græcos non sit, & solœcismũ insignem adiungat orationi. Hic Leus obijcit Hieronymum, qui alicubi uulgatam lectionem sequatur, quasi hoc nõ passim faciat. 2. Cor. 13.

AD CLXXVI.

Gala. 1. CVi est gloria. Admonueram uerbo, uerbū est additum ab interprete, cum in græcis non sit. Leus objicit Hieronymum, qui legerit, cui est gloria. Primū non constat Leo quid legerit Hieronymus. Nisi forte legit, quicquid scriptum uisitur. Quid tum autem postea si legerit? Cur tu inquiet rem tam friuolam annotas? Vt lectori liberum sit subaudire quod uolet? Nam fortasse commodius subaudietur, cui sit gloria.

AD CLXXVII.

Eodem. MOdo enim hominibus suademus an deo Ostenderam in græcis sensum accipitem esse. Nam intelligi posse, quemadmodum nos legimus, & posse, utrū nunc humana suadeo, an diuina. Testor autem me non fugere, quod nostram lectionem sequantur Ambrosius Augustinus, & Hieronymus. Quid hic habet quod reprehendat Leus? Geminum sensum ostendo, neutrū reijcio. Sed in contextu inquiet, secus uertis quā legit Hieronymus. Si mihi hoc non licet, frequenter erit, quod reprehendat Leus. Verum id mihi in toto opere licere uolui, præsertim cum Hieronymus aliquoties legat, quod non probat, ac nonnunquam diuersa legat.

AD CLXXVIII.

Eodem. NEcp didici. Obiter indicaram, quod nobis est didici græcis esse ἐμαθόμην, id est doctus sum. Necp temere hoc admoneo. Siquidē accipi potest, non doctus sum, sed afflatus. Leus rursus impingit Hieronymum, qui legerit, didici. Sic expletur promissus numerus annotationum. Sed ad quam rationem nasci possint bis mille.

AD CLXXIX.

Gala. 2. POst annos quatuordecim. Indicaram græcis esse, per annos, non post annos, & tamen approbo, quod interpres bene reddiderit sensum, & in contextu sequor quod

quod uertit interpres. Quid igitur queritur Leus? an quod admonuerim lectorẽ, ne quid offenderetur, si græca dissiderent à latinis uerbis dũtaxat, nõ sensu? Et tamẽ hæc recẽsentur in indice, inter ea quæ manent, Videlicet incastigata. Tales fumos hic offundit lectori simplici.

AD CLXXX.

IN faciem restiti. Hic mihi Leus impingit crassissimam insciti am, quasi negem mẽdacium dici posse, quod nõ oratione, sed facti simulatione committitur. Cum in annotatione declarem & simulationẽ dici mendacium. At non omnis simulatio cum uicio coniuncta est. Sed Augustinus contendit nullum mendacium uacare culpa. Non potuit igitur illius disputatio, nisi de mendacio sermonis accipi. Proinde nihil ad rẽ facit, quod ex actis adducit Leus de Anania, qui dicitur mentitus spiritui sancto. Nec ideo nihil dixit, quia nihil dixisse legitur. Immo probabilius est illum Petro percontanti respondisse, quemadmodum postea respondit uxor. Verum hac de re quoniam satis copiose dissero in ẽditione posteriore, & res est prolixę disputationis, præstat eo relegare lectorem. Eodem.

AD CLXXXI.

QVoniam reprehensibilis erat. Ostenderam græcis esse reprehensus erat. Atq; in eum sensum interpretari græcorum scholia, cunq; his Ambrosium. At horum auctoritate fortiter contempta, Leus reiecit quod annotaram. Sed in indice ueluti παλινῳδῆ quasi ex posteriore demum ædit ione didicerit, quid interpretetur Ambrosius, cũ hæc legerit in priore ædit ione. Cætera qui uolet petat ex ædit ione posteriore. Nam & prolixa, & perplexa est disputatio, quàm difficile sit Leo, uel animo memoriaq; cõplecti, nedum refellere. Eodem.

AD CLXXXII.

FActum ex muliere. Annotaram γενόμενον esse factum & γεννώμενον natũ, sed tamẽ addo quod Leus dissimu- Gala. 4.

 lat, hanc

lat, hanc differentiam in græcis codicibus non obseruari. Itaq; uerto quemadmodum nos legimus. Quid igitur aduersum me notat, si Hieronymus legit factum, cum idem mihi probet? AD EPHESIOS.

AD CLXXXIII.

Ephe. 1 IN ipsum εἰς αὐτὸν. Indicaram εἰς αὐτὸν commodius ac mollius referri ad patrem, quã ad Christũ. Addo causam, q̃d adoptio, qua nos adoptauit pater magis nos facit fratres Chri, q̃ filios. Hic Leus urget me mea annotatione, quod si εἰς αὐτὸν referetur ad patrem, alpha deberet habere spiritum, Verum dicit. Hoc annotaui, sed adieci in græcis codicibus, siue per inscitiam, siue per incuriã nõ obseruari quod annoto. Porrò quod ratiocinatur nihil obstare, quo minus dicamur filij Christi, Quis istuc negat? Cum ipse discipulos suos, filios appellet in euangelio. At hic, dictu coactius erat, cum mẽtio fiat de patre nos adoptante per filium.

AD CLXXXIIII.

Eodem QVæ in terra. Ostenderam duas uoces ἐν αὐτῷ id est in ipso, esse quidem in græcis codicibus, at non reperiri, nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymũ duntaxat in cõmentarijs. Id si falsum est refellat Leus. Imò ne apud Theophylactum quidem reperias. Sed Hieronymus inquit, legit in contextu. Rursus unde nouit quod sic legerit? Et hunc cõtextum Leus frequenter habet suspectum. Nec ego damno in ipso, imò significo mihi probari. Quid igitur reprehendit Leus? An quod græcis codicibus non addiderim de meo? Quin & illud miror, cum hanc annotationem scripserit in æditionem posteriorem, cur posuerit inter ueteres. Siquidẽ in priore æditione huius rei nulla fit mentio.

AD CLXXXV.

Ephe. 2 ALienati à conuersatione Israël. Indicarã græcis esse πολιτείας id est à politia siue republica Israëlis. Sed Hierony-

Hieronymus inquit, legit, & interpretatur conuersationem, quasi uero id ego damnẽ, Imò explano, non reprobo. Nam ideo ciues græcis πολῖται dicũntur, quod consuetudinum & legum cõmertio inter se cõuersentur.

AD CLXXXVI.

OMnis paternitas. Adnotaram, quod hic uertit paternitas, græcis esse πατριὰ, quod significat Latinis familiam, siue cognationem. Eius rei autorem cito Hieronymũ in commentarijs, quibus enarrat hanc epistolam. Id Leus ita repetit, quasi mentitus sim. Próin de Hieronymi uerba subscribam. Paternitatem, quæ in græco patria, in Hebræo massechoth, id est cognatio uel familia dicitur. Ac mox citat aliquot loca, ubi cognationes ac familiæ dictæ sint patriæ. Postremo citat ex Psalmis etiam gentium dici πατριὰς. Quid igitur hic est ꝙd mecum pugnat. An paternitas latine significat familã? Fortasse uulgus parãtelam uocat. Doctis aut nihil significat, aut aliud significat paternitas, nempe rationẽ, qua quis pater est. Hoc erat, quod indicare uolebam. Nihil ad hunc locum proprie facit, quod dicturus sum. Sed tamen ad summã huius causæ facit. Leus non patitur quicquam adimi latinis codicibus, quibus utitur ecclesia. At Hieronymus, in his commentarijs indicat in latinis codicibus redundare uoces aliquot, nimirum has, Domini nostri Iesu Christi. Sed legendum esse iuxta græcos, Curuo genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas &c. At unde hæc resecat Hieronymus, nisi ad fidem græcorum codicum, quibus Leus adimit omnem fidem? Et tamen quod Hieronymus negat esse in græcis exemplaribus, hoc hodie scriptum in illis uidemus. Ephe. 3

AD CLXXXVII.

RElíqueram theologis excutiẽdum, an qũæstiones quas moueret diuus Thomas de paternitate dei, Eodem

satis

satis ad hunc locum quadrarent, quando uocem paternitatem non intellexit. Sed eadem, inquit Leus, disputat Hieronymus. Imò non eadem, certe non eodem modo. Nam Hieronymus deum patrem uocat, paternitatẽ illi non tribuit, quum paternitatem accipiat pro toto genere, familiaq;. Vnde iuxta hũc paternitas potius est in pregeneratis, quã in progeneratoribus. Itaq; nec taxo Hieronymũ nec omes theologos, qui græce nesciunt, etiã si præstaret omnes græce scire. Ac ne Thomã quidem admodum attingo. Nam fieri potest, ut ignorata græce uocis proprietate, tamen apte mouerit quæstiones, si nihil aliud, uel Hieronymũ secutus. Id an fecerit alijs excutiendum relinquo. Sed Leus nullam prætermittit occasionẽ, qua mihi undiq; conciliet odium & theologorũ, & prædicatorum.

AD CLXXXVIII.

Ephe. 5 SAcramentum hoc magnum est. In utraq; æditione, palàm testatus non esse dubitandum, quin matrimonium sit unum è septem sacramentis, adieceram ex hoc tamen loco non magnopere colligi. Cum eñ Græcis sit mysterium, quod hic uertit sacramẽtum, sæpius appellari μυστήριον, quod non protinus sit unum e septem sacramentis. Atq; hic Leus totis uiribus aduersum me dimicat, sed nihil aliud agens, nisi ut doceat in coniunctione mariti & uxoris esse typum & imaginẽ rei mysticæ, nimirũ eius copulæ, qua Christus sibi conglutinauit spõsam suam ecclesiam. At quis istud unquã negauit? Postquam semel excidit à scopo, nõne superest, ut totam operam inaniter consumat? Quid attinebat tantum uerborũ incassum fundere? Sed interim tamen crescit uolumen, quod illi cũ primis uidetur in uotis fuisse. Deinde facit me respondentem, opinor ex scholio prioris æditionis. Nam illic hæc uerba cõperio. Neq; enim in hoc magnũ sacramentum est, si uir iungatur uxori, atq; hic rursum instau-

instaurat dialogismos suos, impudẽtissime proferens in A
uulgus, quæ ego tum ex tẽpore chartis adieceram, & ita
adieceram, ut nullum mihi seruarim exemplar. Id ego
boni consulam, si Leus æquo animo patietur, ut ubi na-
ctus fuero annotatiões illius, quas ipse toties curauit de-
scribendas, quibus tã odiose me traduxit, quas toties mi
nitatus est se euulgaturum, ni mihi parceret, boni consu
lat, si eas ita ut tum erant ædidero, cum mea respõsione.
Nec tamen quicquam ad rem faciunt, quæ hic respondet
Leus. Negaram esse magnum sacramentum, in coniun- B
ctione uiri & uxoris, quum Augustinus quẽ citauimus,
in posteriore æditione, unde hausit Leus quod adducit,
fateatur esse sacramentum omnium minimũ, in uiris &
uxoribus. Hoc non uideo, cur uoluerit Leus refellere. Et
tamen hic nihil aliud docet, nisi in coniugio esse signifi-
cationẽ alterius rei sacratioris, Sed hac, ut dixi, ratione cre-
scunt libri. Atq; hæc respondet nunc mihi, quo lector pu
tet hæc omnia acta inter nos, quum ille nunquã uerbo re
sponderit, ad ea quæ tum annotaram in schedis, partim
illius, partim meis. Et cum suas responsiones muniat ex
ijs, quæ citantur in posteriore æditione mea, mirũ quan-
to id studio dissimulat, uenans lucellum hoc gloriolæ.
Quæ dicit me respondisse sunt hæc, ne cui interim uide- C
ar subterfugere. Non omne mysterium est unum è septẽ
sacramentis, & tamen sunt magna mysteria, sicut quod
Eua facta fuit de latere Adæ, mysterium est, rem arcanã
designans. Præterea Augustinus negat magnum esse sa-
cramentum in uiro & uxore, sed magnum est, quod illa
coniunctio representat. Neq; tamen necessarium est, ut
typus per omnia respondeat, sicut adulterium Dauid cũ
Barsabæe sacramentum est synagogæ abductæ à Mose,
& CHRISTO iunctæ, non tamen conueniunt omnia.
Postremo ex nullo ueterum doceri potest, matrimoniũ
fuisse unum è septem, quum nec Dionysius cætera recẽ-

sens hoc commemoret. Et Cyprianus fatetur minora sa-
D cramenta, non a Christo, sed à patribus instituta. Hacte-
nus quæ ille uelut a me responsa retulit. Quod aio nō pro
tinus esse sacramentum è septem, quicquid dicitur myste
rium, quum magna sint mysteria, quæ tamen non sint hu
ius generis, quodq; nego necessarium, ut typus pro omia
respondeat, in his meæ subscribit sententiæ, negās tamen
interim hæc, quicquam ad rem facere, & miratur me uo-
luisse hæc adducere, tam ἀπροσδιόνυσα. Nam hactenus, in
quit, certatum non est, an matrimonium sit unū ex septē
E sacramentis. Quanquam id nemo sane negauerit, ni is ue
lit unus contra catholicam ecclesiam pugnare, quæ & lai-
cis & pueris hoc scientibus, matrimonium ceu unū e septē
sacramentis nullo reclamāte, tot iam sæculis uenerata est.
Hactenus Leus. Sed quorsum tēdit hæc loquacitas? Si nō
certatum est, cur hæc tam putida tot uerbis inculcat, quū
ego in utraq; æditione testatus sim me nihil addubitare,
quin matrimonium sit unum è septem sacramentis eccle-
siæ. Sed illud decertabatur, an ex hoc loco possit efficaci-
ter euinci, matrimonium esse unum è septem. Siquidem
ad id, ostendo non esse satis, si dicatur sacramentum, siue
mysterium, ostendo non esse satis, si dicatur magnum sa-
F cramentum. Respondeat Leus, si mentem habet, utrum
hæc ad rem faciunt, an non? Simillimum est his, quæ sub
iicit. Etiam inquit, quando septem fateris, si matrimoni-
um loco peperis, in matrimonij loco, aliud surroga, &
doce nos quæ sunt illa septem. Dispeream nisi cum hæc le
go, uideor mihi non Theologum audire, qualis ille uult
haberi, sed rixosam mulierculam. Dicat mihi os impu-
dens, quis unquam pepulit matrimonium suo loco? An
qui dicit ex hoc loco non admodum colligi, negat esse de
numero septem? Credo sacramentum esse matrimonium,
non quod hic appelletur mysterium, sed quod ecclesia re-
censeat inter septem. Neque tamen prorsus nego colligi,
sed dico

sed dico non admodum colligi. Aliud surroga inquit, & G
doce nos quæ sunt illa septem. Immo potius istuc faciat Leus, qui sibi sumit tantum auctoritatis. Si matrimoniũ pellatur e numero septem, quis nõ uidet superesse sex? Velut si quis homini, cui sint dentes uiginti, unũ excutiat, certũ est restare illi, non plures undeuiginti. Quod si in locũ excussi iubeat alium surrogari, poterit ipse suillum inserere. Roget eadem opera, posteaquã Petrus amputarat dexteram auriculam Malchi. Vbi tum erant duæ? Respondebi- H
tur iam illi unicam tãtum supereſſe. At Leus sibi uidetur hic argutulus sophista, quasi quicquid sit in numero, uere sit de numero. An ideo sim futurus de numero septem sapientum, si uulgus me numeret inter septem sapientes? Si quis persuadere conetur matrimonium non esse tale sacramentum, qualia septem numerat uulgus, nimirum imaginatur hoc nõ recte numerari inter septem. Necꝫ satis erat isti hoc dixisse semel repetit & inculcat οὐ καὶ ξὺς τὰ καλά. Pœnitentia inquit, si cum matrimonio exautorabis, quid ni alia in eorum locum sufficias. His dictis, necꝫ mẽtem, neque frontem esse, quis non uidet? Quis tam insanus, ut id faciat, quod impudentia Lei fingit? Pergit Leus, neque quicquam probat, quod adfers ex nullo ueterum doceri posse, matrimonium fuisse unum e septem, cum nec Dionysius cætera recensens, hoc commemoret. Num inquit propterea nullus ueterum commemorat, quod Dionysius non commemorat? Hic uidelicet uult uideri dialecticus. At non intelligit argumẽtari me à signo probabili, in re coniecturali. Si quisquam ueterum cõmemorasset, cõmemorasset Dionysius, qui ex professo de sin- I
gulis diligenter prosequitur, & ritus & nomina. Sed apud hunc toto opere nulla matrimonij mentio. Probabile igitur, illi nõ fuisse unũ è septẽ. Nec pœnitentiæ meminit inquit, sed alias non semel meminit, & præter hunc alij multi. Pergit etiã Leus, suis argutis syllogismis illaqueare me.

Augustinus inquis, negat magnum esse sacramẽtum in uiro & uxore. Verum est, & quis repugnat? Sed non negat Augustinus, quin hoc sacramentum in uiro ex uxore, sit magnum in Christo & ecclesia. Imo Augustinus in uiro & uxore dicit esse minimũ sacramentũ. An non qui minimũ dicit negat esse magnum? Sed alia ratione magnum est, alia minimũ, in uiro & uxore minimum est, in Christo & ecclesia magnum. Si hæc bene separauit Augustinus, qua fronte coniungit Leus? In uiro, inquit, & uxore magnum est in Christo & ecclesia, perinde quasi dicas. Aethiops iuxta pellẽ albus est in dentibus. Si semper magnum est sacramentum, doceat igitur nos Leus, qua ratiõe dixerit Augustinus minimũ. Nimirum illud sensit Augustinus coniunctionem mariti & uxoris, gerere typum rei sacræ, & adorandæ, & ob id typo quoq; esse suum honorẽ, uelut honos habetur imagini pictæ carbone, ob rem egregiam, quã utcunq; representat. Si picturam estimes, minimũ preciũ sit. Si quod suggerit animo, nullo pretio potest estimari. Ita matrimonio dignitas est ab eo quod representat nobis, & tamen si per se conferatur ad reliqua sacramenta, quibus uberior cõfertur gratia, non magnum est sacramentũ, sed si Augustino credimus oĩm minimũ. At iam propius urget Leus. Nam inquit coniũctionem Christi & ecclesiæ, non opinor, dicis sacramentum, cum ea prorsus nihil significet, presignata sit hoc sacramento coniunctionis uiri & mulieris. Det Leus hic sacramentũ non accipi, ut sit unum de numero septem, sed tantũ sacræ rei signũ, ac deinde argumẽtetur. Si mysterium hic nihil aliud est quã res sacra & arcana, quid prohibet conglutinationem Christi, & ecclesiæ, Coniunctionẽ diuinæ & humanæ naturæ dici sacramentum, aut mysterium? At sic non accipitur ad istum modum hoc loco. Istud euincat Leus, ac tum pergat argumentari. Sed qui consistit ut cum Augustino in

altero

K

L

M

altero dicat esse magnum, in altero minimũ, quod Leus affirmat esse magnum in utroq;. Sacramẽtum duo complectens, signum, & rem signatã, si ad rem signatam conferas, maximũ est, si ad typum qui est in maritis singulis & uxoribus, minimũ est. Cęterum an in Maria & Ioseph fuerit plenum sacramẽtum, cum nõ interceſſerit coitus, Leus ipse uiderit, qui hoc affirmat, nondũ emm hoc ad me pertinet. Non satis est odio Lei, si theologorũ ordines, si monachorũ populos in me concitet, ni maritos etiam & uxores immittat in caput meũ. Laudatũ est à me matrimonium ad inuidiã usq;. Volo matrimoniũ esse quã honestissimũ, fateor esse sacramentũ, & tale sacramentum, qualia septem numerat ecclesia, & tamen odiosis uerbis mecum agit, quasi studeã eximere matrimoniũ è numero suo. Atqui sum paulo æquior matrimonio, quã theologi quidam, etiam recentiores, qui negant matrimoniũ dici sacramentum, nisi dilatata uocabuli ratione, quatenus est sacræ rei signum. At nõ protinus dicitur proprie sacramentũ, q̃d sit sacræ rei signũ. Nam proprie dicit sacramentũ, inuisibilis gratiæ, uisibilis forma, ita ut imagi nẽ illius gerat, & causa existat. Hæc si ppria est sacramẽti definitio, quẽadmodum sentit Petrus Lombardus lib. iiij. dist. i. nõ constabit matrimoniũ proprie dici sacramẽtum, nisi cõstiterit esse causam gratiæ peculiaris, quæ prę scriptis uerbis, & ritibus confertur, sed tantũ de numero eorum, quæ sacræ rei sunt signa. At non conferri gratiã hoc sacramento sentit Petrus Lombardus lib. iiij. dist. ij. Cunq; hoc ingens turba iure consultorũ, ut Gaufridus in summa sua titulo de sacramentis non iterandis. Hostiẽn. in summa lib. i. eodem titulo. Et Bernardus in apparatu. Quin & Durandus, qui hos adducit autores inter scholasticos autoritatis præcipue lib. iiij. dist. xxvi. quest. iij. multis uerbis inculcat Iuris põtificij peritos, & interpretes canonũ, ac decretalium epistolarũ, quibus declaratur

N

O

p

mens Romanæ eccleſiæ, quorum nonnulli fuerunt etiã de numero Cardinalium, fuiſſe in hac ſententia, ut negarent in ſacramento matrimonij conferri gratiã, atq; ideo ſi quis idem ſentiat, non faceret aduerſus decretum eccleſiæ catholicæ, aut conſuetudinẽ ac mentem eccleſiæ Romanæ, cum horum opinionem non reprobet. Quæ ſi uera ſunt, ſequitur non eſſe abſurdum, ſi quis opinetur matrimoinum nõ eſſe ſacramentũ nouæ legis, iuxta propriam ſacramenti rationem. Et quod recentiores theologi, uelint eſſe ſacramentũ nouæ legis, quo conferatur gratia
Q ſpiritualis, probabilem eſſe opinionẽ, cui qui refragetur, non ſit hæreticus. Hæc cum prodita ſint à magnis autoribus, atq; etiam à celebri theologo, tamen ipſe magis amplector recentiorum theologorũ opinionem, qui putant ſacramento matrimonij, conferri gratiã, & eſſe de numero eorum quæ proprie dicũtur ſacramenta. Illud interim demiror, cum in poſteriore æditiõe, copioſius ſuper hac rediſputem excludens argutatiões huiuſmodi, cur Leus ſic agat hic mecũ, quaſi poſteriorem æditionẽ non uiderit. Eſto ſcripſerit hæc antequã prodiſſet poſterior, certe pluſquã annũ erat euulgata, priuſquã hæc æderet Leus.
R Et ſimul æditus eſt totus hic liber. Poſtremo loco, uellicat illud q̃dait me adieciſſe in ſcheda. Cyprianus fatetur minora ſacramẽta non à Chro, ſed à patribus inſtituta. Opinor Leum obiectur⁹ mihi ſomnia mea ſi narrem illi, quid noctu mihi uiſum ſit p quietẽ. Finge hoc uel dictũ mihi parũ attento, uel poto excidiſſe, uter erit magis culpãdus, Ego qui fretus amicitia ſecretis chartis, ueluti cõfabulans cũ amico credidi, quicq̃d in mentẽ incidit, An ille, qui hæc ueluti ſolẽniter acta ſub notarijs ac teſtibus, mihi apud uniuerſum orbẽ impingit in os, magnificum triumphum ſibi pollicens, ni defendero quæ ſic notaui, & notaui uni? Verũ ne uidear deeſſe uel nugis, huc illa pertinebant, ſi detur aliquod ſacramentũ inſtitui poſſe à patribus

tribus, poterunt esse plura, & potuerunt olim esse paucio
ra septem. Atqui ita probabilius erit, quod ago, Augusti S
num nõ hic loqui de sacramento matrimonij, tanquã sit
unum de numero septem. Hic rursus me medium tenet
Leus, si minora sunt quæ ab hominibus instituũtur, ma-
trimonium sacramentum magnum erit, quod creditur
in paradiso institutum à deo, & sic institutum, ut esset sa-
cramentum. Docet hoc Leus, sic institutum, ut esset unũ
è numero eorum, quæ propriæ dicũtur sacramenta. Sed
hac de re nihil adhuc audio. Neque recte colligit Leus, i-
deo matrimonium non esse institutum à patribus, ut es-
set unum de numero septem, quod nullus scriptor hoc fa
ctum esse prodiderit, cũ ipsa res doceat esse factum. Neq;
tamen tueri uolo, quod dicit Cyprianus, nec mihi neces-
se est, etiãsi hoc fatetur Leus esse uerũ. Dicit enim. Cum T
matrimoniũ sacramentũ esse possit etiamsi nõ sit à Chri-
sto institutum. Atq; hunc quoq; locum Leus cõmemo-
rat inter ea, quæ non correxerim, etiamsi nonnihil uide
ar moderatus. Sed quid tãdem hic uolebat corrigi Leus?
An quod fateor matrimoniũ unum esse sacramentum de
numero septem? Id non negat ipse. An quod nego ma-
gnum esse sacramentum in marito & uxore, sed in Chri-
sto & in ecclesia? At hac ratione, qua ego nego magnũ,
Sanctus Augustinus minimũ uocat. An quod inquiro,
an ex hoc loco possit euinci, matrimonium esse de nume
ro septem? Hoc igitur debuerat docere Leus. At nondũ
potuit. Et tamen si docuerit, nihil aduersum me faciet,
quum dixerim ex hoc loco non magnopere colligi, hoc
est non ita euidenter colligi, quin possit aliquis tergiuer-
sari. Quod si quis me roget, unde igitur credis esse de nu
mero septem, si ex hoc loco colligi satis non potest, nec
supest alius unde colligatur? In promptu est quod respõ-
deam. Me mouet autoritas & cõsensus ecclesiæ. Sed nõ
hac in re tantum, uerum in alijs quoq; compluribus.

AD

Philip. 2. ESse se æqualem deo. Verbulo submonueram græce non esse ἴσον, id est, æqualem, sed ἴσα, id est æqualiter, ut tamen aduerbium idem polleat græcis, quod nomen. Id ne quẽ offenderet admonui. Et tamen ipse uerto æqualem. Leus obijcit Hieronymũ, qui locis aliquot, quos apparet, Leum ex indice cõgessisse, legat æqualẽ, nõ æqualiter, Quasi uero ego iusserim, ut quisq; legeret æqualiter. Sed hũc locum Leus grauiter, ut sibi uidetur, exagitat in nouis annotationibus. Cui suo respondebimus loco.

AD CXC.

Colloss. 1. PRimogenitus omnis creaturæ. Hic ostendo triplicẽ sensum, quorũ primus sit quem nos sequimur uulgo, ut uidetur, alter ut intelligamus Christum genitum ex patre, ante res conditas. Tertiũ, si acuamus penultimam πρωτοτόκου, intelligamus illum primũ condidisse cum patre omnia. Et iuxta mediam sententiam interpretatur Ambrosius. Primo genitus inquit uniuersæ creaturæ, ante omnem creaturam genitum filium, non creatum testatur, ut secerneret natiuitatem eius, à creaturæ factura. Et ut hoc penitus clarescat, subiecit. Quia in ipso condita sunt omnia &c. quæ sequũtur in eandem sententiam. Sed offendit Leum, q̃d adiecerim. Ne quis cũ Ario dei filiũ faciat creaturã. Atq; hic τὴν λεοντὴν ἐνδυσάμενος docet me nihilo plus esse periculi, si quis dicat Christum creaturã, quã si quis dicat mortuũ, ac multis testimonijs ni fallor, ex mea apologia, qua Fabro respondeo, desumptis probare nititur, filium dei dici creaturam. Et tamen fatetur quosdam abhorruisse à uocabulo creaturæ, ne q̃d haberent cõmune cum Arianis. Atqui hoc ipsum est, q̃d me mouet, ut cum Ambrosio malim uerti, genitus ante uniuersam creaturã, quã primogenitus omnis creaturæ, Quid enim aliud sonat primogenitus omnis creaturæ, quã aut

quàm aut ex creaturis primum genitus, aut inter creaturas primum genitus. Iam Ariani non hoc sensu dicunt Christum creaturam, quo Hieronymus, per cõmunionẽ idiomatum, sed sentiunt filium dei iuxta diuinam naturã esse creaturam. Hic mihi respondeat Leus, utrum nihil intersit, CHRISTVM creaturã uocemus, an mortuũ, q̃d attinet ad Arianorum hæresim. Deinde si, quod Leus uult, Christus hic dicitur primogenitus omnis creaturæ, quod inter creaturas præmineat ipse creatus, quomodo conuenit, quod Ambrosius connectit, ideo dictum primogenitum, quia sequitur, quia in ipso condita sunt omnia, & interpretatur, in ipso, per ipsum. Sed per ipsum nõ poterãt omnia condi, nisi præcessisset primordia rerum omnium conditarum, ex quo declaratur illius æternitas. Hanc annotationem ita claudit. Hoc tantum moneo, non usque adeo uitãdam Charybdim, ut incidamus in Scyllam, sed caute inter scopulos nauigandum. Quã hic Charybdim, aut quam Scyllam somniat? An quia negauimus filiũ dei creaturam esse, eo sensu, quo uocant Ariani? O graues annotationes, quibus emendetur Erasmus, & succurratur ecclesiæ periclitanti. AD CXCI.

QVod in illo creata sunt omnia, q̃uum in illo dictũ si pro per illum, iuxta proprietatem sermonis Hebraici, nego me uidere, quid ad rẽ pertineat, quod Thomas hoc loco inducit ideas, quas Leus non uult dici Platonicas, sed exemplares, præsertim cũ quod hic dixit, ἐν αὐτῷ, mox mutet εἰς αὐτοῦ. Hic pręter alia friuola multis uerbis causatur Leus non esse perpetuum, in, poni p, per. Atquis isthuc docuit? Verum an cõsequitur, ideo non esse hoc loco, quia non sit ubiq; Hoc certe loco docet Ambrosius, & suffragatur locus, qui mox sequitur εἰς αὐτοῦ. Hic quid uolebat mutari Leus? An quod rectissime dictũ est, ex auctoritate diui Ambrosij? nam hunc locum notat, inter ea, quæ nõ correxerim, homo pertinax & indocilis. Eodem.

Eodem IMago dei inuisibilis. Quoniam græcis est ἀοράτου nõ ἀόρατος admoneo inuisibilis ad deum patrem referendum, non ad filium, quod pater per se inuisibilis, quodammodo uideatur in filio. Leus siue quisqs is fuit argutatur, & imaginem esse inuisibilem, & iccirco frustra addi quodãmodo. At ego sensi Christũ homine assumpto, uisibilem esse factum, & per hunc quodãmodo patrẽ nobis esse conspectum. Quanquã in epistola ad Timotheũ idem solũ partem dicit inuisibilẽ, & causam reddit Ambrosius.

AD CXCIII.

Eodem IN ipso complacuit. Ostendo cõmodiorem esse interpretationem, si εὐδόκησε referatur ad patrem. Ita uisum est patri, ut filio daret perfectam deitatem, atq; ita per eum reconciliaret omnia sibi. Leus uult complacuit ad totam deitatẽ pertinere. De re non disputo, sed de sermonis congruentia. Atqui congruet quod sequitur, & per eum reconciliare omnia in sese, nisi distinguas personas? Nullus inquit Leus, ad istum interpretatur modũ. Imò sic iterpretatur Ambrosius. Nescio an is Leo uideat esse nullus. Destomachatur, quod de meo addiderim patri, permittit tamen hoc ius Hieronymo, at non idem Erasmo. Magnum uero periculũ, si in priuata lectione addo uerbum, quo res sit explanatior, præsertim testans à nobis additum esse, & quo cõsilio sit additũ docens. Nec est periculum, ne quis doctus idem faciat passim, quod à nobis uno dũtaxat loco factum est. Nec est metuendũ schisma, præsertim cum fatear adiectum à nobis, idq; non in lectione ecclesiastica, sed priuata. Quid hoc ingeniose-

AD CXCIIII. (ditio sius.

Eodem OMnem plenitudinem diuinitatis. Admonueram diuinitatis, nec apud græcos haberi, neq; apud Ambrosium. Significans diuinitatis, additum explanandæ rei gratia. Nam Ambrosius interpretans addit.

Hic

Hic Leus me meo iugulat gladio. Vt nũc inquit, miraris, quomodo in latinos codices irrepserit uox diuinitatis, ita posteri mirabũtur, unde tuum, patri, irrepserit, quod nec apud Græcos est, nec apud Latinos. Immo ne quis istud mirari possit, facit annotatio mea, declarans additum, explanandæ rei gratia. Nec tamen insector quod hic additũ est diuinitatis, tantum admoneo.

AD CXCV.

SEcũdum imperium. Cũ græce sit κατ' ἐπιταγήν, admonuerã aptius reddi posse, secundũ iniũctionẽ seu delegationem. Nã ἐπιτάττω proprie est mãdo aut delego. Leus obijcit Chrysostomum, qui legat imperium, sed latine loquens. Quid autem interpretatur, cũ illi imperiũ sit idem, quod nobis delegatio. O seueram annotationem. 1. Tim. 1.

AD CXCVII.

GRatia & misericordia. Ostendo Græcis non addi cõiunctionem copulatiuam. Leus rursus obijcit Chrysostomum latine uersum, qui addiderit. Huic simillima est annotatio quæ hanc consequitur. Eodem

AD CXCVIII.

INuaniloquium. Cum hic nominatim expresserim friuolas argutias, & sine fine digladiantes, nonne satis declaro me non in totum damnare concertationes Theologorum. Et tamen Leus sic agit, quasi damnarim scholasticas exercitationes, & nescio quid loquitur de eloquentia, & nescio quid balbutit de balbutie, quæ quorsum spectent non uideo. Ausim deierare hanc annotationem nõ esse natam à Leo, sed ab alio quopiam cuius referat, quam maxime feruere Theologicas diatribas, quas à me damnari credant omnes, si possit unus reperiri quem ab hoc studio deterruerim. Eodem

AD CXCIX.

SOli dei. Quod græcis hic additur sapienti cum non sit nec apud Ambrosium, nec apud alium quenquam latinorũ, suspicabar græcis additũ aduersus Arrianos, Eodem

ex epistola ad Romanos, qui solum patrẽ uere deum faciunt, cum filium uelint esse patre minorem, ac præterea creaturam. Nunc sapienti interpositum, facit ut intelligamus deum patrem, solum esse sapientẽ, at non solum deum, quæ lectio minus adiuuat Arrianos. Hic multis modis urget nos Leus. Quid opus erat inquit hic addi, cum additum cõstet in epistola ad Romanos? Certe in speciẽ fuisset firmius, quod pluribus locis iteratur. Porrò quod Leus mecũ atrocibus uerbis litigat, quod dixerim quædam addita ab orthodoxis, aduersus hæreticos, sine causa litigat. Nec enim mihi placuit unquã ut huiusmodi fucis tueamur Christi doctrinã, Imò frequenter admoneo, ne id fiat. Sed utrum uult Leus, hic adiungi sapienti, an non adiungi? Si uult adiungi desciscit à fide latinorũ codicum, & græcorum fidem præfert. Si non uult addi, cur iurgatur quod dixerim additũ uideri? Temerarius prophanator est, qui uel addit, uel adimit. Fateor, quid hoc ad me? Ego sciens nec addo nec adimo. Imò quod quidẽ est in me do operam, ne quid addatur, aut adimatur. Tota igitur hęc tam callida admonitio, uel rixa potius, nihil ad me pertinet. Rursus quã illud ciuiliter factum Leo, qd in re atroci & seria, ingerit mihi nescio quas schedulas ex tempore notatas, & hanc non putat esse iniuriam, cum atrox sit iniuria, uolumen ædere, inuito autore. At interim non uidetur animaduertere Leus, quid faciat aduersus Arrianos additum sapiẽti. Imò potius pro eis facit inquit. Sed iam ante quatenus aduersus illos faciat indicatũ est. Pro illis qui possit facere, nõ uideo. Nec̃ me clàm erat eos huiusmodi locorũ præsidio tueri suũ errorẽ, sed id feciſſent ꝓbabilius, si legam⁹ de patre, soli deo. Illud festiuũ, qd meos græcos uocat q addãt, ἐπικῶ id est sine causa. An mei sunt qs habebat Hieronym⁹? An meus est codex quem habebat Chrysostomus? Et tamen hic reiscio, quod in græcis codicibus legiť. Quid igiť litigat Leus?

Sed ut

Sed ut finiam, sapienti additum hoc loco facile concedit Leus, qui libens assentitur ecclesiasticæ lectioni, quã græcis non libenter tribuit. Et si addatur, nonnihil facere pro Arrianis, iam ostẽdi. Nec probo quod additũ est, Postremo Leus libenter fateri solet græcorũ codices esse depraua-tos. Hæc cum sic habeant, uide an satis in me quadret Lei peroratio. Expende inquit, an infirmæ sint rationes quibus te urgent, ut hunc locum mutes, & tum demũ si sic uideatur, infirmos iudica & locum hunc stare iube. Quin potius dic, ne quod offendiculũ detur euangelio Christi, muto hunc locum, & nihil decerno addendum, D aut adimẽdum sacris literis, infirmus alioqui ipse, ni hoc dicas & ex animo sentias. Quis credat hunc caruisse febri, qui hæc scripsit? Quem locũ uult mutari? An quod præfero nostram lectionẽ græce? An quod indicẽ olim quædam addita ab orthodoxis in nostris uoluminibus, quibus uterentur aduersus hæreticos? Id cum de græcorum libris dictum sit, non, opinor indignatur Leus, An quod ab orthodoxis factũ arbitror, ille putat à sacris doctoribus esse factum? Nec enim protinus probo quod fit ab orthodoxis. Postremo qd flagitij sit, si uoces aliquot addidissent nostri, dum student, ne quã ansam arripiant hæretici, aut etiam imperiti, præsertim cum à sensu nõ recedatur? Velut in eo loco, nondum erat spiritus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Eodem sensu manente nos addidimus, datus. Quorsum autẽ attinet illud. Nihil de- E cerno addendum, aut adimendum? An ego unquã decreui aliquid addendum, aut adimendum sacris libris? Ad hæc? cur me iubet mutare, quod iam mutatũ est, & mutatum esse sciret, Sed cur inquiet defendis, quod mutasti? Mutaui non quod inesset aliquid mali, sed propter homines imperitos mutaui, quos infirmos appello. Quis unquam audiuit seueriorem rixationem, cum nihil hic sit, quod ad me ptineat. Postremo rogat me Leus, an omẽs

existimẽ infirmos, qui hoc loco offendantur. Non oẽs, sed alios esse stultos, alios Sycophantas.

AD CC.

Eodem

SOli deo. Et hic unam annotationẽ in duas dissecuit, tãta est parsimonia glorię. Credo hũc & κυμινοπρίστην esse posse. Admonueram Chrysostomũ sic legere, quẽadmodum est in epistola ad Romanos. Leus negat sapienti addi Chrysostomo, & uerum dicit in cõmentarijs, sed addit in contextu, nisi id additum est à scribis, Id quod planè factum suspicor, Necꝫ uero tam cęcus eram, ut non uiderem quid legeret Chrysostomus, Verum hoc annotaui, quod ille reliqua epitheta quæ præcedunt, immortali, inuisibili, cõnectat cum dictione soli, intelligẽs solum patrem esse immortalem, solum esse inuisibilem. Alioqui sensus esse poterat, quod solus pater esset deus, atcꝫ is esset immortalis & inuisibilis, etiamsi non solus. Quod si Chrysostomus addidisset sapienti, Videlicet nõ aliter adiunxisset cum hac dictione soli, quã reliqua conIunxit. Verum hoc fefellit Leum, nusquã oculatum, nisi ad carpendum. Atcꝫ hic Chrysostomi locus ad Leum pertinet, ubi fatetur patrem solum esse deum, solum esse inuisibilem, & immortalem. Nec ob aliud nisi quod à nemine habet, ut sit deus, ut sit inuisibilis, ut sit immortalis. Et Leus non patitur, ut principij rationẽ peculiariter tribuamus patri, cum huic Chrysostomus peculiariter tribuat nomen dei.

AD CCI.

1. Tim. 3.

DOctorem. Quia græcis est, διδακτικὸν ostendo Hieronymũ scribentem aduersus Iouinianum reprehendere uulgatam æditionẽ, quæ haberet docilem. Leus negat hoc sibi lectum. At ego locũ ostendo, ubi possit reperire. Fortassis putat latinius uerbum docibilem, quàm docilem. Vt facilis est qui facile facit, ita docilis dictus est illis, qui facile doceret, quemadmodum amabilis

mabilis qui propensus sit ad amandum.

AD CCII.

MVlieres similiter pudicas. Admonuerã γυναῖκας hic rectius uerti potuisse uxores, quandoquidem ipse sermonis tenor declarat eũ, loq de uxoribus diaconorũ & episcoporũ. Leus obijcit Chrysostomũ, qui noluerit admisceri uxores, sed interpretet de mulieribus, quarũ ministerio utebantur apostoli. Scio non placuisse Chrysostomo uxores, & tamẽ ubi fit mẽtio filiorũ, quare declinat mentionẽ uxorum, præsertim si intelligamus uxores ministrorũ, quas & hodie diaconissas uocari in oriente, ostendit glossema, quod Hieronymi falso titulo fertur. Verum hac de re non digladiabor, & consistit uxores fuisse ministras. Etiamsi Chrysostomus fatetur hoc plerosq; de omnibus uxoribus interpretari. Eodem

AD CCIII.

MAgnum est pietatis sacramentum. Cum hoc loco uariarent exemplaria, demonstraui duplicem lectionem, ambigens utra esset præferenda. Hoc non potest opinor reprehendere Leus. Deinde quoniã nonnihil torquerẽtur interpretes, indicaui mihi simplicissimũ uideri, si locum hũc intelligamus de prædicatione euãgelij, idq; quo facto fieri possit propono, Leus magnifice reijcit, negans prædicationem euãgelij esse sacramentũ, absurde dici prædicationem assumptã in gloriã. Ridiculum, quasi uero hoc dixerim. In re sacramentum est, non in prædicatiõe. Sed quod ante fuit arcanum, cœpit esse publicum prædicatione, & quod prius latebat, hoc assumptum est in gloria. Hæc omnia quæ prius erãt promissa de Christo, ac deinde facta sunt in Christo, prius erant mysteria, paucis aut nullis cognita, mox apostolorum prædicatione, toti uulgata orbi. Vbi nunc est, quod scribit Leus, hæc interpretatio quã male quadret huic loco &c. cum idẽ interpreter, quod interptanẽ alij. Eodem T.d.

Porro

Porrò quod de Laurentio argutatur, non uideo cur mihi sit respondendum.

AD CCIIII.

1. Tim. 4. IN charitate. Hic nihil annotaram, tantum uerteram, quod repperi apud græcos, apud quos redundat, ἐν πνεύματι, id est in spiritu. Leus indicat apud Chrysostomũ non esse. Ac uerum dicit. An ideo mihi non erat uertendum, quod habetur in græcis codicibus? Et ne dicat hoc meum græcum, ad eundem modum habet æditio Aldina.

AD CCV.

1. Tim. 6. IN laqueum diaboli. Admonuerã diaboli non addi, nec apud græcos, nec apud Ambrosium. Leus obijcit Chrysostomũ interprætari. Mirum uero si interpretatur, quod sensit apostolus. At nõ ideo scripsit Apostolus. Nos ostendimus, quid scripserit, non quid senserit.

AD CCVI.

2. Tim. 1. GRatia & misericordia. Ostendo græcis abesse coniunctionẽ, & Leus obijcit apud Chrysostomũ addi. Qui scit hoc Leus? Deinde quid refert.

AD CCVII.

Eodem] TEmpora sęcularia. Cum græce sit αἰωνίων, qua dictione solent æternitatem significare, Leus mauult sęcularia, & tamen Chrysostomus interpretatur, ab æterno. At Latinis sæculare dicit, quod cẽtesimo quoq; anno instauratur.

AD CCVIII.

Eodem CVm græce sit ἐφ' ᾧ, admonui uertẽdum in quod, Leus obijcit Chrysostomũ, qui legerit in quo, sed latine loquens.

AD CCIX.

2. Tim. 2. PRophana autem inaniloquia &c. Admonuerã hic, nescio quid, de quorundam superuacaneis quæstiunculis, qui sibi theologi uidẽtur. Hic Leus ansam nactus

nactus infigendi genuinum, Sed id, inquit, etiam fuerat annotandum, quod prophana iusserit deuitare. Itaq; monuerat illotis pedibus in sacrarium non esse irrumpendum, nec sic tractãdas literas, ut fabulas poëtarum, opus esse illi summa uitæ sanctimonia, summa pietate, ac modestia, qui sacra adeat, multomagis qui adyta penetret, non esse cuiusuis aperire mysteria, sed tantum transformari in deum spiritus. Hæc quorsũ spectant, nisi ut innuat hæc omnia mihi deesse, sibi superesse? Quod uel ex hoc libello cuiuis intelligere promptum est. Quanq; ego nõ mihi sumo tractationem mysteriorũ, sed in re omniũ infima uersor, magnifica illa Leo cedens, ac Lei similibus, quibus ea fato seruata sunt, qbus adest animus & mens, cum qua diĳ nocte loquuntur.

AD CCX.

NE forte det. Quoniam græce est μήποτε, submonui potuisse uerti, ne quando, testans ne sic quidem satis latine redditum esse, quod μή apud græcos non sit hic negantis, aut prohibentis, sed dubitantis. Leus obĳcit Chrysostomũ, qui legat forte, sed latine loquens. Alioqui quid stultius, quã si legisse putet μὴ ἴσως. At tamen meminit Chrysostomus dubitatiõis. Verum, sed eam dubitationem colligit ex μή, non ex ἴσως. Id cum palàm sit ex Chrysostomi uerbis, mirum est nõ animaduersum esse à Leo. Scribit enim hunc in modum. Ac si dicatur, fortassis sequetur aliqua emẽdatio. Si dictum erat fortè, quorsum attinebat illud, ac si dicatur? Hæc scribũt, qui soli lotis pedibus ingrediuntur adyta mysteriorum, qui spiritum habent in deum transformatum. Eodem

AD HEBRAEOS.

AD CCXI.

INdignatur, quod ordinem indicarim uerborum, uidelicet rem tam minutam.

AD CCXII.

Hebræ. 3. QVia non potuerũt. Indicaram hoc loco Græcis nõ repeti in requiem meam, sed subaudiri. Leus addit nec in suo codice legi additum. Bene habet. Sed in pleriscꝫ uulgatis additum comperi. Idem ille comperiet, si quærat.

AD CCXIII.

Hebræ. 6. AD expletionem spei. Admonueram certissimã spem nasci ex pijs operibus, potius quã ex syllogismis. Id que ut facerem in causa fuit græca uox πληροφορία, quæ sonat certam persuasionem. Hic mihi Leus, cui nullam nõ pruritin me genuinus, Quin & hoc scias inquit, ex operibus ceu principijs syllogismũ fieri ad spem, ut præsumptio sit bene sperare, si male feceris, nimirum indicãs se pijs operibus undique superfluere, me malis abundare. Ego mihi non arrogo sanctimoniam, sed ab hac nulli longius absunt, quam qui sibi maxime uindicant. Equidem malo publicanus esse mihi displicens, quam pharisæus, sic mihi placens, ut displiceam deo.

AD CCXIIII

Hebræ. 7. DE alia tribu. Id uerto in annotationibus dũtaxat, nõ in contextu, ad hunc modum. Alterius gentis particeps fuit. Hic Leus ex autoritate Suidæ docet me φυλὴν anceps esse uocabulum, ad tribum ac gentem, sed fugit illum gentem etiam apud nos anceps esse. Nam eiusdem gentis dicuntur gentiles, hoc est, cognatione coniuncti. Hoc si scisset Leus, non appellasset meam interpretationem impiam. Et hic est ille formidabilis locus, quem iam non semel obiecit, in superioribus annotationibus. Tales habet Erasmus præceptores, tales habet cẽsores, & tamen nõ agit gratias, omnium qui uiuũt ingratissimus.

AD CCXV.

Eodem SErmo autem iurisiurandi. Quoniam Græcus sermo non carebat amphibologia, Indicaui duplicẽ sensum, quorum neuter placet Leo, & nouum inducit, uolẽs sermonem positũ pro re ipsa, sed hoc loco nihil erat opus

biblia

biblia Hebraica, quēadmodum ille loquitur, cum alio, qui res belle habeat.

AD CCXVI.

SI enim primum culpa uacasset. Cum sit ἄμεμπτος Græce interpretor irreprehensibile, siue de quo queri nō possit, uel in quo nihil posset desyderari. Leus obiicit Chrysostomū, qui interpretetur, si inculpabiles fecisset. Eam interpretationem, ut non reiicio, ita nō habet Leus cur meā reiiciat. Cur ēm uereamur legem illā dicere reprehensibilē, cum ipse deus dicat, dedi eis leges non bonas. Nec̄ nescio, quomodo sit hoc accipiendum. Sed quid hoc ad meum institutū? Postremo, an mollius est, si culpa uacasset, quā si fuisset irreprehensibilis? Nam posset esse obnoxiū reprehensioni, quod tamē culpa uacet. Hebræ. 8.

AD CCXVII.

ET sanctum sæculare. Quoniam græcis est κοσμικόν. Admonui rectius uerti potuisse sanctum mundanum. At Leus docet ex Chrysostomo sæculare legendum, & ideo sæculare dictum, quod omibus licebat intrare, etiam gentibus, Quid ego audio? An sæculare dicitur latinis, ad quod omnibus patet aditus? Non pudet Leum harum annotationum? Non saltem illud uidit, homo tam oculatus, quod ipse citat ex Chrysostomo? Non enim Iudæi totus mundus. Quid dici potuit apertius? Gentes non admittebātur in templum Iudæorum, quia erat sanctum unius gentis. At Christi tēplum patet oīmibus, qui sunt in mundo. Tam fœde toties labitur, qui censorio supercilio, tam inclementer sæuit in alienos lapsus, imò in benedicta. Quas sannas hic adferret Leus, si quid in illum eiusmodi commisissem. Hebræorū. 9.

AD CCXVIII.

SINE sanguinis effusione. Quod sequitur, quoniā alibi interpretatur, de redimēdis angelis Origenes, admonui triby dūtaxat ȳbis, locū hūc in specie habere Eodem

nonnihil Origenicum, non sentiens q̃ autor aliquid Origenicum saperet. Hic Leus adfert interpretationẽ Chrysostomi, quæ mihi ualde probatur, etiãsi duriuscula est, siquis expendat ad sermonis faciem. Quo possit detorqueri nescio, Certe hinc Origenes sumpsit occasionem erroris sui. Vt nobis non sapit Origenicum aliquid, ita illis sapuit, quibus fuit occasio labendi.

AD CCXIX.

Hebræorũ. 10. NAm & uinctis. Indicarã Græcis esse uinculis meis τοῖς δεσμοῖς μου, atq̃ ita legitur in Aldino exẽplari. Leus obiicit Chrysostomũ sed latine loquentẽ. Etiamsi ex illo magis colligitur, quod legerit, uinculis, quã

AD CCXX. (uinctis.

Hebræorũ. 11. FIdes est substantia. Obiter taxaram hic glossema q̃dam iurisperitorum in tit. de S.e. & fi. catho. in quo tumultuantur de hac definitione, & hac submota tanquam parum dialectica, aliam scholasticam, ut ipsi uocant, magistralem inducunt, cum quod Paulus hic dicit, magis sit encomiũ fidei, quã definitio. Perinde ac si dicerem, Radix omnium malorũ cupiditas, speciem quidẽ habet definitionis, at definitio non est, certe ad leges dialecticas. At Leo uidetur esse definitio ad ratiões topicas. Ostendat igitur genus, ostendat differentiam. Cæteraq̃ quæ dialectici requirũt in legittima diffinitione. Quod si hæc definitio quadrat ad regulas dialecticas, quid uenit in mentem illis, qui pro hac, ceu parũ dialectica subrogarũt aliam, ut ipsi uocant magistralem. Porrò me nõ multũ tribuisse illi glossemati moderatius ferret qui norit in eodem legi, symbolum dictũ, a syn quod est simul, & bolus, quod est morsellus, quia unusquisq̃ apostolorũ suum morsellum, id est partem suã apposuit. At obiicit Hieronymũ, qui alicubi uocet definitionẽ. Obiicit Augustinum, nec illos insector, sed hos qui rem tam sophistice tractent. Sed negas esse definitionẽ inquit. Nego, sed ta-

sed talem, qualẽ illi faciunt, de quibus pprie uerba fiunt.

AD CCXXI.

SAra sterilis. Indico græcis nõ addi sterilis. Quod dico uerum est, nec habetur in exemplari Aldino. Sed obijcit Chrysostomũ qui & legat, & interpretetur. Atqui secus habet res. Nam Chrysostomus legit ad hũc modum: Fide inquit, & ipsa sara uirtutem ad suscipiendum semen, ad retinendum semen susceptionem uirtutẽ accipit, quę iam mortificata & sterilis. Quod adijcit mortificata & sterilis, non ex contextu addidit, sed ex ipsa re. Eodem

AD CCXXII.

PLacere deo. Indico hoc loco græcis nõ addi deo, sed ex superioribus subaudiri. Mirum uero si Chrysostomus hoc interptatur, quod sensit is, qui scripsit hanc epistolã. At non statim addendũ in contextu, quod probabile sit sensisse qui scripsit. Eodem

AD CCXXIII.

ACceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Cum is qui scripsit hãc epistolam loquatur de matribus, quibus prophetæ filios reuocauerũt ad uitam, duobus uerbis noto quorundam recentiorum intempestiuam disceptationem, qui ex hoc loco quærunt, an uxor cogenda sit, ut maritum semel mortuũ, ac mox uitæ redditum cogn[illegible]ccipere, præsertim si nupserit alteri. Cum Paulus epistolæ ad Romanos cap. vij. scribens uxorem solutam à iure uiri, posteaquã ille dormierit, nõ hoc egerit, ut explicet difficultatem huiusmodi quæstionis, sed tantum ut adhibita collatiõe doceat, nobis nihil esse cũ lege Mosaica, posteaquã illa publicata Christi doctrina iam fuit antiquata, ac uelut emortua. Hunc locum isti pertrahũt ad casum omniũ rarissimũ. Paulus hoc q̃d erat uulgati moris, traxit ad argumentũ rei, quã illic conabatur persuadere. Alioqui mulier cui datum erat repudium, an non erat soluta à iure uiri prioris? Nã illic haud Eodem

dubie ſumit exemplum ex lege Moſaica, præcedit enim,
B ſcientibus legem loquor. Porrò quod hic adducit Leus Paulum de penula ſua mandaſſe, decq; rebus alijs, ut ipſi uidetur humilioribus, quid ad me pertinet? An qui anxi us eſt tractat humilia? Si locarem tibi domũ uſq; ad finẽ uitæ tuæ, & in Syngraphis adijcerem, ſi contingeret te mortuum reuiuiſcere nihil iuris tibi forè, in rem locatã, nonne tibi uiderer anxius in paciſcendo? Sed quid inqt tandem reſponderes, ſi forte fortuna tale quippiam uſu ueniret? Quid ſi cœlum ruat? Primũ interpretarer morbum fuiſſe non mortem. Deinde conſultarem quid eſſet reſpondendum. Hunc certe Pauli locum, nõ torquerem ad eiuſmodi caſum. Quod ſi hic locus aut etiã alter, qui eſt in epiſtola ad Corinthios planè ſenſit, id quod iſti interpretantur, cur rem certam uocant in dubium? Verum
C hoc utcunq; diſputabile, Illud abſurdum, & inſignis inſcitiæ, quod adiecerim, ne uxores uirum ſemel defunctũ cogãtur recipere, idq; ne pereat character ille indelebilis apud ipſos natus. Hic floret Leus, Primũ inquit non imprimitur character in matrimonio, quod licebit diſcere, à contemptis tam ſæpe theologis, qui hic tecum calũniæ agere poſſunt, cũ hoc illis obijcias, quod tota uia pugnat cum eorum decretis. Vt nuſquã prætermittit Leus occaſionem, theologorum ordines in me concitandi, de quibus tamen hactenus, & ſenſi melius, & melius ſum meritus, quàm Leus ipſe. Non probarem theologos, ſi omnes eſſent huius ſimiles, qui cum nihil docere poſſit, nuſquã non iurgatur? Quid an uſquã dixi, in matrimonio characterem imprimi indelebilẽ? Sed aio characterẽ commentum eſſe theologorũ, certe Thomiſtarũ, qui hanc adferũt cauſam, cur matrimoniũ iterari poſſit, baptiſmus aut ſacerdotium nõ poſſit. Quæ cauſa ſi nulla eſt, an non perit
D illis ſuus character, quẽ commenti ſunt? Nec tamen hinc cõſequit̃ in matrimonio characterẽ imprimi. An ſi mihi pereat

pereat Lydia regula, ad quam studeã explorare qd obliquũ sit, quid rectum, ideo nihil erit rectum aut curuum?

AD CCXXIIII.

HAnc annotationẽ addit extra numerum, quo plus conflet inuidiæ nobis. Hanc epistolã diu non fuisse receptã à Romanis cõstat, aut certe Pauli nomine non fuisse receptam, quod in ea quædã essent, quæ iuxta speciẽ sermonis uiderentur nõ abhorrere ab Origenis dogmatibus. Leus putat Paulum abstinuisse ab õni specie mala. Id an uerum sit nescio, certe conatus est. Sed quid si uitiũ oculi sit in causa, ut species uideatur esse mala, an ideo nõ poterit dici esse aliqua mali species? Sed du rius est quod alibi dixi, hic locus manifeste adimit spem relapsis. In caput. vi. annotans multis uerbis explico sententiam catholicã eius loci. Cur Leus nõ hoc etiam interp̃tatus est, ad consimilẽ sensum? Illinc certe poterat perspicere, meo iudicio non adimi spem relapsis, sed aliorũ, qui locum illum peruerse interpretarentur. Et tamen his uerbis quoniã senseram quosdam offensos, in posteriore æditiõe mutaui quod scripserã. Si adimit inquit, spem relapsis, quomodo dicis esse receptã ab ecclesia, cum ecclesia damnet, quod probat epistola? Epistolam recipit ecclesia, peruersam interpretationem non recipit. Sicut Chrysostomũ recipit ecclesia, sed q̃d alicubi Leus interp̃tatur ex Chrysostomo, non recipit ecclesia.

AD TITVM.

AD CCXXV.

ANte tempora sæcularia. Hic Leus Chrysostomus inquit legit, sæcularia, uerum sed latine uersus. At Hieronymus mecum legit æterna. Tit. 1

AD CCXXVI.

SEcundum imperium ἐπιταγὴν ego malo delegationem quàm imperiũ. Chrysostomus inqt Leus interpretat imperiũ. Verũ sed latine loquẽs aliena lingua. Eodem

AD

AD CCXXVII.

Eodem GRatia & pax. Admonui græcis omitti coniunctionem, Leus obiicit suum Chrysostomũ, aliena lingua loquentem. Sed quid Hieronymus legerit incertum est, quid græci legant, res ipsa indicat. Quanquã quid id habet momenti?

AD CCXXVIII.

Eodem RElíqui te Cretæ. Cum Creta sit insula, admoneo nihilo latinius dici, reliqui te Cretæ, quã si quis dicat Reliqui Hispaniæ, pro eo quod erat in Hispania. At Leus, Hieronymus inquit sic legit. Legit, sed uulgatam sequutus interpretationem. An ideo mihi nõ licebit priuatim latine dicere, præsertim cum græce non sit Cretæ sed in Creta.

AD CCXXIX.

Eodem] PEr ciuitates κατὰ πόλιν Admonui ad uerbũ sonare, per ciuitatem, non quod ita uerti uelim. Nam addo id est in singulis ciuitatibus. Et in contextu uerto oppidatim. Quid igitur est, quod annotat Leus, nisi quod studuit explere numerum suum?

AD CCXXX.

Tit. 2. SVbditos esse. Submonui distinctionẽ huius loci diuersam esse ab ea, quam Hieronymus indicat fuisse in suæ tempestatis exemplaribus. Hic Leus ceu graue telũ nactus, miratur nos fidere græcis codicibus, ob hypostigmen, aliter nũc positam, quã olim fuerit in Hieronymi codicibus. O serias annotationes.

AD CCXXXI.

Eodem] SAluatoris. Admonui græcis esse non σωτῆρος sed σωτηρίου id est salutaris, siue salutifera. Atq; ita sane legimus etiam in æditione Aldina. Hinc rursus Leus uociferatur græcorum codices esse deprauatos, & nostros hoc certe loco esse, emẽdatiores. Fingat ita esse, quid tum postea? Et tamen quod asseuerat incertum est. Postremo

ſtremo cum ſenſus ſit idem, quid refert utrum legas? Porro quod ait legere Chryſoſtomum quemadmodū nos legimus, reclamāt uetuſti codices græci in quibus nō ſolum legit σωτῆρι ☉, uerum etiam interpretatur, ſi quis attentius expendat.

AD CCXXXII.

ET humanitas. Quoniam greca uox φιλανθρωπία ob ſtabat, quo minus hic ſermo poſſet accipi de humana natura Chriſti, admonui lectorem, ne cum recentioribus quibuſdam erraret. Addo de patre Ieſu dictum. Leus uult ad totam trinitatem pertinere. Sed ni de patre intelligas, qui cohæret quod ſequitur, per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Certe de patre interpretatur Ambroſius. Nec tamen affirmaui, quod adducit Leus, ſed modeſtiſſime adieci his uerbis. Et quod deum ſeruatorē uocat magis ad patrem referendum uidetur, quam ad filium. Et tamen hæc recenſet Leus, inter ea, quæ non mutarim homo pertinax & indocilis. Tit. 3.

AD CCXXXIII.

HAs annotationes fuiſſe Leo ſuppeditatas ab alijs, poſteaquam adornaſſet iam opus ſuū ad ædēdum, uel hoc eſt argumento, quod non habent ſuum locum. Quoniam uulgo nihil aliud ſonat hæreticus, quam male ſentientem de dogmatibus fidei, uiſum eſt admonere, Paulum illic nō propriè loqui de hoc hominum genere, ſed in uniuerſum de contentioſis, & factioſis. Porro q̄d aſſcripſeram, hæreticum appellat, non qui diſſentiat à cōcluſionibus magiſtrorum noſtrorum, ſed factioſum, Leus illico arrepta anſa conatur Theologorum ordinem in me concitare, mira facundia declamans prorſus hæreticū eſſe, quicunq; diſſenſerit à dogmatibus illorum, modo hi probe munere ſuo fungantur, in his quæ ad fidem & mores ſpectant. Nec enim per alios ſtatui de ijs, quæ ad fidei negocium pertinent. Quibus ſi detrahatur decernēdi auctoritas, quid ſit impiū, quid ſit hæreticum, nulli ſupererūt, Eodem

quibus hoc negotij committatur, cũ pontifices nihil abſ-
que illis pronuncient. Siquidem eccleſiam nihil reproba-
re, aut approbare ſine iudicio, id iudicium nulli ſupereſſe,
præter magiſtros noſtros. Pontifices, inquit, auctoritate
decernunt, hi iudicio. Quod ni præceſſerit auctoritatem,
manca plane eſt & inutilis. In hoc ſermone, dum Leus im-
penſe Theologis adulatur, odio mei, Pontifices, hoc eſt,
epiſcopos afficit contumelia, quibus ita tribuit auctorita-
tem, ut iudicium detrahat. An epiſcopis nullum eſt iudici
um in negotio fidei, etiam ſi non ſint magiſtri noſtri? Di-
cit horum auctoritatem eſſe mancam, ni præceſſerit iudi-
cium magiſtrorum noſtrorum, quaſi ſoleant de pietatis ac
fidei negotijs illi perperam iudicare, aut quaſi non poſſint
etiam Theologiæ profeſſores iudicare perperam. Quis
autem adimit Theologis auctoritatem iudicandi? Aut
quis ab illis diſſentit, ubi probe funguntur munere ſuo?
Sed quis iſtuc iudicabit, an probe ſuo fungantur munere?
Nimirum ſubindicat hic Leus, quod aliquoties non fun-
guntur probe ſuo munere, & opinor, idem arbitratur uſu
uenire in nonnullis Theologis, quod magno noſtro ma-
lo experimur in medicis. Multum honoris debetur doctis
ac fidis medicis. Sed quid premij debetur, ijs quorum mul
to maxima pars eſt, qui compendij famæque gratia paſ-
ſim iugulant homines? Quidam etiam inſcitia. Nec ulli
magis affectãt haberi medici, quàm qui minime ſunt. Nõ
dubito, quin Leus ſibi uideatur eximie Theologus. Alio
qui non tanto ſupercilio mihi impingeret colaphos, ne-
que tanta auctoritate pronunciaret hæreſes. Et tamẽ ipſa
res docet illum uix idoneum eſſe, qui ſe profiteatur Theo
logiæ candidatum. Itaque qua fronte ſic paſſim pronun-
ciat Leus, cui nec auctoritas adeſt, eo quod non ſit epiſco-
pus, nec iudicium, quum non ſit Theologus. Nec ego ta-
men locutus ſum de quibuſuis concluſionibus Theologo
rum, quas Leus uertit in dogmata, nuſquam ingenioſi-
or, quã

or, quàm ad calumniam, ac seditionem, sed in genere dixi, sentiens, non continuo hæreticum esse, qui ab aliquorum Theologorum placitis dissentiat. Quandoquidem nec ipsi inter se consentiunt in multis. Et sunt quædam illorum conclusiones, ut uocant, quæ non pertinent ad negocium fidei Catholicæ. Postremo Theologorum docere magis est, quàm decernere. Alioqui cum in omni fere mortalium genere maior pars uincat meliorem, si semel hoc illis permittitur, ut cogant tantum, non etiam doceant, periculum est, ne cogamur pro optimis sequi pessima. Quod si doctrina Christi, tantum esset uiolenta, nec admisceret, quæ consentiant cum naturæ sensu, quæ uim ueri genuinam præ se ferant, fortasse nec CHRISTO crederemus, cui nunc credimus maxime. Ego doctis, grauibus, sobrijs, ac pijs Theologis, plus tribuo, quàm ipse Leus, ausim id quamlibet sancte deierare, & recentiores ueneror, alioqui non consulturus illos tam diligenter in nouo testamento. Nec ideo sum illis inquior, quod in ea palestra, in qua potissimum exercentur illi, non perinde valeam, non quod existimem mihi defuturum omnino fuisse ingenium, sed quod alio me fatorum uis deflexerit. Sed tamen quorundam ingenium, mores, iudicium, eruditionem, ita sum expertus, ut nihilo magis mihi displiceam, si sim illis hæreticus. Etiamsi iuxta Pauli consilium, placere cupiam omnibus, siquidem fieri possit. Iam ut integritas fidei nostræ modis omnibus tenenda est mordicus, ita fortassis expediret, non quæuis placita Theologorũ, aut scholasticorum odiose pertrahere ad fidei causam. Et ea maxime deberent nobis esse cordi, quæ uitam nostrã formant ad CHRISTI regulam. Nunc nescio quo pacto nulla magis urgemus, quàm quæ faciunt ad quæstum ac tyrannidem. De quibusdam Theologis loquor, non de toto ordine. Nam in hoc scio saniſſimo cuique uæhementer improbari quorũdam stolidos ac seditiosos tumultus.

Etenim quemadmodum scelerosi, quibus pacatis rebus humanis male est, bellum optant, ita illi turbari cupiunt tranquillitatem reipublicæ Christianæ, quod ita magis expediat ipsorum compendijs. Verum ut finiam, reijcit Leus, quod dixerim hic Paulo dici hæreticum, qui factiosus sit. At factiosus, inquit, esse potest, qui non sit hæreticus. Verum est latine, at græce idem est factio & hæresis, nisi quod hæresis magis sonet in bonã partem. An ideo hæreticus nõ est factiosus, quia est aduersarius ueritatis? Sed tamen factiosus esse potest, qui tumultuose contendat, de rebus ad fidem non pertinentibus, quemadmodũ illi, qui pro doctrina euangelica, inculcabant fabulas Iudaicas, & genealogias. Nam de his agit Paulus. Veluti si quis nunc seditiose contendat caput Annæ, quod uisitur Duræ, non esse matris uirginis Mariæ, sed alterius cuiusdam fœminæ. Hac ex re Paulus nollet suscitari procellas ac turbas. Postremo quod hic in genere dixerã bono sensu, sic in ęditiõe posteriore explico, ut ne qs possit offẽdi.

AD PHILEMONEM.

AD CCXXXIIII.

DOnari me uobis. Cum sensus sit idem, tamen admonui, Græcis esse χαριστθήσομαι, idest donabor. Sic habet & æditio Aldina, & ad eum modum legit Ambrosius. Si Chrysostomus aut Hieronymus legit χαριστθήσεσθαι, quid tũ postea? Et tamen incertum quid illi legerint.

EPISTOLA IACOBI.

AD CCXXXV.

Iacobi. 2.

SVspicor & hanc annotationem esse alienam. Sit hoc somnium animi mei, si tu dissentis lector. Mihi uel illud est argumẽto, quod quũ habeat causam nõ omino malam, tamen non intonat cõuicijs, quod solet etiam in causa pessima. Quod nos legimus, ostẽde mihi fidem sine operibus, ostẽdi græcis esse ex operibus. Admoneo iuxta

iuxta nostram lectionem non satis constare sensum, Sed ne sim prolixior, rem tribus uerbis expediã. Quod Leus admonet fingi personam, qui ex aduerso respondeat, uel ipse Iacobus demõstrat. Sed dicet quis, Verum ego paulo aliter ordino dialogum, quàm Leus. Nam si sermonẽ hunc, Tu fidem habes, tribuamus illi quem redarguit Iacobus, qui consistit, ut is sibi arroget opera, q̃ putat absq; operibus sufficere fidem. Aut qui conuenit, ut apostolus iubeat exhiberi fidẽ absq; factis, qui docet non consistere fidem sine factis? Proinde mihi uidetur hic esse sensus, Erant qui putabãt alterum sufficere, Iacobus uult utrũq; coniungi. Itaq; sub persona secunda facit aliquem alteri loquentem. Tu fidem habeas, satis sit tibi. Ego opera habeo, & id mihi satis est absq; fide. Hoc colloquium interpellat Iacobus. Imò neutri sufficit ad salutem quod habet. Sed tu qui fidem iactas, doce factis ipsis, tibi fidem esse, quæ certe res ociosa non est. Et ego factis ipsis declarabo mihi neutrũ deesse. Sed ad hanc sententiã, non quadrat latina lectio, uerũ. Et ob id admonui, græce lectionis Vides lector, quæ Leus tot uerbis disputat, nihil ad rem pertinere, quippe cum nõ intellexerit, quid mihi uoluerim.

AD CCXXXVI.

SI dominus uoluerit. Cum indicassem græcam lectionem à nostra diuersam, adiunxeram. Sed haud scio, an græca hoc loco sint deprauata Subijcit Leus, idẽ dixisses sæpe antea. Quid autẽ si dixissem, quemadmodum & dixi? Colligit Leus, nõ esse fidendũ græcis codicibus. Ego uicissim colligã, nec latinis fidendũ, de quibus hoc subinde fateamur oportet. At quid facerem in cõsensu codicum, quando sic habet & Aldina ædition? Nihil autem erit incõmodi si legamus hũc in modũ, sublata unica coniunctõe, ἐαν ὁ κύριος θελήσηι ζήσωμεν, ποιήσομεν τοῦτο, id est si dominus uoluerit, & uixerimus faciemus hoc. Iaco. 4.

1.Pe.1. IN quem desyderant. Cum græcis sit constanter & indi
co uideri deprauatũ in nostris libris, p in quæ, in quẽ.
Nam Petrum sentire de magnificis illis pmissis, quæ
olim prædicta per prophetam, postea mundo sint exhibi
A ta per euangelicam lucem, modis omnibus eiusmodi ut
ipsis etiam angelis præbeant admirabile iucundumq; spe
ctaculum. Qui mutauit, quæ in quem uidetur ad spiritũ
retulisse, qui præcessit. At nego mirum esse, si angeli cu-
pide speculãtur spiritũ sanctum. Sed his uerbis Petrus ef-
fert maiestatem euangelij, quã angeli quoq; uenerentur,
gratulantes humano generi tam admirabili consilio re-
dempto. Vnde canũt Gloria in excelsis deo. Hic quid est
optime lector, quod reprehendi mereatur? At uide quã
multa repperit Leus. Primũ inqt fieri potest, ut hic quoq;
græci codices sint deprauati. Vt fieri possit, non est uerisi
mile in tanto consensu, præsertim cõmodiore sententia.
B Etiamsi Leo secus uidetur, uel ob hoc, ut à me dissentiat.
Deinde, non narrat inquit Petrus pro re mira, quod an-
geli desiderant prospicere. Si hoc adducit ad exaggeran-
dum maiestatẽ euangelij, nõne refert ut rem mirã? Idem
inqt possis dicere, si referatur ad Christum. Christum ut
deũ semper contẽplati sunt augeli. Hoc mysteriũ incar-
nationis, crucis, resurrectionis, redempti generis huma-
ni, diu desyderarant angeli uidere, quod tũ cupide cerne
bant. Et si referatur ad Christnm natum, crucifixum, re-
suscitatum, ascendentem, mittentem spiritum, plane mi
rum erat. Et idem est sensus quem ego adduco. Sed in ser
C monis ordine scrupulus est. Eum explico, Addit Leus,
Quid si nõ sit mirũ, non pptерea non erit uerũ? Sic multa
feceris falsa in sacris literis. Quod responsum hic mereba
tur Lei proteruitas? An dixi nõ esse uerum, quod angeli
cupiunt intueri spiritũ sanctum? An ideo non est uerum,
si indi-

si indico Petrum aliud hoc loco dixisse? An inducit falsitatẽ sacris literis, si quis ex uera lectione ostendit sensum, qui Leo non placet? Nec his contentus, arrodit, q̃d pro τὸ εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς q̃ sermo dilucidior esset, uerterim, qui uobis prædicauerunt euangeliũ. Nihil erat opus inquit periphrasi. Quid ego audio? An ne tum quidem cũ id suadet utilitas? Sed turbat ordinem sermonis, Leo turbat, at alijs non turbat. Nã in quæ refertur ad ea quæ præcesserunt, hæc quæ nunc annunciata sunt uobis, & alia item quæ sequuntur. Vides ut ad calumniandum est ingeniosus ac diligens.

AD CCXXXVIII.

HOnorem impartientes. Ex autoritate diui Hieronymi demonstraram hic Petrum agere de temperando nonnunquã à coitu uxoris, quo magis uacetur sacris precationibus. Et atrocius aliqnanto fortasse quàm par est, reijcio commẽtum Lyrani, qui locum hũc interp̃tatur, quasi Petrus monuerit maritos, ut uxoribus prospiciãt de uictu & uestitu honesto secundũ statum & facultates suas. Si Lyranus interpretatus fuisset generaliter de subsidio, quo subleuandæ sint uxores, nõ perinde displicuisset illius cõmentum. Nunc id quod est infimũ, solum attigit. Quis autẽ maritus solet uxorẽ famelicam ac nudã relinquere? Hic primũ Leus magna libertate reijcit interpretationẽ Hieronymianã, quod soleat & alias torquere literas sacras aduersus hæreticos. Sed hic mihi uidet Leus oblitus, q̃d alibi me tã inclementer acceperit, q̃ dixerim orthodoxos nõnunq̃ id facere, q̃d hic affirmat subinde facere Hieronymum, uidelicet ὀρθοδοξότατον. Quid dicẽt hæretici cũ hæc audient? q̃s grãs ageret Leo, Iouinianus, Heluidius, Vigilãtius, & Pelagius? Sed hęc utcũq̃ habẽt, q̃d sequit nõ potui sine risu legere, q̃tũuis atrociter ille incessat. Sõniat em̃ Leus, q̃d Petrus dixit uasculo ĩfirmiori, me interp̃tari, de pudẽdo mẽbro muliebri. 1. Pe. 3

Quis hoc

Quis hoc non rideat? Et uide quibus cõuitijs hic accipit me censor meus Nescio inquit, quid possit ineptius dici, quàm ut hic sermo referatur ad pudendum uasculũ muliebre. Sed unde somniũ hoc Leo uenit in mentem? Nun quid istiusmodi quippiam colligitur ex uerbis meis? An quia coitus fit mentio? Vt coitus non fit absq; membro illo, ita non statim qui de coitu loquitur, membrum hoc nominat. Deinde magna cũ autoritate docet me, uasculum infirmius hic appellari feminã ipsam nõ membrum pudendum, Nescis inquit Paulum nos uocare uasa fictilia. Ac mox. Ergo inquit, ita interptare infirmius uasculum, quo cõtra possis opponere firmius uasculum, Hoc sane nos docuit Leus. Sed absurdius est etiam, quod subdit. Sed nec dices inquit, Petrum prohibere omnem corporum cõmunionem inter coniuges. Nam Paulus tunc reclamabit dicẽs, Reuertimini in idipsũ. Quis hoc ascriberet Petro? At hoc inquit, sequitur ad tuam interpretationem, cum etiam sanctissimo coitu inquinetur uasculũ muliebre, uasculum inquã pudendum, addo & totũ corpus. Cur Leus hanc interpretationem meam uocat potius quã Hieronymianam? Quin cum illo rixatur potius quàm mecum? Ad hæc, sub cuius tandem persona hæc dicit, inquinari totum corpus uxoris etiam sanctissimo coitu, Sub mea? nihil unquam tale dixi. Sub sua? Vbi est igitur, quod alias sic tuetur, nec in membro, nec in coitu quicquam esse turpe? Sed pergit, doctor meus ex ipso sermonis contextu demonstrans, prorsus insanũ esse quod interpretatur Hieronymus. Quid dicemus, inquit, impartientes honorem fœmineis uteris, ut nõ inquinentur libidine, tanquam coheredibus gratiæ dei? Quid dicturi sint qui hæc legent nescio. Verum diuino multos dicturos, eum qui hæc scripsit non caruisse febri. Sed hunc locum quo cœpit impetu, prosequitur. Quid fœdius, quid insulsius hac interpretatione? Sunt fœminei uteri cohere-

des gratiæ

des gratiæ dei? Quid si quis legens, nos à Paulo dici cohæ
redes Chri, & crederet nos, pnomẽ, significare cucurbitas, B
an ideo essent cohęredes Chri cucurbitæ? Quos tumultus
hic citat ex sua ipsius insciti? Nec illi satis fuit, rem tam pe
ne dixerim insanam semel effutisse. Iterum atq; iterum in
culcat. Quod si libuit illi ad hunc argutari modũ, cur non
cauillatur & illud, cum de membro pudendo Leo loqua-
tur Petrus, magis dicẽdũ fuisse συνοικοῦντες ἢ συνοικοῦντες
Cætera quæ congerit non admodum ad me pertinẽt. Sed
ne Hieronymum omnino relinquamus indefensum, au
di lector, quemadmodum inter se cohæreat hic locus. Pre
ceperat Petrus, ut & uxores obtemperarent maritis, tanq; F
dominis. Rursus maritos admonet, ut accommodẽt se su
is uxoribus, uasculis infirmioribus, utpote propẽsioribus
ad ea quæ sunt carnis ac magis obnoxijs animi cupiditati
bus, sed accommodent secundum scientiam, hoc est cum
iudicio, non per omnia obsecundantes illarũ affectibus,
quẽadmodum fecit Adam, neq; sinant illas intemperãter
seruire uoluptati corporis, quin potius assuefaciant, ut ea
quæ sunt animi sectentur, & rebus honestioribus, ac sacra
tioribus uacent. Neq; putent uxorum non esse aliũ usum,
quàm ad coitum, cum sint cohæredes gratiæ uitæ. Itaque
æquum esse, ut quando uocatæ sunt ad idem præmiũ, pa-
ribus etiam studijs cum maritis contendãt ad ea quæ sunt
pietatis. Christianorum sacra sunt, puræ preces ad deum.
Has oportet à puris, à uigilantibus, à castis frequenter im-
molari Christo. Proinde frequenter, & si fieri potest in to-
tum à coitu temperandum. Impedit enim luxus corporis
sanctas preces. Ecce concinnaui tibi totum hũc locũ iuxta
Hieronymi sententiam. Neq; trãsilij quicquam quod mi
hi obiecerat Leus. Quid hic absurdum? Quid insulsum?
Quid fœdũ? Vbi cætera quæ modo detonabat Leus? Cæ
terum quid hoc loco sentiam, de Hieronymi interpreta-
tione mihi necesse non est pronũciare, sat habeo reiecisse

Lei conuicia, quibus tamen magis impetit Hieronymũ quàm me. Siquidem ille tantus est autor, ut conuicijs incessendus non sit, si quis eum sequatur uel errantem.

AD CCXXXIX.

Eodem

MOrtificatos quidem carne. Ostẽderam à librarijs uiciatum, mortificatos, & uiuificatos, pro mortificatus, & uiuificatus. In hoc cum consentiant grę
corum codices, cum ipsa sentẽtia suadeat ita legendum,
A cum ita citet Hieronymus in Esaiæ, cap. liij. Item Augustinus epistola. xc. ad Euodium. Rursus sermone de uerbis apostoli. xiiij. palàm interpretans etiam hoc de Christo dictum esse, quod mortificatus sit & uiuificatus, dubium uideri nõ potest quin nostri libri sint uiciati. Nec Leus inficiabitur opinor, etiam si non nihil dubitat, an mẽdo uacet meus codex, quasi nusquam hoc legatur nisi in meo codice. Deinde uidendum an uarient græcorum exemplaria Videat hoc Leus, mihi tot argumẽtorum consensus satis est. Et Leo satis esse deberet, nisi tam libenter
B à me dissentiret, ut malit sentire perperam, quã mecum sentire recte. Sed illud male habet hominem, quod adieceram, iam uero quorsum attinet hoc loco recẽsere, quæ somnient in hanc sententiã, qui græce nesciunt, & id tantum sequuntur, nõ quod scripsit Petrus, sed quod depraua uit librarius? Possem ad singula conuicijs incessere in mis arrogantem istorum inscitiam, qui de his quæ citra linguarum peritiam ne legi quidem emendate possunt, uelut ex oraculo pronunciant quicquid somniarint. Hic primo loco Leus obicit mihi miram quãdam inconstantiam. Miror inquit, quid sit, quod tã uarius es, nullo gradu sistis, mutas stationẽ, nihil non facis, quo carpere possis quosdam interpretes. Imò Leus sibi nimium constat, ubicq; sui similis, nihil non faciens, quo calumnietur Erasmũ. Sed audi lector nouam inconstantiã, in prioris ad Timotheũ epist. cap. iij. dissentio à ualla qui offensus sit, quod my-

quod mysterium diceretur assumptum? Rogo cur non magis offendatur, quod Christus dicatur iustificatus. Si quidem in speciem & prima fronte, absurdius esse poste C
rius hoc. Nã iustificatus dicitur uulgo qui ex iniusto factus sit iustus. Ibi inquit grauatim pateris dici, deum iustificatum, hic prorsus cõtendis ut sic dicatur. Nec ibi patior grauatim. Sed Vallam refellens, obijcio similem sermonis speciem, cum illũ offendisset sermonis facies. Nec hic contendo, idem esse dicendum, An idem est dicere, Christum mortificatum & uiuificatũ, quod dicere iustificatum? An non est mortuus Christus? An non reuixit? Sed Christus, nec secundum humanã naturam unquam fuit expers iustitiæ. Habes bellum huius rixæ exordium, Laceras inquit miseros interpretes, id quod nunquã nõ D
facis. Hoc mendacio quid apertius? Quoties eos cito cũ honoris præfatione, etiam recentiores sanctum Thomã, Lyranum? A quibus licet aliquoties dissentiam, tamẽ ad plurima cõniueo. Negat Leus idem facere Hieronymũ & Augustinum quos tamẽ uidear imitari. Nec mirum, Illi non uiderunt talia glossemata, qualia nos hodie legimus, fortassis atrociora dicturi, si tales id temporis tractassent sacras literas. Quanquam ne id quidem uerum est quod ait Leus. Hieronymus an non odiosius tractat E
Ruffinum, quam ego quenquam interpretum recentiorum? An obscurum est quid pronunciarit de commentarijs Ambrosij? Quid de ingenio doctrinaqúe Augustini? An non palàm taxat Hilarium ut græce tenuiter peritum, & tamen Græcorum flosculis uenditãtem sese? An non dupliciter notat illum, idque satis inclementer, in dialogo, quem scripsit aduersus Luciferanos, & quod de rebaptizandis Arrianis perperam senserit, & quod sibi in sua sententia non constiterit? Ne quid interim commemorem de Iouinianis, Vigilantijs, atque Heluidijs. Quanquam hic nullum interpretem taxo nominatim.

Sed tantum in genere quosdam mei similes attingo, qui
freti scriptura quã offendunt, neq; cõsulunt antiquos in-
terpretes, neq; græcos codices, sed ueluti re cõperta, pro
F oraculo uolunt haberi, quod somniarunt. Quando nulli
plus tribuunt sibi, nulli pertinacius sua tuentur, quam
qui nullo sunt iudicio. An huiusmodi glossematum non
plena sunt omnia? An non passim labuntur, etiam ob la
tinæ linguæ insciti am? Quid autem mirum hoc alijs usu
uenisse, cum id toties usu uenerit in hoc libello Leo? At
Leus negat esse crimen, si interpres uiciata lectione dece
ptus, secus interpretetur quã oportet, modo citra damnũ
ullum ueritatis catholicæ. Verũ si id passim ignoscemus
interpreti, an existimamus nullum esse damnum uerita-
tis catholicæ? Quid autẽ appellat crimen? An cõmissum
capite puniendum? Ego nusquã appello crimen, sed la-
psum insignem, ac pudendum. Post hæc expatiatur in lo
cum communẽ, patrocinãs ijs, qui græci sermonis igna
ri, iam annis aliquot tractarunt sacras literas, quibus ita
G patrocinatur, ut laudandos dicat, qui pro sua tenuitate
quod potuerũt miserint in gazophylaciũ, nimirũ peius
sentiens de S. Thoma, de Bonauentura, de Lyrano, quã
ego sentio. Verum ut multa transiliã, ne te lector onerẽ,
operæpretium est audire, quo me telo premat & urgeat.
Si hoc crimen inquit, putas, quod cum græce nesciant,
audeant interpretari, quo pacto tu effugies, qui euange-
lium Matthæi græce uersum, ex hebraico, itidem & epi-
H stolam ad Hebræos, latine interpretaris, cum tamen he-
braice nescias? Vt demus hæc hebraice scripta, cum ego
diuersum suspicer, uidelicet effugiam eadem rima, qua
effugerat Origenes, Chrysostomus, & Hieronymus?
Cur enim nos non excuset necessitas? Nemo uidit euan-
gelium Matthæi scriptum hebraice. Nemo epistolam ad
Hebræos. Quid supereſt, nisi ut ex proxima lacuna hau-
riamus, quando fontis ipsius nõ est copia? Alioqui cum

quæ scri-

quæ ſcribunt & cæteri euãgeliſtæ græce, dicta ſint à Chriſto hebraice, fortaſſis ſunt quæ minus percipiuntur ex lingua græca? Quanq̃ ego nõ ſic interpretor euangeliũ Matthæi, ut interpretatur Hugo Carrẽſis aut alij, qui ſcribunt cõmentarios. Poſtremo in ſua culpa mihi ignoſcet Leus opinor, qui nõ ueritus eſt apud minoritas interpretari euangeliũ Matthæi, & docere quod nunquã didicit. Porrò quæ decantat hic Leus de admirabili ſimplicitate interpretum, de ſanctimonia, de ſtudio, de fructu, de candore, quod nunquã inter ſe diſſentiant, quod neminẽ taxent, q̃d nuſquã à rectitudine fidei exorbitent, quis non uidet, quã abſit à uero? Quã ingens pugna inter Thomiſtas & Scotiſtas, inter nominales & reales? An nuſquã notatus eſt Thomas, nuſquã Scotus, nuſquã Occam? O felices interpretes, quibus talis gloriæ ſuæ præco contigerit. Iam hanc diſputationem non reliquit niſi relicto aculeo. Addo inquit non obfuiſſe forte eccleſiæ quod græce neſcirent, cum quoſdam uideã præ gloria græcanici ſermonis multa ſibi ſumere, in fidei potius detrimentum, quàm adiumentum. Ego mihi quã minimũ ſumo, cum Leus etiam græce imperitus, ſibi tantum ſumat in græca lingua, magno uidelicet eccleſiæ præſidio. Sed huic ueneno mellis addit nonnihil. Nec tamẽ inquit diſſuadeo græca exemplaria conſuli, ſi quis tamen id pie ac ſobrie faciat, captiuato intellectu in obſequium fidei. Quid? an nullus auſurus erat conſulere græcorũ exemplaria, ſi Leus hoc diſſuaſiſſet? I

EPISTOLA IVDAE. AD CCXL.

QVoniam uiſus eſt ſibi belle ac dextre rem geſſiſſe in ſolo ſapienti deo, renouat hic triumphum, cum illic non intellexerit, quid dixerim. Antea puto ſatis explosum inquit, ſed & hoc loco magis explodítur. Quod hic magis explodítur σοφῷ eſſe additũ apud græ-

cos? Id libri testantur, cum nostri codices habeãt soli deo. Sed non est additum aduersus Arrianos. Nec id asseuero, quin potius coniecturam meam adfero.

APOCALYPSIS.

AD CCXLI.

Apoc. 1. MIttens per angelum. Admonui & alias uerbũ hoc ἀποστέλλεσθαι sic esse mitti, ut mittuntur legati cum mãdatis. Vt mittens Herodes amputauit caput Ioannis. Proinde cum hic dicat ἀποστείλας σὺν ἀγγέλου, admoneo lectorem esse aliquid subaudiendum, misso mandato per angelum. Id Leus non negat, interpretans missa reuelatione. Quid igitur hic putauit annotandum? Nam collaudor ab eo, quod nihil mutarim in contextu. Videlicet ingens periculum esse subindicat, si id factum esset.

AD CCXLII.

Eodem. EGo sum alpha & ω. Cum græce sit τὸ ἀλφὰ τὸ ω, Leus ratiocinatur filium hic absolute dici principium nimis libenter philosophans in græcis articulis de quibus nihil intelligit. Quis enim nescit apud græcos, quoties ipsum elementum significatur, articulũ apponi. Quod idem fit, quoties ipsa uox nõ res denotatur, ueluti si dicas ὄνος græcis dicitur, ἀπὸ τοῦ ὀναίομαι. Sed hinc deflectens Leus, ad Arrianos demigrat, hos aitex addito articulo colligere solum patrem esse uere deum, cum filio non addatur. Id nec uerum est, nec ab Arrianis unquam est somniatum, sed ipsius Lei somnium est. Et quæ antea de his rebus dixerat, declarauimus esse tricas apinasq;.

AD CCXLIII.

QVoniam græcis nũquam magnopere placuit liber Apocalypseos, rarus habetur apud illos. Itaq; cum cuperemus nihil abesse nostræ editioni, ægre extorsimus, ab inclyto uiro Ioanne Capnione uetustissimũ codicem,

codicem, commentarios habentem in hocopus. Ex eo cõ
textus uerba describenda curauimus. In calce uero scriba-
rum incuria deerant hæc. Et si quis diminuerit de uerbis A
libri prophetiæ huius, auferet deus partem eius de libro ui
tæ, & de ciuitate sancta, & de his, quæ scripta sunt in libro
isto. Sensimus autem scribam per eam occasionẽ errasse,
quod cum bis ponatur in libro isto, ille ad posterius ocu-
los deflexerit, relictis quę sunt in medio. Siquidem ad nul
lum lapidem frequentius impingunt librarij. Dubium nõ
erat quin essent omissa, & erant perpauca. Proinde nos ne
hiaret lacuna, ex nostris latinis suppleuimus græca. Quod
ipsum tamen noluimus latere lectorem, fassi in annotatio
nibus quid à nobis esset factum, ut si quid dissiderent uer-
ba nostra ab his quæ posuisset auctor huius operis, lector
nactus exemplar restitueret. Vides quàm nullius momen
ti sit quod ἐκτραγῳδεῖ Leus. Et tamen hoc ipsum nõ era
mus ausuri in Euangelijs, quod hic fecimus, ac ne in epi-
stolis quidem apostolicis. B Huius libri sermo simplicissi-
mus est, & argumentum fere historicum, ne quid dicam,
de auctore olim incerto. Postremo locus hic coronis tan-
tum est operis. Atque hic Leus ceu campum eximium na
ctus, latissime expatiatur, perinde declamitans ac si passim
græca restituissem ad latina, ac si quicqd in græcis codici-
bus repperissem, ad id protinus nostra latina rasissem, ac si
quicqd uertimus à græcis illico suggillet nostrã lectionẽ,
cũ ego sic uerterim græca, ut iudiciũ lectori faciã liberũ,
Immo ut ipse nõnunqꝫ nostra præferam, nec aliter uelim
credi græcis uoluminibus, nisi cũ aut res per se est euidẽs,
aut cõsentiunt uetusti latinorũ codices, aut astipulantur
utriusqꝫ linguæ probati interpretes. Hæc cũ toties inculca
rim, tamẽ Leus ad hęc omnia surdus suã canit cantilenã,
urgẽs me ridiculis dilẽmatis. Si græca inquit, bene habẽt,
cur emẽdantur? Sin male, cur tantopere tibi placet secun-
dum ea nostra mutare, reijcere, damnare? Os impudens.

Vbi cor-

C Vbi corrigo græca quæ bene habent? Aut ubi reiicio no
stra, tantũ ex græcorũ lectione, si nihil accedat argumen
torum? An quod tria uerba semel adieci, quæ certũ erat
abesse, idcirco corrigo græcos codices? Addit, alterum
dilemma, non minus bellum. Latina si bene habent, cur
emendantur ad græcam fidem? Si male, cur ad eorum fi
dem græcis addis? Vterq; syllogismus imaginatur, lati-
nos aut græcos codices non esse deprauatos, nisi toti sint
D deprauati, nec emendatos, si quicquã mendę resederit.
Vbi castigantur à nobis latina cum bene habent? Aut qd
uetat libro fidere, cum caret uicio, etiam si alias non abest
omnino mendum? An ideo pictor non debet à formoso
corpore sumere exemplar, quod alicubi uerrucã aut ne-
uum habet? Quid si eodem dilẽmate, colligam nullum
oñino librum esse castigandum aut certe non legendũ?
Si bene habet, cur emendatur? Si male, cur legitur, cur illi
fiditur? Sin græci inquit codices egẽt adminiculo latino
rum, Latini græcorum, erunt utriq; pari conditione. Ma
nebit igitur græcis sua lectio, nobis nostra. Quid? an nõ
manet nobis nostra lectio cum ipsis etiam mẽdis, totoq;
E quod aiunt, puluere? An ideo sublata est nobis nostra le-
ctio, quod mea uersione declararim græci sermonis igna
ris quid græci legant? Deinde quid quæso mentis habẽt
illa, quæ subiicit Leus. Nisi tu unus tantũ audeas ut utrũ-
que reducas ad consonantiã, quod nunquã ausus est, si-
ue is Origenes sit, siue Hieronymus, qui hoc de se profi-
tetur in Homiliis Origenicis, cũ toties tester, me nec con
uellere lectionem ecclesiasticã, nec mihi sumere prouin-
ciam designandi, ubi græcis fidẽdum sit, ubi minus, sed
hoc totum Romano põtifici seruem, quorsum attinebat
hæc effutire tam inania? imò tam uirulẽta? Eiusdem est,
farinæ quod sequitur. Tu dum utrunq; ex altero restitu-
is utrunq; facis incertum, atq; eo incertius, quo non oẽs,
scio subscribent tuo iudicio. Si ideo utrũq; incertum est,
quoniam

quoníam neutrum omníno uacat mendís, nullus omní-
no líber non erít íncertus, cum nullus oᷣníno uacet men
dís. At quí fíat, ut omnes meo ſubſcríbant íudício, cum
ípſe clamem nolle quenquã fídere meo íudício? Hoc au- F
torítatís ſeruatum eſt Leo, quí nuſquã non uídet uerum,
quí nuſquã hallucínatur. Sed audí uírus Leícum. Ex ín-
nouatís ínquit, codícíbus quíd perículí ſít, níhíl díco ín
præſentía, ſed nímís quã tímeo ne perículum exípſo pe-
rículo díſcamus. Ego contra puto totum perículum eſſe
metuendum è furioſís capitíbus, quorundam rabularũ,
quí turbarí malunt totam rempu. Chríſtíanam, quã cõ-
míttere utípſí non habeãtur ín alíquo pretío. Ex meo ſtu G
dío qd perículí ſít neſcío, Certe ſummí uírí, doctrína ab-
ſolutí uítæq; ſanctímonía prædítí, ad hæc dígnítate præ-
cellẽtes, íngenue fatentur ſe ex meís lucubratíonibus p-
multa dídícíſſe, quæ prius non anímadũerterant, Plurí-
mí fatentur ſeſe ad ſtudíum díuínarũ líterarnm íncítatos
fuíſſe. Atq; horum quídã íſs dotíbus prædítí ſunt, ut Leũ
uíx dígnum exíſtímem, quí culínam íllorum curet. Non
quod Leum uſq; adeo contemnam, ſed quod íllí tantum
excellant eximíſs dotíbus. Sed audí uírus etíam uírulen-
tíus. Antíqua ínquít lectío etíamſí non ſatís ubíq; græco
reſpõdens, nullã nobís peperít hæreſím, níhíl fouít ſchíſ
matís, nullam hæretícís anſam præbuít ad calumníam,
ſemper exhíbuít ſenſum catholícum, íd ſedulo agẽtíbus
ínterpretíbus ut ſenſus quadraret fídeí, etíamſí græce nõ
reſpõdeat lectíoní. Non opínor Leum tã ſtupídum q̃ín H
íntellígat doctís hæc uíſum írí prorſus ſíne mente dícta,
cum ſínt odíoſíſſíme dícta. Sed fretus quorundam ſtultí-
tía, ueſanoq; ín bonas líteras odío, auſus eſt huíuſmodí
ſcríbere. Atq; ín hís fluít íllí, ſí ſuperís placet oratío. Dí-
cas ad maledícentíam eſſe factum. Sed quíd eſt hoc quod
aít Leus? An antequã prodíret nouum teſtamentũ à me
recognítum, nullæ extíterant hæreſes, nulla ſchíſmata?

M Et unde

Et unde hauſit ſuum errorem Pelagius? Vnde ſuam blaſ
phemiam Iulianus Auguſtus? Vnde Bohemi? Vnde Io-
annes Vuiclef, cũq; his innumerabiles alij? Hi certe græ
ce neſciunt, nec aliam norunt interpretationem, quã uete
rem. Sed unde extiterunt græcorũ hæreſes? An ex lectio-
nis uarietate? Nequaquã, ſed ex diuerſa interpretatione.
Sed nihil uetat interpretatiõe eſſe diuerſam, cum eadem
ſit lectio. Nos, quod ſæpius iterandum eſt, lectionem ec-
cleſiaſticam non conuellimus. Iam oſtendat Leus unum
locum ex his, quæ nos annotauimus, diſcrepare à noſtra
lectione, unde nata ſit hæreſis, unde natũ ſit ſchiſma, un-
de prębita ſit hæreticis anſa calumniandi fidem catholi-
cam. Fingat me Leus alicubi miſcere ſcholijs meis, quod
I diſſonat à uero, an ideo incuſanda eſt uaria lectio, ſi ego
labor alicubi? Hieronymus alicubi errat in his, quæ ſunt
fidei catholicæ, an hoc imputandum eſt ab illo uariatę le-
ctioni? Quas autem hæreſes, quæ ſchiſmata mihi narrat
K Leus? an Capnionem taxat his uerbis? atqui eum alias
appellat parentem omnis uirtutis, an Lutherum? Quin
in hunc igitur ſtringit eloquẽtiæ ſuæ mucronem? An la-
pſus ſit alicubi Lutherus, nec eſt Lei, nec eſt meũ pronun
ciare. Vir is mihi uidet magnis dotibus prædituſ, & ta-
men ſi quid errat, nõ hauſit hoc ex uaria lectione. An Fa-
brum notat? Illius uiri tanta eſt apud oẽs reuerentia uel
ob caniciem, uel ob uitæ ſanctimoniam, uel ob tot uigili
as in publicam utilitatem deſudatas, ut nullus adhuc illi
impegerit hæreſim. Supeſt igitur Eraſmus, in quem iſta
iaci uideantur. Verum cum toto hoc libro ſummis uiri-
L bus Leus ſit adnixus, ut oẽia uerteret in hæreſim, etiam
quæ ſunt optime dicta, tamen nihil adhuc ſucceſſit, imò
dum me conatur hæretici dogmatis autorem facere, ipſe
qualem ſe declararit, non proloquar, tacitus apud ſe le-
ctor intelligit, qd uelim. An ſchiſma putat eſſe Leus, qd
cum tot egregij proceres eccleſiæ magnis ſtudijs com-
plectantur

plectantur laborem meum, quem exhausi in nouo testa
mento restituendo, pauci quidã rabulæ commoti sint,
uel quod norint uideri quicquam nescire, uel quod ob
stoliditatem animi putent esse hæreticum, quicquid ipsi
nesciunt, uel quod ob odium erga bonas literas autoris
odio damnent etiam quæ recta sunt? Si quid hic est tu-
multus, ijs imputetur, qui seditiose uociferãtur apud po
pulum indoctum, esse qui corrigat pater noster, qui cor
rigat magnificat, qui corrigat euangelium sancti Ioan-
nis, qui subuertat autoritatem sacræ scripturæ, qui hæ- M
reses, & antichristos miscent ubique cum negotio bona
rum literarum, qui hæc decantant in conuiuijs, in plau-
stris, in nauibus, in concilijabulis, qui hæc iusurrant
in secretis confessionibus, blaterantes adeo stolida, ut ri-
deantur etiam ab idiotis, & à mulierculis paulo corda-
tioribus. Isti, quod quidem in ipsis est, concitant schis-
mata, qui tales scribunt libellos qualis hic est Lei, sedi- N
tionum autores sunt, nõ ego, qui quod possum commu
nico, iudicium ecclesiæ deferens. Sed nondum rixæ fi-
nis. Miratur me, quem uel hic præsens locus non deter-
ruerit ab audendo, quod ausus sum. Ridiculum. Re-
spondeat mihi quæso Leus, si in codice quem emisset,
aut describendum curasset, deprehenderet à typogra-
phis aut scribis aliquid omissum, an illum deterreret hęc
lex, ne quod esset prætermissum adderet? Quod si de-
esset latini codicis copia, & tamen sciret addendum, an
tantisper uereretur addere ex græco, donec latini codi-
cis copia contingeret? Et cur me lex hæc debebat deter-
rere, ne quid adderem aut diminuerem? Non addit, qui
sarcit, ꝙd deest. Imò diminuissem, ni addidissem ꝙd con-
stabat abesse. Vides lector, ꝙ de nihili re quã atrocẽ tra-
gœdiam suscitarit Leus. Atque hactenus ad primum li-
brum Lei satis arbitror responsum, ut ex tẽpore licuit,

Nunc ad ſecundum illíus librum accíngar, in quo congeſſit. xxv. nouas annotationes, ut exiſtímemus ín íllis prioribus níhíl eſſe poſitũ ex poſteriore æditione noſtra, cũ ipſe locis aliquot ſeſe prodat. Sed quorſum opus erat
O hæc ſeparare, cum opus æderetur iam poſteriori uolumine penè ſeſquíannum publicato? Níſi forte nouas appellat, quod illi aliunde aduolarint, íd quod ego de plæriſq; uerum eſſe non dubito. Porrò quoníam uídebat eſſe per paucas, tres índices Aſſuit ut eſſent huíus uolumínís ínítium, uídelícet caput apte congruens huic corpori.

RESPONSIO AD ANNOTATIONES LEI NOVAS.

AD PRIMAM.

Matt. 2

ET tu Bethlehem. Quoníam híc ſe torquet Díuus Hieronymus, propoſuerã duas ratíones, quíbus utcunq; poterat explícarí quæſtíonís difficultas, ſed ita propoſueram, ut níhíl adfírmarem, teſtans me tantum lectorí dare, cogitandí, commẽtandíq; materíam. Vna eſt, ut accípíamus per Hyperbolen dictum. Nequaquã es míníma ín mílíbus Iuda, hoc eſt, ín nullo es numero. Itaq; ídem erít ſenſus apud euangelíſtam quí negat eſſe mínímam, & apud prophetam, quí dícit eſſe mínímã. Hanc ratíonem non taxat Leus, alteram taxat. Ea eſt huíuſmodí, ut accípíamus ſíc prophetíæ uerba recitarí ab Euãgelíſta, ut ín medío ſermone de ſuo nonníhíl admíſceat ad rem præſentem, & ſuí temporís accommodans uerba prophetæ, quí ſua tempora reſpícíẽs, díxerít. Paruulus es ín mílíbus

milibus Iuda, cum id temporis adhuc esset uiculus obscurus ac neglectus, euangelista respexerit ad sua tempora, Nũc nequaquã es minima, in principibus Iuda, cum tali prole sis facta nobilis. Hic offendit Leum, quod cum hac interpretatione parum coheret, quod sequitur. Ex te enim egredietur dux. Si totus sermo cohesisset, cur dixissem in medio sermone, subito euangelistam alio respexisse. Cum diceret. Nequaquã es minima, respexit ad rem præteritam, cum addit, Ex te enim egredietur, rediit ad tempora prophetæ. Iam nõ postulo multum tribui meæ coniecturæ. Tantum uolui refellere, quod obiicit Leus. Addit rationem tertiam, qua possit explicari nodus huius quæstionis. Eam in præsentia nec est consilium refellere nec approbare.

AD II.

AD duriciem. Inter alia quæ illic adfero, sermonem huncadmisceo. Porrò quod hodie passim in scholis dictitant, solo consensu contrahi matrimoniũ, Vtinam tam probatum esset, quã receptum est. Leus nõ uidet quid posset præterea requiri ad legitimũ matrimonium, si modo accedant uerba præsentis temporis, & addit cauillum sane lepidum, nisi uelit etiam oracula consuli. Quid igitur requirebatur apud græcos, apud Romanos, apud Iudæos tot sæculis? Nimirum parentum aut tutorum assensus. Et fortassis idem expediret his quoq; temporibus obseruari. Non haberemus tot coniugia male conglutinata per stultos adulescentes, per uinum, per lenas ac lenones. Quis autem ueterum meminit uerborũ de præsenti? Quis dixit cõtractum factum per uerba de futuro, uerti in uerba de præsenti si succedat coitus? Quis ueterum distinxit matrimoniũ ratum, à consummato? Quis dixit matrimoniũ ratum quidem, at non consummatũ dirimi per ingressum religionis? An nõ hæc omnia iureconsultorum uerba sunt, & quidem recentium. Hæc

Matt. 19.

sunt quæ illic subindicaram optare me perinde esse proba ta, ut sunt recepta.

AD III.

Mar. 5. TAbitha cumi. Admonueram Tabitha non simplici- ter esse respice, sed attolle oculos, ut hebraica uox ha beat uim duarum, id Leus non negat cum interprete tur facies respicere, aut fac respicias, & tamen quod illic ad didimus de hebræa uoce, addidimus ex consilio Ioannis Oecolampadij, cui plus tribuẽdum arbitror in his literis, quàm Leis aliquot.

AD IIII.

Lucæ. 2 ADaperiens uuluam. Non erat satis Leo, quod semel ineptisset de semine masculino, repetit eandem fa- bulam. Mihi inquit non bene sonat, quod spiritus sanctus illapsus dicatur in uterũ uirginis uice seminis ma sculini. Siquidem ut illic nullum erat masculinum semen, sic nec quicquàm ibi uice masculini seminis. At in secũdo libro docui bene sonare auribus ecclesiæ, quod male sonat auribus Lei, quæ canit nõ ex uirili semine sed mystico spi ramine. Cum idem factum sit in utero uirginis, quod so- let in alijs grauidis, quid est quod illud effecit? Nimirũ spi ritus sanctus opifex illius conceptus. At non fuit ibi semẽ masculinum, tãto magis fuit aliquid quod effecerit idem, quod in alijs efficit uis seminis masculini. Negat ex uer- bis Origenis colligi, quod dico. Immo cum dicat, audeo quid loqui, quia in eo quod scriptum est, spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit te, prin- cipium seminis & conceptus fuerit, & sine uuluæ reseratio ne nouus in utero fœtus adoleuerit. Cum negat uuluam apertam, cum dicit spiritum sanctum superuenisse, & ita fuisse principium seminis in utero, nõne satis declarat spi- ritum sanctum fuisse quodammodo actum, & formam illi us conceptus ac fœtus.

AD V.

QVi uos ſpernit, me ſpernit. Admonuerã quod hũc locum detorqueamus ad noſtram tyrannidem, & ut utriq; noſtrum officij meminerimus, populus ut obtemperet, ſacerdotes ut doceant digna Chriſto, Leus occinit mihi, ſuper cathedram Moſi ſederunt, quæ dicunt, facite. At de ijſdem alias dixit Chriſtus ſuis diſcipulis. Sinite illos, cæci ſunt duces cæcorũ. Porrò malis principibus obtemperandum & alias frequenter admoneo, modo præcipiant honeſta, aut certe ea, quæ licet iniqua ſint, tamen nos non reddãt impios, licet reddãt afflictos. Verũ ſi epiſcopus doceat ea, quæ pugnant cũ doctrina Chri, num me uis obtẽperare? Sup cathedrã Moſi ſedẽt, qui docẽt ea, quæ docuit Moſes, Audiẽdos cenſet illos, qui docebãt honeſta, tametſi male uiuerent. Idem etiam nos docemus, Tyrannidẽ appellaui, ſi qs ſua doceat, nõ quæ ſunt Chri. Et ad hæc nos ui cogat, cũ pſuadere non poſſit. O grauis annotatio. Vtinã huiꝰ generis nõ eſſent tam multi, ut uidear quod admonui, fruſtra monuiſſe. Lucæ. 10.

AD VI.

QVod ſupereſt. Admoneo cum ſit facta mentio rapinæ in remedio, non fieri mentionem reſtitutionis. Hoc Leus ſic interpretatur, quaſi ſignificarim non exigi reſtitutionem. Mihi uero uehementer placet reſtitutio, adeo ut qui mala lingua lędunt famã proximi, uelim adigi ad reſtitutionem. Nunc qui urgent reſtitutionem rei mille modis, hic ſibi ſuauiter ignoſcunt. In cauſa eſt, quod illinc ſit lucri affatim, hinc nihil compendij. Et tamen hanc ſententiam non admodum probo in his quæ ſequuntur. Eam laudem ſibi uindicat Leus. Cæterum inquit ut aliquid dicam meo ſenſu, nihil tamen affirmans, uidetur mihi hic locus τὴν ἐιρωνείαν ſapere. Perinde ac ſi ſẽſus eſſet, Vos arbitramini datis eleemoſynis aboleri omnia peccata. Placete uobis ea opinione, quaſi innucret eos longe errare. Hactenus Lei ſermo. Lucæ. 11.

Nunc

Nunc mihi uide lector, an non eadem prior scripserim, uerba mea sic habent, anceps est, utrũ πότε sit date an data tis. Iuxta priorem lectionem sensus erit, existimatis uos data eleemosyna liberari ab oĩni rapina, si paulum ex ea contuleritis in pauperes, Iuxta posteriorẽ lectionem sensus manifestus est. Sed tamen hæc adhortatio duriuscule cohęret, cum his quæ præcedunt ac sequũtur, quæ magis exprobrationem habent, quã admonitionem. Alioqui qui cõuenit, ut quos modo fecerit tã sceleros os, subito data Eleemosyna uelit usquequaq; mundos uideri? His dissimulatis Leus commentum adducit de suo. Miror autem, quare maluerit dicere τὴν ἐιρωνείαν ἢ ἐιρωνείαν cum alias nõ admodum faueat articulis.

AD VII.

Luce. 22. SEd nunc qui habet sacculum. Cum tot argumentis, tot autoribus, demonstrem locum de gladijs ad allegoriam esse trahendum, eamq; rem prolixa disputatione prosequar, Leus paucula quædam uerbula decerpit, quæ arrodat, Taxas inquit Augustinũ. Imò cũ multo honoris præfatione abeo dissentio, lege locum qui uoles & ita comperies. Nec tamen Leus refellit mea, tantũ inculcat, quæ interpretatus est Augustinus. Addit Bernardum eiusdem fuisse sententiæ, quasi nescia huiusmodi cõmentis plena esse omnia. Nec enim hic arbitror Petrum gessisse typum Romani pontificis, sed totius ecclesiæ Christianæ. Nec ideo bellum uetuit Christus, si suorę animis exemit uindictæ cupiditatem. Nec ideo non est permissum Christianis iustis de causis bellum gerere, si hoc nõ docuit Christus in euãgelio, qui nec hoc docuit, ut pecuniam à debitore legibus extorqueamus.

AD VIII.

Ioan. 1. EX ingenti uerborum aceruo decerpsit Leus, quod conuelleret, id est huiusmodi. Quoties significatur uerus ille ac solus deus, semper additur articulus.

Hæc uer-

Hæc uerba tam periculosa Leus testatur, & in priore editione haberi, cum tamẽ nihil annotarit, opinor, mihi parcens. Sed præstitisset, si nunc quoq; supersedisset huius rei meminisse. Melius consuluisset suo nomini, & de articulis, de quibus nihil ītelligit, plus satis erat illi deliratum in superioribus. Deũ hic accipio pro summo illo deo, cuius uocabulum tres personas complectitur, ad quas tamẽ hic non confertur, sed ad falsos deos, qui tamen dij dicuntur. Cæterum, inquit, si per solum ac uerum deũ intelligas patrem, nec filius nec spiritus sanctus erit solus ille ac uerus deus, sin naturam, quando non negabis & uerbum & spiritum sanctum esse solum illum ac uerum deum, non absurdum fuerit dici ὁ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Quod tamen ipse nõ admittis. Nã dicis articulo addito significari patrẽ. Ohe, quoties audiam eadem. Quid faciam isti, qui nec discere uult, nec docere potest? Quoties dicam non consequi, ut si illic additus articulus significat patrem, ideo quoties additur, significare patrẽ, Id licet intelligere ex his, quę mox sequuntur. Et deus erat uerbum. Hoc loco deo non additur articulus, cum tamen uere ac natura deum significet. Atq; hic reddo causam cur eo loco nõ possit addi, nec eã ideo non addi, quod filius nõ sit uerus deus, sed quod natura tribuatur filio, quæ per articulum non poterat hic tribui. Quemadmodum iam ante prolixo sermone demonstrauimus. Etiamsi abunde explicuimus in posteriore editione, nec adhuc uidet Leus absurde dici atq; impie ὁ θεὸς ἦν ὁ λόγος hoc sane loco. An putabat se non satis ridiculũ fore doctis, nisi hæc toties inculcasset. AD IX.

QVadraginta sex annis. Non taxo diuum Augustinum, quod suo more dicit Leus, sed demiror illũ, qui in hebraicæ uocis elementis reppererit numerum quadraginta, cum ea ratio non consentiat nisi apud græcos, Leus dicit idem significari hebręis. Quod si uerũ est, nihil aduersum me facit, Nec eã negaui apud hebręos Ioan. 2.

 nõ esse,

non esse, cum scripserim, fortassis esset nõnihil, si ijsdem literis apud hebræos, hic numerus signaretur, & tamen suspicor quod habent hebræi, si tamen habent, à græcis mutuatos esse. Quanquã Augustinus nõ ab hebræis, sed à græcis petijt huius numeri rationem.

AD X.

Ioan. 3. NOn enim ad mensuram dat deus spiritum. Cũ sensus sit, non enim dat filio spiritũ ad mensuram, tamen pronomen omisit euangelista, & hunc sequutus noster interpres. Ego quo sermo foret dilucidior, de meo addidi in uertendo dũtaxat, non in græco. Hic rursus Leus meo me telo percutit. In proximo, inquit capite, miraris unde irrepserit nomen mediam, cum in uetustis, latinis & græcis codicibus nihil aliud sit, quã per Samariam. Sic hic mirabitur lector, unde irrepserit pronomen illi, quod tu addidisti. Atqui non est similis ratio. Nam illic & sensus & sermo sat cõmode habebat, si legeremus id quod habent emendati codices. Hic erat quod offenderet, & sensui deesse uideretur. Nec est periculum, nequis admiretur unde irrepserit pronomen, cum ipse tester à me additum, & causam reddam, cur addiderim. Postremo quod ego hic facio, nõ raro alias facit interps.

AD XI.

Ioan. 8. PRincipiũ qui & loquor uobis. Hic me taxat quod mutarim ecclesiasticã lectionem, ac uerterim in primis, quod & loquor uobis, diuerso prorsus sensu, ut ipsi uidetur, cum demõstrarim nostros codices hic nõ carere mendo, cum demõstrarim mihi non probari sensum, quem hic quidã inducunt, cũ ostenderim apud græcos etiam uariare nõnihil lectionem, sequutus sum eam, quæ mihi præ cæteris probabat, sequutus sum eum sensum, quem uideo placuisse Chrysostomo. Si τὸ ἀρχὴν significat principio aut omnino, & si legas ὅτι λαλῶ ὑμῖν, q potuit aliter reddi, quã in primis, quod & loqr uobis,

Cum

Cum sit sensus inter alia, uel potissimũ illud uobis cedet in cumulum impietatis, quod loquor uobis. Quod ni facerem, leuius eratis damnandi. AD XII.

TE solum uerum deum, adiecerã hoc loco. Hic locus præter cæteros Arrianis præbuit occasionem erroris, ut dicerent solum patrẽ esse uere ac proprie deum, haud scio an hoc sentientes, quod nostri theologi nõ negant, solum eum esse principium diuinitatis. Atq; hic Leus cũ alias sit tam iniquus Arrianis, haud scio quo cõsilio uidetur illos subleuare, nimirum odio mei. Próinde puto futurum, ut si post hac scribam acrius in Arrianos, Leus sit illis patrocinaturus. Ait Arrianos nobiscum fateri Christum uerum ac perfectum deum, nihil obstante solitudinis uocabulo, nec hunc locum illis præbuisse ansam erroris, idq; satis liquere ex disputatione Augustini cum Maximino Arrianorũ episcopo, cuius professionẽ adducit ex eo libro. Atqui in his uerbis, quę recitat Leus, audio uerum filium, audio perfectum filium, audio sapientem, audio potentem, uere proprieq; deum nõ audio. Iam fieri potest, ut quemadmodũ stoici non per omnia cõsentiũt inter sese. Sunt em̃, q nõ recipiũt ἀπαθειαν, nec Academicorũ oĩm eadem est sententia, ita nõ idem p oĩa sentiant oẽs Arriani. Fieri potest ut Maximinus illic dissimularit aliquã partẽ opinionis suæ, mihi satis est, q̃d Hilarius lib. de trinitate. iiij. pfert & hunc locũ, unde Arriani sũ pserint errandi seminariũ, cuius inter alia ῥ̃ba sunt hæc. Dum Arriani intelligunt solũ patrem uerum deum, solũ iustum, solum sapientẽ, à cõmunione horũ, secundũ hos filius separat̃. Soli em̃, ut aiũt, ppria nõ partícipant̃ ab altero, quę si in pr̃e solo, & nõ in filio existimabunt̃, necesse est ut filius deus falsus, & insipiẽs esse credat̃. Atq; id sane pluribus in locis repetit in libris, q̃s scripsit de trinitate. Cæterũ in epistola, quã scripsit aduersus Auxẽtiũ Mediolanensẽ de Lundino etiã declarat, q̃d Leus negat eẽ uerũ. Ioã. 17.

Si deum inquit uere Arriani prędicant, Christũ sine fraude confessi sunt. Quod si deum dicunt & negant, uerum tribuunt nomen, adimunt ueritatem. Rursus aliquanto inferius cum placuisset. Igitur inquit scribi deum uerum esse Christum, & unius cũ patre diuinitatis esse atq; substantiæ, ponitur talis ab eo, ut à callidissimo diabolo sententia quæ significaret Christum, ante omnia tempora natum, deum uerum filium, ut secundum Arrianos, ueritas ad filium, non ad deum referretur. Et ut longe maior differentia huius significatiõis existeret, subijcitur ex uero deo patre, ut in patre dei ueritas esset, in Christo ueritas tantum filij scriberetur, ubi nunc est, quod nos tanta cum autoritate docet Leus de Arrianis? An non melius nouit Leus, quid illi senserint, quã Hilarius? Nisi forte Leus dicet Hilarium calumniari Arrianos, cum hęc scribit. Quod si huic diffidit, legat Auxentij sequentem misi confessionem, & intelliget nihil esse mẽtitũ Hilarium. Quin & Chrysostomus hunc enarrans locum reijcit Arrianorum interpretationẽ, qui sic uolebant patrem solum esse uerum deum, ut negarent in filium aut spiritum sanctum competere. Alioqui quos proferet Leus hæreticos, qui fassi sint filium dei deum fuisse, sed deum uerum fuisse negent? Erant qui negarent hominem, erant qui negarent deum, hoc Arrianorum fuit cõmentum, id quod in dialogo aduersus Luciferanos. Arrianus inquit, cum nihil aliud crediderit, nisi in patre solo uero deo, & in Iesu Christo saluatore creatura & in spiritu sancto utriusq; senio. Item ibidem. Aut edoctus ab Arrianis, unũ esse uerum deum patrem filium & spiritum sanctum credidit creaturas. En habet aliud testimonium, sed hos autores opinor non attingit admodum totus Augustini libris affixus. Possem in hanc rem adducere plura, hæc satis esse uidentur, ad depellendum crimen, quod intendit Leus, me calũnijs agere aduersus Arrianos, quando quidẽ hoc ipsum quod

quod hic dicit, & alias infulsit.

AD XIII.

QVod obiter adieceram in annotatione, Nec impium puto si quis dixerit patrem solum esse uerum deum, id est solum principium deitatis, Leus ut donet hoc non esse impium, cõfirmat tamen fore ineptũ, si quis interpretetur. Nam quis inquit Adam solum hominem dixerit, quod solus sit principium humani generis. Hoc quod hic assumit Leus, iam ante sum illi largitus, disputandi gratia dũtaxat. Nec conabor admodum reposcere q̃d dedi. At ne putet Leus nihil nobis esse q̃d hic respondeamus, adducam illud, quod sanctus Hilarius singulis personis suam tribuens proprietatem, Aeternitas ẽ, inqt, in patre, species est in imagine, usus in munere, uidelicet sentiens in solum patrem proprie competere uocabulum æterni. Quod dico, necui dubiũ uideatur, asscribam Augustini uerba, quibus locum hunc explanat lib. de trinitate. vi. cap. x. Quidam, inquit, cũ uellet breuissime singularum in trinitate personarũ insinuare propria, Aeternitas est inquit in patre, species in imagine, usus in munere. Et quia nõ mediocris autoritatis in tractatione scripturarum, & assertione fidei uir extitit, hæcenim Hilarius in libris suis posuit, horum uerborum abditam scrutãs intelligentiam, quantum ualeo, non eũ sequutum arbitror in æternitatis uocabulo, nisi quod pater non habet patrem, de quo sit, filius autẽ de patre est, ut sit, atq; ut illi coæternus sit. Hactenus Augustinus. Eã sententiam habet Hilarius lib. ij. sed uerbis nonnihil diuersis, infinitas inquit, in æterno, species in imagine, usus in munere, Aeternitas nomen est absolutum, & tamen Augustinus Hilarium sequutus hanc proprie tribuit patri, non ob aliud nisi quod pater ratione quadam peculiari, maximeq; ppria potest intelligi æternus, qua filius non sit æternus. Quem admodum & ante ex Am-

Ioã. 17.

brosij, Chrysostomique sententia demonstrauimus solũ patrem uocari immortalem, inuisibilem, sapiẽtem, quod solus à nullo accipiat, ut sit immortalis, inuisibilis, sapiẽs, sed harum rerum alijs sit fons. Hæc si recipimus, quid uetuerit & patrem ideo solum appellari uerum deum, quod peculiari quadam ratione competat in illum dei uocabulum, qua non competit in filium, aut spiritum sanctum? Sic enim ille deus est, ut aliis sit fons, & autor deitatis. Porro quod obijcit Leus de Adam, quem inepte dixeris solum esse hominem, quod solus sit principium humani generis, etiam si hoc disputandi gratia dedimus, tamen non est usquequaque simile. Primum, quia non sic est principium humani generis Adam, quod primus hominũ creatus sit, ut pater est cęteris personis principium deitatis. Deinde dei uocabulum non caret omni ratione relatiua, cũ nomen sit excellentiæ, unde & uulgo insignes homines deos dicimus. Et addimus deus Iudæorum, deus omniũ, quasi dicas principem omnium. Certe sanctus Hilarius, non ueretur patri tribuere pręeminentiam, quem fatetur filio maiorem auctoritate, sed ita ut filius non sit minor cũ pater illi det, ut sit æqualis.

AD XIII.

Ioã. 20. ADmonueram compluſculis uerbis non recte facere sacerdotes quosdam, & episcopos, qui ex uerbis Christi decerperent, quæ facerent ad fastum ac tyrannidem, relicta parte, qua commonefiũt officij sui. Quorum remiseritis peccata, nunquàm non habemus in ore. Verum illius quod præcedit, Accipite spiritum sanctum, nulla mentio. Id Leus satis approbat. Verum, inquit, si, quod quidam hæretici opinati sunt, arbitretur irritam esse flagitiosis sacerdotibus hanc potestatem, ecclesia hanc opinionem execratur, & damnat. Sed quid opus erat hoc suspicari Leum, quod ex meis uerbis nullo modo potest colligi? Quanquàm Gratianus parte. ij. causa. i. q. i. multa

refert

refert ex orthodoxis autoribus, quæ nisi in aliũ sensum detorqueantur, prorsus hoc sonant quod hæretici quidã senserũt. Mihi tamẽ placet Augustini similitudo, cui semen ignobile aut immũda manu iactum in terram tamẽ prouenit, cui aqua per canalem inducta in hortum fœcunditatem adfert, cum ipse canalis, nihil aliud quã corrumpatur. Nec usquã ullam dedi significationem mihi diuersam esse sententiam. Cæterum quo magis detestamur hæreticorum opinionem, hoc impensius nobis curandum, ne nostra uita præbeat illis ansam errandi.

IN ACTA.

AD XV.

COnfitentes & annuntiantes actus suos. In hunc locum annotaram quiddã his uerbis, Vel hinc colligi potest, fuisse & antiquitus nõnullam confessionem male actæ uitæ, sed apertã opinor, & in genere, quã nec ipsam legimus exactam absquopiam. Cęterum quæ nunc recepta est clãcularia, & in aurem fit, uidetur ex cõsultationibus priuatis esse nata, quæ solent apud episcopos fieri, siquis scrupulus urgeret animũ. Leus existimat tum uerius, tum etiã tutius sibi uideri dei autoritate fateri præceptũ, sic confiteri. Atq; ego sane, q̃d Leus ait esse tutius, nihil illi repugno. Sed utrũ uerius sit, mihi nondũ satis liquet, præsertim cũ ad dat sic cõfiteri. Neq; eẽ negari potest, quin quædã ab hominibus sint instituta circa confessionẽ, ueluti de tẽpore confitendi, de sacerdote idoneo, aut nõ idoneo, de casibus reseruatis, aut nõ reseruatis, de forma absolutionis. Nam hæc oẽia complectit aduerbiũ sic. Deinde q̃d instituit ecclesia autore spiritu sancto, nonne deus instituit? Etenim dogma scholasticum, quo dicunt nullum sacramentum posse instituí ab ecclesia, ut nolim impugnare, ita nõ uideo, quid referat, utrũ Christus ipse instituerit oẽia sacramenta, an quædam instituta sint ab ecclesia, sed autore spiritu Christi.

Actor. 19.

Non

Non legimus Christum instituisse secretam confessionẽ, & tamen isti credunt, quod nõ legerũt, & ego credo quod instituit ecclesia, quod approbat publicus consensus à spiritu Christi, & per hũc ab ipso Christo nobis traditũ. Neque secus obseruandum quàm si Christus ipse tradidisset, Sed cum uersemur in negotio fidei, mirum est quo consilio Leus separet tutum à uero, quasi quod ueriſſimum est, non idem debeat esse tutiſſimum. Certe stoici non ieiũgũt utile ab honesto. Deinde quid sensit cum dixit hoc esse ue rius. An uero est aliquid uerius? Si uerum est hanc confessionem ab hominibus institutam fuisse, quomodo uerius est à Christo fuisse traditam? An uerius esse potest, quod uerum non est? Neque enim utrũq; potest esse uerũ, cum inter se pugnent ex diametro, quod aiunt, à Christo non fuisse institutam, sed ab hominibus, & à deo fuisse institutam. Fortasse Leus quod uerius dixit, sensit esse ueriſimilius. Cęterum ad argumenta, quibus mecum agit Leus, nõ est consilium in præsentia iusto studio respondere, quod malim parum ingeniosus uideri, quàm uel cum meo periculo, uel cum aliorum offendiculo disertus & acutus. Tãtum illud dicam, non esse nobis magnopere metuẽdum, ne aboleatur hæc consuetudo confitendi, siue iuris diuini sit, siue humani. Et si per ecclesiam auctore spiritu sancto aboleatur, aut mutetur, quod est eadem ratione institutũ, quid fuerit periculi, cum abolitum sit, quod per apostolorum principem in synodo afflatu sancti spiritus fuit institutum, de non uescendo suffocato, & sanguine? Dicet aliquis, Hoc erat ad tempus institutum. Sic interpretamur, & uere, sicut opinor. At quid prohibeat, & hic similem adferre interpretationem? Nam Leus ingẽtem incommodorum aceruum congerit, nisi fatemur confessionem esse à Christo institutam. Si nullũ inquit aliud habet robur hæc clancularia confessio, nisi ex hominum decreto posset desuetudine aboleri, ut cætera iura, quæ appellantur positiua. Posset

ua. Posset etiam pontifex sua autoritate tollere istiusmodi confitendi legem. Itaq; consequenter irritari autoritatem apostolicam ligandi, & soluendi saltem in occultis peccatis. Nam si nemo sua peccata prodet sacerdoti, quo pacto soluetur? Quis se arbitrum facit eorum, quæ ignorat? At secretum qui possit scire sacerdos, nisi proditum à peccatore? Mihi inquit, tum uerius, tũ tutius uidetur, dei autoritate fateri præceptum sic cõfiteri. Alioqui quo iam abijt illud ex lege, Ite & ostendite uos sacerdotibus. Et quo euanuit autoritas sacerdotibus Mosaicis data, ut discernerent inter lepram, & lepram, causam & causam, sanguinem & sanguinem? Et bonus pastor, quo pacto agnoscet uultum pecoris sui, aut quo pacto solidabit q̃d confractum est, si, quod confractum est, nesciat? Hæc cura sacerdotibus lege dei cõmittitur. Lex dei præcipit, ut agnoscat uultũ pecoris sui. Igitur & lex dei ouibus præcipit, ut personã exuant, quo uultus possit agnosci. Ostẽ dãtse sacerdotibus, si uelint discerni suam lepram. Et cũ hæc lepra intus sit, intima oportet pectoris aperiant, qui lepra infecti sunt. Quod siquid uel minimũ lepræ celauerit, illud sacerdos cum non discernat, nondum est liberatus, qui lepram patitur. Maneat igitur, iubet lex, extra castra immundus. Hæc autẽ in figura facta fuisse nostri, monet apostolus. Hactenus Lei disputationem recensui mus ut intelligas lector hunc esse, qui solus Scotistarum acumen cum eloqentia attica coniunxerit. Atq; hic sic agit, quasi minimũ ponderis habeat, quod autoritas ecclesiæ statuit, quod publicus consensus & usus approbauit, cum Augustinus testetur se hocipsum tribuere ecclesiæ autoritati, quod credat euangelio. Si Leus sentit hãc confessionem, hanc confitendi rationem cum adiunctis circunstantijs, quid obstiterit quo minus possit aboleri, si id sit ex usu Christianæ religionis? Si uerum est quod præcipui nominis autores sensisse uidẽtur ante nos, Cõ-

fessionem clancularia simpliciter esse iuris positiui, quid prodigij sit, si quis dicat confitendi legem per pontificem Romanum tolli posse? Qui maxime uolunt confessionem esse iuris diuini, fatentur nos non obligari ad confitendum, nisi semel in uita. Id pontificum autoritas astringit, ad annuam confessionem, per c. Omnis utriusque sexus. Nonne qui sic astrinxit, posset relaxare, & pristino loco restituere? Id si fiat, rogo quantulum supererit, de onere confitendi? Non enim hic adducam fuisse, qui tradiderint, pontificem ex certis causis posse dispensare contra ea, quæ nouo testamento nobis sunt tradita, sicut & euangelia complectaris. Quod si uerum est, nec absurdum fuerit, si pontifex ex causis legitimis, ac rationibus idoneis abroget confitendi legem, etiam si sit à Christo instituta. Atque hæc dixerim non ex animi mei sententia, sed ex illorum opinione, qui cum talia scripserint, tamen hactenus ut orthodoxi leguntur. Nam horum opinio mihi certe nō admodum probatur, uel ob hoc ipsum, quod ingens periculum sit, uni homini tantam committere potestatem. Iam si cōtingat ut aboleatur hæc confitendi necessitas, non continuo fiet irrita potestas apostolica soluendi, atque ligandi. Supererit enim autoritas excōmunicandi & absoluēdi, qua usus est Paulus in eum, qui habuit uxorē patris. Supererit potestas absoluendi eos, qui se ingenue fatentur esse peccatores, qualis est absolutio quę dari solet apud Italos in sacris, apud nos post publicam concionem. Postremo supererit ea, quæ fuit apud ueteres, qui cōfessos in genere nonnunquā arcebant à communione, & ad eam denuo recipiebant, indicebant satisfactionem, & eam, si uisum fuisset, augebant, aut relaxabant. At Leus negat absolui posse peccatorem, nisi prodiderit sua peccata. Id si perpetuo uerum est, quomodo condonantur peccata per baptismū etiam non confessis? Aut per manuum impositionem

nem post baptismū. Quomodo nūc absoluunt etiam ab ijs, quæ sit oblitus is, qui confitetur? Si remitti nō potest, nisi quod proditur sacerdoti nominatim, manebunt nobis omnia, quæ fugere memoriam nostram. An creditor non potest condonare debitum, nisi debitor singulas summæ partes, quas debet, annūeret? Nō enim adducam hic fabulam de S. Aegidio, qui peccatum quod Carolus confiteri noluit, ex angelo cognitum remisit. Nec ad rem facit, quod addit Leus, Quis se arbitrum faciteorum, quæ ignorat? Aliud est enim sacerdotem esse, aliud arbitrum. Arbitrer, nisi causæ statim cognouerit, quid pronunciabit? Nec consilium idoneum dabit sacerdos, nisi negotio cognito. At aliud est absoluere, aliud consulere. Sacerdos autoritate, qua prędītus est, cō donat etiam illa, quæ non iudicat, modo qui confitetur, intelligat quid dicat. Quid autē interest inter eum, qui nescit, quid admissum sit, & eum, qui quod admissum est, quale sit, non intelligit? Sed ridiculum etiam quod adijcit, Ite & ostēdite uos sacerdotibus. An putat his uerbis institutam esse confitendi legem? Quis unquam alicuius rei theologus hoc prodidit? An idem est ostendite uos sacerdotibus & cōfitemini sacerdotibus? Nec obscurum est, quo consilio Christus iusserit eos adire sacerdotes, nimirum, ut confirmaret apud omnes miraculi fidem. A sacerdotibus erant iudicati leprosi. Morbus habebatur, ut est, insanabilis, eo remittit illos, ut ijsdem iudicibus probarentur sani, quibus iudicati fuerant leprosi. Quod si quis hoc ad allegoriam torqueat, primū uiolenter, hoc est præter ueterum exemplum, faciet, deinde non sat habet allegoria ponderis ad probandum ecclesiæ sacramentum, alioqui quicquid morborum Christus ademit ægrotis, imò quod sanauit dæmoniacos, q̄d excitauit mortuos, debebat ad confessionis typū referri.

At Duranduslib. iiij. dist. xvi. q. viij. figuram & umbram adducens confessionis huius ex uetere testamento, non meminit lepræ, sed holocaustomatũ, quæ offerebantur pro peccatis. Verum his etiam absurdius est, quod sequitur, quo euanuit autoritas sacerdotibus data, ut decerne rent inter lepram & lepram &c. Quid? an Leus molestę fert Mosaicæ legis sacerdotium euanuisse? Quin eadem opera quærit, cur non mactantur pecudes, cur non seruantur sabbatismi, cur non delectus ciborum, cur non dantur sacerdotibus uxores? Nimirum audiet, quia finis legis Christus, & translato sacerdotio necesse est legis quoque translationem fieri. Rursus hic Leus ad figuram confugiet, at ego nego figuram in re tanti momenti satis habere ponderis, præsertim quum ueteres, & in his Augustinus, lepram interpretentur hæresim, non quoduis animi uitium. Adde, quod nec figura satis quadrat ad rem nostram. Sit lepra quoduis peccatum, sit sacerdos Mosaicus sacerdos Christianus. Illi discernebant tantum, non sanabant. Pronunciabant miserum esse, non liberabant à miseria, arcebãt à castris, nos in ecclesiæ gremium reducimus. Iam si uerũ est quod addit Leus, Si uel minimũ lepræ celauerit, illud sacerdos, quum non discernat, nondum est liberatus, qui lepram patitur. Si lepram interpretamur omne peccatum, cogemur & culpas quamlibet ueniales confiteri sacerdoti, qd tamen nemo theologus asseuerat. Sed quid sentit Leus, an putat leprosum fuisse liberum, posteaquã sacerdos discreuerat? Nam id illius uerba sonãt. Aut ubi legit sacerdotes iudicare inter lepram & lepram? Certe nostri codices habent Deuteronomij. xvij. inter lepram, & nõ lepram. Ad hæc, si quis sacerdoti confessus sit culpam, de qua non possit pronuntiare certum, uenialis sit, an capitalis, quid respondebit Leus, absoluit, an non absoluit? Si quod illis erat discernere, nobis est remittere, nõ

remittit.

remittit, qui non discernit. Deinde si arceri à castris est segregari à communione populi Christiani, nunc ne cõfessi quidem arcentur. Postremo si non liberantur lepra, qui se non ostendunt sacerdoti, iam hi mũdati sunt, priusquam sese ostenderent. Vides quam multis modis figura discrepat, ab hac nostra confessione, magisq; cõgruat cum illorum opinione, qui putant hanc confessionem olim fuisse consultationem. Quid autem appellat Leus confractum? An peccato obnoxium duntaxat? Imò qui paupertate premitur, qui tyrannide potentum obruitur, qui mœroribus angitur, confractus est, huic debet subuenire bonus pastor, etiamsi non negem id fieri posse & in peccatis, si moneat, si reuocet, si erigat in spem ueniæ, si doceat uiã ad meliora. Ac scire quo quisq; malo premitur est agnoscere uultum pecoris. An id fieri non potest, nisi quis aperiat omnia pectoris arcana, usque ad nocturna somnia? Nonne è factis, è dictis, è gestibus, ex ipso uultu, ex rumore pastor uigilans agnoscit suos? Quod si cogitur pastor agnoscere uultum sui gregis, & is non agnoscitur, nisi ex secreta confessione, cum hodie monachis, quos uulgus mendicantes appellat, facultas sit absoluẽdi, quomodo poterit pastor agnoscere uultum sui pecoris? Quid si fingatis, qui confitetur, quomodo agnoscet pastor? Atqui tenetur agnoscere. Dices, tenetur quantum licet. Atque istuc locum habebit, etiam si non esset ista confessio. Postremo, si ideo iubetur agnoscere pastor, ut succurrat ouibus suis, nimirum quæ cum mente, manibusque careant, non norũt sibi adhibere remedia, nõ uidetur cogi ad confitendum, qui nouit ipse morbum suum, & nouit quibus remedijs oporteat ei morbo mederi, nimirum sibi indicens ieiunia, eleemosynas, precationes, quæ sacerdos erat indicturus. Postremo quod apud prophetam dictum est pastoribus, non solum ad episcopos pertinet, sed ad princi-

pes quoq;. Iam Augustinus enarrans hunc prophetæ lo-
cum, non eodem iuterp̃tatur modo, quo Leus, aut quis-
quis est, quem ille sequitur. Quod hactenus dictum est,
non eo tendit, ut ullo pacto conuellamus ecclesiæ consue
tudinem, sed ut ostendamus ea, quæ Leus adducit, non
esse satis efficacia, ad comprobandam hanc confitendi ra
tionem esse iuris diuini. Equidem faueo cõfessioni, sicu-
ti debeo, nec usquam aliud comperietur in scriptis meis,
sed tamen optarim, ut quod inductum est ad releuãdos
animos simplicium, ad prouehendam Christianorũ pie
tatem, non alio torqueamus, quã inductum est. Nunc ui
demus esse permultos, qui suam curiositatem alunt hu-
iusmodi confessionibus, alios qui dedecora non referen-
da sub hoc prætextu committunt, quorundam infirmi-
tate uitam uelut ex contagio infici, presertim ex narratis
libidinum generibus, ubi bona pars est innocentiæ, ne-
sciisse malum. Rursus alios hoc telo suam munire tyran-
nidem in plebem, cui patres esse debebãt. Compluribus
confessionem nihil aliud esse, quã rete ad questum, quo
nulla pars Christianæ uitæ non est infecta. Istis non satis
est, quod ex præscripto Romani põtificis semel in anno
confitemur, dolent confessionem non esse cotidianam.
Isti sunt qui tot scrupulis illaqueãt animos simplicium,
quod ipsis expediat, nequis habeat pacatã, ac serenam
conscientiam. Et hos laqueos nõ præscribit ecclesia, sed
sũmularius aliquis è suo capite fingit, & exaggerat. Istis
non satis est quod confessionẽ obedienter amplectimur,
uelut i per ecclesiam à spiritu Christi nob̃is traditam, me-
tuunt enim ne, si tollatur hoc iugũ à ceruicibus Christi-
anorum, res illis ad famem recidat, & egregie frigeant,
qui nunc sublimes ac feroces regnant. Tantum feratur
lex, nequid auditori detur in manum, nequid ex male
partis, nequid ex testamentis, nequid ex condonationi-
bus,

bus, nequid quodcunque pacto compendij perueniat ad sacerdotem ex confessione, immo ut ipsi stipem dent confitenti, nimirum quo magis alliciant ad rem per se amaram, quemadmodum dabatur olim pecunia theatrica. Dispeream, ni qui nunc tantopere contendunt confessionem hanc esse iuris diuini, deflexuri sint in partem diuersam, & quod nūc bis terque clamitant hæreticum esse, desensuri sint acriter ut orthodoxum, Horum uitio fit, ut populus uix ferat hoc onus tot modis aggrauatum, ac subin de queratur, unde tam durum iugum sit Christianis liberis impositum? Quorsum hæc, dixerit quispiam? ut ostendam mihi non improbari constitutionem & consuetudinem ecclesiæ, sed mores illorum, qui re bene instituta abutuntur non bene. Confessionem amplector & obseruo, ut obseruat ecclesia, tantum in dubium uoco, an hæc ratio confitendi sit à Christo instituta. Nec hic quicquàm asseuero, bis testans me suspitionem meam adferre, non dogma. Primum cum aio, ut opinor, ac mox, uidetur nata. Atq; adeo miror Leum, hic quoque non addidisse, quod erat adiectum in margine, id quod tamen solet alias diligēter, quoties est, quod possit in me detorquere. Hic quoniam pro me facit, omisit. Erat autem hoc adiectū. Olim fuit aliqua confessio, licet non omnino talis, qualis nūc recepta est. Hoc additamentum an non palam ostendit me nō de cōfessione, sed de modo confitendi loqui? Quod si Leus audebit dicere paucos illos, q olim erāt, discipulos, audisse ea, quæ nūc audiūt sacerdotes mirabor hoīs frōtē. Quod si quis me roget, quid sentis de hac ratione confitēdi, qua numero referuntur etiā occultissima peccata usq; ad turpissimas cogitationes, usq; ad somnia, quæ nunc sacerdotes interdum haud absq; pudicitiæ periculo audiūt, in qua exprimuntur circunstantiæ, præsertim siquæ mutant speciem, an existimas à Christo fuisse institutam? Respondebo

spondebo ingenue, mihi pro meo quidem sensu nõ uideri, at hunc sensum libens, etiam reclamantem, submittam ecclesiæ iudicio, simul atq; eius uocem audiero. Nũc quosdam tantum audio, quorum refert nouas etiam induci cõfessiones, tantum abest ut hanc uelint tolli. Non opinor omnes theologorum opiniones æquãdas articulis fidei, aut scripturis canonicis, præsertim cum inter se frequẽter non consentiant. Et mihi nondum constat, quid sup hac re definierit ecclesia. Vbi constiterit, mea erit opinio, quãcunque cognouero esse ecclesiæ. Quod si Christus iustituit quicquid ecclesia CHRISTI spiritu instituit, fateor hãc à Christo fuisse institutam, sed ita ut pro salute populi possit tolli eiusdem spiritus arbitrio, necq; fuisse necessariã priusquàm esset instituta. Atq; ut hoc suspicer, adducor non argumentis modo, uerumetiam auctoritate. Argumentũ est, quod ex tot græcorum uoluminibus, tot latinorũ cõmentarijs, in quibus nihil non tractatur, nihil reperiatur, quo certo doceri possit olim hanc fuisse confitendi rationem, cũ nunc nulli libri satis sint huic explicãdo negotio. Nec ulla sit pars Christianæ professionis, quæ magis angat animos & confitentium & audientium. Adeo ut nulli magis abhorreant ab audiendis confessionibus, quã qui doctrina, prudentia, pietateq; præcellunt. Mirum autẽ nõ uel casu incidisse mẽtionem in tam innumeris libris. Auctoritas est, Primum Chrysostomus, quem uirum ecclesia numerat inter diuos, nõ solum inter orthodoxos. Is enarrans psalmum quinquagesimũ cũ alias multis uerbis doceat lachrymis, eleemosynis, recordatiõe peccatorum ablui commissa, adeo nullam mentionem facit huius nostrę confessionis, ut palam etiam demonstret non esse necessariam, his quidem uerbis. Peccata autem tua dicito ut deleat illa, si confunderis alicui dicere, quia peccasti, dicito ea quotidie in anima tua. Non dico ut confitearis conseruo tuo, ut exprobet, dicito deo, qui curat ea. Hæc enim si non dixeris,

dixeris, ignorat ea deus. Item aliquanto post. Et reminiscens peccatorum tuorum effunde lachrymas, & poteris in lectulo tuo positus ea delere. Roga deum tuum, & sic permitte animã tuam soporari, confessus peccata tua, & facito tibimetipsi rationem, & ora misericordiam dei, & inuenias requiem, ac cætera, quæ sequuntur in hanc sententiam. His consentanea dicit homilia. xli. de pœnitentia. Confessionẽ appellans peccatorum cognoscens commissum in animo, & in corde confiteri, docens Petro delictum oblachrymas fuisse cõdonatum, non negandam esse culpam exigenti deo. Ac post multa tãdem, quæ disserit in hanc sententiam, subijcit hæc uerba. Non tibi dico, ostẽta teipsum, nec apud alios accusa, sed obedi prophetę dicẽti. Reuela domino uiam tuam, ea coram deo confitere, coram iudice confitere peccata tua deprecans etsi non lingua, saltem memoria. Eadẽ ijsdem penè uerbis disserit in epistolæ ad hebræos capite xij. Non tibi dico, inquit, ut te prodas in publicum, neq; ut te apud alios accuses, sed obedire uolo prophetæ dicenti. Reuela domino uiam tuam. Ante deum erga tua confitere peccata, apud uerum iudicem cum oratione delicta tua pronuntia, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria, & tunc demum sperate misericordiã posse consequi. Quanquã autem græcus fuit Chryso. tamẽ orthodoxus fuit, & orthodoxę eccsesiæ episcopus. Quod si Christus instituit hanc confessionem, aut ignorauit ille rem tanti momenti, aut contempsit, neutrum autẽ cum sit probabile, relinquit ab hominibus institutam fuisse cõfessionem. Iam Origenes, quanquã in nõnullis opinionibus notatus est aberrasse à doctrina fidei catholicæ, tamẽ in hoc à nemine reprehensus est, quod parum recte senserit de pœnitentia. At hic in homilia in secundum caput Leuit. ij. cõmemoratis septem modis, quibus abluuntur admissa, ut sacerdoti detegere mala nostra, nec ita recenset hunc, ut uelit

huic ceu capiti cæteros ſubeſſe, ueluti membra. Sed ut ſit una ratio à cæteris diſtincta, primã facit baptiſmũ, ſecundam martyrium, tertiam eleemoſynam, quartam ignoſcentiam mutuam, qua condonamus iis, qui nos lęſerũt, quintam officium, quo peccatorem conuertimus ad bonam mentem, ſextam uehemẽtem in deum ac proximũ charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum, ſeptimam lachrymas, ieiunia, reliquoſq; labores pœnitẽtiæ, octauam uelut huius partem, cũ quis non erubeſcit confiteri ſua ſcelera ſacerdoti. Ex hoc loco potiſſimũ hauſiſſe uidetur Caſſianus ſermonem, quem tribuit abbati Pymiſio libello de fine pœnitentiæ cap. viij. Sic enim commemorat diuerſa remedia, quibus aboletur peccatum, ut confeſſionem unamquampiam ẽ multis eſſe uelit, & tamẽ haud ſcio an loquatur de ea, qua apud deum agnoſcimus culpam noſtram. Certe de hac, qua numerantur admiſſa ſingula, non loqui ſatis ipſe declarat. Iam quod inibi ſequitur dubiũ non eſt, quin mutuatus ſit ex Chryſoſtomo, quem modo citauimus, cum enim quæſiſſet modos molliores, facilioreſq́ue, quibus imbecillioribus ſubueniretur, poſtremo inquit, Quis eſt qui non poſſit ſupplíciter dicere? Peccatum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non operui? ut per hanc confeſſionem etiam illud confidenter ſubiungere mereatur, Et tu remiſiſti impietatem cordis mei. Quod ſi uerecundia retrahente reuelare eam coram hominibus erubeſcis, illi quem latere non poſſunt, confiteri ea iugi ſupplicatione non deſinas, ac dicere, Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, qui & abſque ullius uerecundiæ publicatione curare, & ſine improperio peccata donare cõſueuit. Poſt illud quoque tam promptum certumq́ue ſubſidium, aliud quoque adhuc facilius largita eſt,

gita est nobis diuina dignatio, ipsamq; remedij opem nostro commisit arbitrio, ut indulgentiam peccatorum nostrorum pro nostro præsumamus affectu dicentes ei, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hactenus Cassiani uerba retulimus. Ambrosius cum fuerit latinus, tamen idem sentire uidetur quod Chrysostomus in sermone de pœnitētia Petri, qui numeratur xlvi. cuius phrasis est huiusmodi, ut ambigi non possit quin sit Ambrosij, inter multa dicit hunc in modum. Ergo Petrus prorupit ad lachrymas, nihil uoce precatus. Inuenio enim quod fleuerit, non inuenio quid dixerit, lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Recte plane Petrus fleuit & tacuit, quia quod deflere solet, non solet excusari, & quod defendi non potest, abluí potest. Lauat enim lachryma delictum, quod uoce pudor est confiteri. Lachrymæ enim uerecundiæ cōsulunt pariter, & saluti, nec erubescunt in petendo, & impetrant in rogando. Cæteraq́ue quæ sequuntur inibi in eandem sententiam, satis declarant, non exigi solitam illis temporibus confessionem uocalem occulti peccati, sed ad hoc abluendum satis esse tacitas lachrymas. Nec dissonant ab his, quæ scribit in Lucam lib. vij. cap. lxvi. enarrans euangelij locum. Pater peccaui in cœlum, & coram te. Hęc, inquit, est uera confessio apud autorem naturæ, præsulem misericordiæ, arbitrum culpæ. Sed etsi deus nouit omnia, uocem tamen tuæ confessionis expectat. Ore autem confessio fit ad salutē, quia alleuiat pondus erroris, quisquis ipse onerat, & excusationis excludit inuidiā, qui accusatorē prę uenit cōfitendo. Iustus em in primordio sermonis accusator est sui, atq; neqs posset tergiuersari Ambrosiū hic agere de confessione oris, qua prodimus sacerdoti secreta nostra, protinus subijcit.

Frustra autem uelis occultare, quem nihil fallas, & sine periculo prodas, quod scias esse iam cognitum, confiteor magis, ut interueniat pro te Christus, quem aduocatū habemus apud patrem, roget pro te ecclesia, & illachrymet populus, Hactenus Ambrosius. Ex quibus nihil aliud colligitur mea sententia, quā ut peccator confiteatur deo, & ultro subducat se à cōmunione ecclesię, si sibi fuerit male conscius alicuius capitalis admissi. Ne citem interim Basilium, aliosq; ueteres, qui cum toties loquātur de ieiunio, de pœnitētia, de lachrymis, de precatiōibus, aut non meminerunt huius confessionis, aut declarant non esse necessariam. Quin & Beda recentior scriptor in homilia, qua enarrat euangeliū de decem leprosis, longe alia tradit. quā quæ docent hodie scholæ theologorū. Ea quidem omissa est in quibusdam libris excusis, sed extat in codicibus manu descriptis. Iam quoniam multos adducit testes pro multis erit autoritas Gratiani, qui multis uerbis hac de re differit dist. i. de pœnitentijs. Et in utranq; partē adductis ueterum sententijs, quarum tamē bona pars sentit de confessione solenni, quæ olim publice fiebat in ecclesia, uidetur in dubio relinquere utrum obligetur aliquis ad confitendum, an non obligetur, siquidem prolixam disputationē claudit his uerbis. Quibus autoritatibus, uel quibus rationū firmamentis utraque sententia innitatur, in mediū breuiter exposuimus. cui autem harum potius adherēdum sit, lectoris iudicio reseruatur. Vtraq; enim fautores habet, sapientes & religiosos uiros, ne ex glossematis quidem quicquā adfertur certius Vides hic sapientes ac religiosos appellari, qs nos terq; quaterq; diceremus hæreticos. Quo magis miror Durandum lib. iiij. dist. xvi. q. viij. tantopere stomachari in glossatorem primi. §. huius tituli distinctiōis. v. qui pronunciarit nos tantum ex institutione hominum obligari ad confitendum, & obid græcos nunquam fuisse ob-

isse obligatos, quod ea constitutio nunquã sit ab illis recepta. Nec enim paulo durius est, quod dicit Gratianus. Fatetur nos obligari glossa, sed ex institutione & consuetudine ecclesiæ tantum, Gratianus facit liberum lectori, utrum putet esse confitendũ, an non cõfitendum. Quod profecto fuisset dictum insanum, si hæc confessio profecta fuisset à Christo, aut si Gratiani temporibus confitendi lex fuisset lata, receptaq;. Ad hæc in cap. Omnis utriusque sexus de pœnis, & remissionibus Abb. Panormitanus sentit confessionem esse iuris humani, nec abhorret ab hac Felinus, alijq; iurecõsulti ueteres, quos nullus ob hanc opinionem uocauit hæreticos. Quid quod historia, quã tripertitam uocant, quã Epiphanius ex tribus autoribus concinnatam, Theodoreto, Socrate, & Sozomeno, latine uertit, libri noni cap. xxxv. prodidit eo tẽpore, quo Nouatiani se subduxerant ab ecclesia catholica, presbyterum probatæ fidei, certiq; silentij præfectum fuisse pœnitentibus, ut hic auditis in publico, quæ cõmiserant, indiceret illis certum modum expiationis. Addit Sozomenus eam consuetudinẽ ad sua usq; tempora Romanis pontificibus fuisse seruatam. Porro Constantinopoli sublatam fuisse per Nectariũ episcopum, ubi comptum esset matronam quandã clarissimo genere prognatam sub prætextu pœnitentiæ fuisse constupratam in loco sacro. Adeo mouit illius ætatis homines unicũ admissum, nunc non expediret sciri quã multa passim cõmittantur. Deniq; capitis huius hæc est clausula. Ex illo antiquitatis consuetudo sublata est, dum ut arbitror, maiora peccata præ pudore confessionis, & subtilitate examinãtium patrarentur. Videmus hic consuetudinem antiquitatis appellari, uidemus hanc consuetudinẽ sublatam in urbe Romæ æmula. Equidẽ arbitror hic de peccatis manifestis, aut certe enormibus fieri mentionẽ, quæ tamen fœdiora sint, quã expediat apud populum enunciari, aut

certe eius generis, ut ob leges ciuiles tutum non sit publi citus confiteri. Quod siquis contendat de hac nostra fieri mentionem, is magis etiam pro nobis faciet. Iam theologi recentiores, qui conantur ex sacris literis statuere basim, cui innitatur hæc confessio, & sudant satis, nec tamē inter se consentiunt. Porrò Durandus, qui fortiter reiicit glossema super quintā dist. in decretis, tractatu de pœnitentia, non aliam adducit causam, qua probet hanc cō fessionem, quā ille sacramētalem uocat, esse iuris diuini, nisi quod eam nulla lex pure humana possit præcipere, ac tantum diuinat hanc confessionem institutam à Christo post resurrectionem, ubi dixit suis, quorū remiseritis peccata &c. Iam in historia, cui titulus est Fasciculus tēporum, inter ea, quæ constituit Gregorius primus, commemoratur & illud, ne sacerdos aliquo pacto prodat scelera confessi. Verba sunt hæc, Ipse plura instituit, ut patet in registro. In canone addidit, diesq; nostros in tua pace disponas, Deus in adiutorio tuo ante initia horarum dici, Hic constituit quod confessor, nec nutu, nec signo, nec uerbo confessionē prodat. Autor est apud quosdam humilis, uerum apud eos humilis nō est, quibus cum nunc agitur. Et ut maxime quis pondus detrahat autori, certe constitutio Gregorij recitatur in decretis c. Sacerdos de pœnitentia dist. vi. his uerbis, Sacerdos ante omnia caueat, ne de ijs, qui ei confitētur peccata sua, alicui recitet, qd ea confessus est non propinquis, non extraneis. Ex his apparet ante Gregorij constitutionē non fuisse modum hunc confitendi, Quod si argutetur Gregorium non fuisse primum autorem huius constitutionis, sed ante latæ nouatorem, superest ut ille proferat uetustiorem. Possum plura congerere, sed hæc sufficiūt, ne uidear omnino temere paucis indicasse suspicionem meam, quàm nec mu-

nec munire uolo diligentius cum offendiculo simplicium, nec tueri cõtẽtiosius cũ periculo meo. Si hanc cõfessionem ecclesia certo decreto statuit esse iuris diuini, si sentit ab ipso Christo institutam, si sentit non posse aboleri, nihil refragor ecclesiæ iudicio, sensumque meum uel reclamantem ad huius oraculum accommodo. Atque utinam sic uiuamus omnes, ut confessionis remedio non sit opus, aut ita confiteamur, ut non sit opus subinde repetita confessione.

AD XVI.

AD hanc nominatim respondimus in superiore libro, neque quicquàm prętermisimus, quod uidere tur esse dicendum. I. Corin. III.

AD XVII.

LIberata est à lege uiri. Cum essem multa propositurus in medium de diuortij iure Christianis in totum adempto, diligenter testatus sum, id quod & in operis initio mihi factum est, me nusquam esse uelle noui dogmatis auctorem, tantum iuuãdi studio monere studiosos, semper inconcusso iudicio sacrosanctæ ecclesiæ, & eorum, quibus uberius donum eruditionis ac sapientię contigit à Christo, ad hunc ingredior modũ. Porro disputationẽ claudo his uerbis. Hæc paucis libuit delibare, quo doctis ac studiosis uberiorem cogitandi materiam præbe remus, nec ullo pacto iudicio maiorum ob hęc præire co namur, multo minus ecclesię catholicę. Cæterũ quoniã in priore editione uotũ in hac re nostrũ siue prudẽs, siue imprudens, certe pium subindicaueramus, ne quis id aliorsum interpretaretur, atq; à me scriptũ fuerat, declarãdum putauimus, quibus rationibus adducti tale quiddã optaremus, siqua fieri posset per ecclesiasticam auctoritatem. Leus ait quibusdã grauissimæ auctoritatis theologis uideri, testationibus huiusmodi non esse locũ, nisi in rebus dubijs, nõ in his, quę per ecclesię auctoritatem definita sunt, 1. Cori. 7.

siquis

si quis uelit prudens ac sciens dissentire. Principio nō me præterit, quem theologum designet Leus, exuno nō ad modum grauis auctoritatis multos faciens grauissimi pō deris. Sed obsecro quod est hoc nouum decretū istius magnifici theologi? Quid receptius, articulis fidei? quid receptius septem sacramentis? an de his non disputant acriter theologi nihil etiam protestati? an non de receptissimis in utrāq; partem disputat Gratianus? Iam esto, definitum est per ecclesiam, Matrimonium semel contractum, nullo pacto posse dirimi nisi morte, an hoc etiam definitū est, quod hac de re nō possit secus aliquid uel statuere, uel interpretari, uel remittere? Neq; enim nos cōuellimus ecclesiasticam cōstitutionē, sed hoc quod dixi, disquirimus, an possit per ecclesiam aliqua ratione consuli male cohærētibus, cuiusmodi matrimonijs plenus est orbis Christianus. Ad hæc cum ego tester nolle dissentire me à iudicio ecclesiæ, cur illud impingit mihi Leus, si quis uelit sciens ac prudēs dissentire? Grauem uero ille subnectit causam, Nec abre quidem, inquit, ne hæretici hanc ansam teneāt, quoties lubitum fuerit uel nouas gignere hæreses, uel antiquas fouere, ut protestentur se nihil moliri contra ecclesiam, præsertim quando iam protestationi ipsum protestātis factum aperte repugnet. Hæc q̄; grauiter Leus. Atqui tantūdem erit periculi in disputationibus scholasticis, ubi nihil non uocatur in dubium, ubi grauibus argumētis defenditur, scortationem non esse peccatum. Et fieri potest ut qui hæc scholastico more tractat arte peruersa, argumētis crebris & efficacibus muniat partem priorem, posteriorem frigidis ac dilutis solutionibus, pdat aduersarijs. Quid autem? An meum factum palam repugnat protestationi meæ? An unquàm diremi matrimonium, aut suasi dirimendum? Quomodo igitur pugnat ipsa res cum oratione mea? An quia disputo in diuersam partem? Idem facit diuus Thomas, catholicus doctor, Sed addit etiam bellā clausulā.

clausulam. Ideoq́, inquit, nec dissentire meo iudicio citra
contumeliam licet ab ecclesiasticis dogmatis, an dissentit
quisquis disputat? præsertim qui disputat tantum honoris
præfatus ecclesiæ? Iam uero, quorsum attinent illa tragica,
quæ mox congerit Leus de contentione, de insurgendo E
aduersus decreta ecclesiæ, de ponendo os in cœlum? de
magno illo Hieronymo, qui fidei suæ confessionem petit
à Damaso cõprobari, de capitulo, Ad abolendã, quod hæ
reticos pronunciat, quisquis de ecclesiæ sacramentis secus
senserit, quàm sit ecclesię definitum? Verum, at non dicit,
quisquis de ecclesiæ sacramẽtis disputarit, Deinde satis lar
gitur mihi Leus, me non aliud sentire, quàm sentiat eccle
sia, nec quod facio alio animo facere, quàm quo testor me
facere, tamen meminisse debuerat, inquit, nouũ dogma
quantum pariat rixarum, ut auide accipiatur, præsertim
tanta arte, tantoq́ lenocinio commendatum. Itaque sæpe
euenit, quod Augustinus monet in libro de utilitate cre-
dendi, ut gloriæ, principatusq́ causa nouum dogma secu
ti hæretici fiant. Quantum hic est dogmatum in oratiõe
Lei, cum mea disputatio procul absit ab omni dogmate.
Nec his contentus adijcit. Nam siquis hoc Erasmicũ iudi F
cium, si tamen iudicium sit, & non magis disputatio, ani-
mosius forte, q́ par est, sequeretur, is certe hæreticus & es-
set, & haberetur. Quis non miretur huius iuuenis autori-
tatem, quam sibi sumit, nondũ ullum in professione theo
logica gradum adeptus, nec aliud quàm artium liberaliũ
septem professor, quibus tamen iampridẽ, ut ipse fatetur,
dixit uale, eodem opinor tẽpore, quo dixit illis salue, nam
in his, quæ scribit, nullum uestigium honestæ disciplinæ.
Si mea disputatio nihil aliud est, quàm disputatio, & dispu
tatio talis, ut nullius iudicio præiudicet, quorsum incul-
cat iudicium, quorsum dogma, quorsum sententiã, quor-
sum contentionem? Si studet uideri disertus, sit intra cau
sam disertus. Sed iam pergit attingere capita quædã meæ G

disputationis, ut ipse uocat, precipua, ut ego arbitror, quę uisa sunt expugnatu faciliora, relictis in medio, quæ diuersam causam adiuuabant. Quare etiam atq; etiam te rogo lector, ne pronuncies de hac conflictatiuncula nostra, nisi prius legeris ea, quæ super hac re congessimus in epistolæ ad Corinthios prioris, ca. vij. Ita demum intelliges plurimum interesse, quo pacto quid narres. Nec in respondendo sumam nunc iustam operam, nisi is, qui est uerus auH ctor huius fabulæ, suum nomen ascripserit. Primũ quod dixeram, sed aliter dixerã, quàm hic citat, leges ceu pharmaca pro tempore ad hominum morbos accommodandas, negat habere locũ in his, quæ sunt ex præscripto dei. Quod ut demus simpliciter esse uerum, certe nonnũquã dubitare licet, an hoc deus senserit suo præscripto, quod q; dam interpretãtur. Quod siquis respondeat hunc sermonem esse dilucidiorem, quàm ut admittat ullam dubitationem, quid faciemus Ambrosio, qui diuersum sensit? Quid iureconsultis magni nominis, qui diuersum senserunt? Illud obiter admonendum, quod ego dixeram accommodandas esse leges, hic refert, mutãdas esse, quo res sit odiosior. Sũmus pontifex cũ interpretatur, cum addit aliquid, quũ relaxat, accommodat legem Christi, at non cõtinuo mutat. Porro quod addit Paulum hic non suo nomĩe prohibere diuortium, sed testari domini esse præceptum, dici I posset, quod Paulus domini præceptum uocat, quod ad perfectionem facit, & tamen interim sibi seruat indulgentiam apostolus, qua succurrit imbecillioribus, cum res postulat. Nec protinus tamen aduersatur Euangelio, si quid relaxatur ex Euangelij uigore. Adduxeram quosdã, qui fuissent in hac opinione, quàm Leus putat hæreticam, a diuortio ius esse contrahendi nouum matrimonium. Id cũ doceam Ambrosium non uno in loco sentire, qui fuerit episcopus, & (ut est probabile) seruarit in suo populo, q̃d docet, nec imperitus fuerit Romanæ consuetudinis, ut uicinus, &

cinus, & illic aliquoties uersatus, sic respõdet Leus. Ambrosius si hoc senserit miror, forte disputando lusit, qui ueteribus mos erat. O graue responsum, ac dignum illo, qui pronunciet de hæresi. Quid opus erat dicere, miror K
si hoc sensit, cum recenseam ipsa Ambrosij uerba, & locum commonstrem. Deinde si ueteribus mos fuit disputando ludere, & si is mos est tam eruditis, tam grauibus episcopis, mihi cur non liceat disputando inquirere? De Pollentio respondet esse consentaneum uero, illum cecinisse palinodiam, tot modis uictũ ab Augustino. Quot
modis uictus sit, ita demum experiremur, si libera sit dis L
putatio, & absint ista terriculamẽta, quæ nihil aliud quã fucatos reddunt Christianos, dum coguntur credere, q̃d non docentur. Hoc tacet Leus, quod Augustinus sic disputat aduersus Pollentium, ut nulla sit hæresis mentio, cum ille tamen æditis libris tueatur opinionẽ suam, Iam quod scripserã Origenem non oñino damnare factum episcoporum, qui permiserint post diuortium alterum coniugium, Leus affirmat secus habere, cum fateatur illos aduersus apostoli doctrinam fecisse. Certe qui excusare conatur, non omnino damnat, quod illic facit Origenes. Hic mihi placet, quod Leus Origenem appellat uirum sanctum, sed arte prętermisit Leus, quod Origenes in eodem loco factum hoc episcoporum, qui permiserint maritis, repudiata uxore, nouum coniugium confert cum eo, quod Paulus uiduis, & incõtinentibus permisit digamiam, & ita confert, ut durius uideri uelit, uiduæ, quæ libidinis non prolis gratia, maritum alterum desyderet, permittere nouas nuptias quã uiro pmittere, utreiecta uxore adultera, ducat se digniorẽ. Iam & illud cõuellit Leus, q̃d Origenes, ut dixerã, illic nõ uideat ad M
dubitare, qn uiro liceat, cui pmittit euangeliũ, ob adulterium repudiare, & post repudiũ alteram ducere domũ.

Hic me mendaciſſimũ facit, quum Origenes longe diuerſum illic doceat. Primũ, inquit, appellat Iudaicum uirũ, qui ſentit licere uiro, repudiata ob adulterium uxore, nouum inire matrimonium. Imò Origenes illic Iudaicum uirum appellat præfractum, qui ob quãuis cauſam uelit uxorem repudiare, ſic argumentans, Moſes permiſit ob rem turpem repudiare, & exemplum rei turpis ponit adulterium, licebit igitur ob alias res turpes uxorem repudiare. Eam argumentationem reiſcit Origenes, negans Moſen ſenſiſſe de adulterio, cum dicit rem turpem, quãdoquidem in adulterio non dabatur repudij libellus, ſed uxor tradebatur lapidantibus, ſed rem turpem appellauit quamlibet uel morum, uel corporis culpam, qua maritus offenderetur. Hæc Origenẽ ſenſiſſe declarat quod mox ſequitur. Poſt hoc autem dominus non permittit
N propter aliã aliquam culpã uxorem dimittere, niſi propter ſolam cauſam fornicationis. Sub hæc Origenes mouet aliam quæſtionem, an quemadmodum ob adulteriũ licet uxorem repudiare, ita propter parricidium, uenefi-
cium, aut furtũ liceat? Et hæret hic perplexus, uidens impium facere aduerſus præceptum dei, & tamen iniquũ, & alienum à ratione cogi maritum, ut ferat ea peccata, quæ ſint adulterio grauiora. Iam exitum quærens ex hac diſputatione, dicit. Diſputo ergo, quia non præceptiue
O mandauit, ut nemo dimittat uxorem, excepta cauſa fornicationis, ſed quaſi exponens rem dixit. Qui dimiſerit uxorem excepta cauſa fornicatiõis, facit eam mœchari. Quid ſibi uelit hic Origenis ſermo, tibi lector expendendum relinquo. Et aliquanto ſuperius Origenes adduxerat ſimilitudinem de Chriſto, qui repudiarit ſynagogã uiricidam, & eccleſiam duxerit nouam ſponſam. Origenis uerba ſunt hæc. Dicendum eſt quoniam non dimiſit Chriſtus primã uxorem ſuam, id eſt, primã ſynogagam, ſecundum ſpeciem ſpiritualem ſeruãs, quod dictum eſt,

quod

quod deus coniunxit, homo non separet, nisi quãdo adultera est uxor illa corrupta ab adultero inimico, cuius cõsilio & insidiata est uiro, &c. Ac mox. Et reliquit propter ecclesiam Christus uir patrẽ, cum quo erat, cum in forma dei esset, reliquit etiam matrem &c. Vides diuortium, uides à diuortio nouam sponsam. Ex quibus satis liquet, quid senserit Origenes. Cæterum quod ait episcopos fecisse aduersus scripturam euãgelicam, qui post repudium permiserunt matrimonium, sentit Origenes de ijs, qui ob alias causas repudiarãt uxores Iudęorum exemplo, & tamen his permiserãt nouum matrimonium, cum Augustino præferentes adulterinũ coniugium scortatiõi. Iam uerba, quę Leus adducit aduersum me ex Origene, non intellexit. Ea sunt hæc. Qua enim ratione adultera est mulier, quanquã legitime uideatur nubere uiro uiuente, eadem ratione & uir, quanuis legitime accipere uideatur dimissam ab aliquo uiro, non accepit legitime secundum sententiã CHRISTI, sed magis mœchatur, quasi alienam accipiens. Sentit Origenes de ijs, qui dimissam ob alias causas ducunt uxorem, aut qui dimittunt, uelut ob graues culpas, quas Christus tamẽ non excepit. Nec tamen humanis legibus tum puniebatur, qui hoc fecisset, imò matrimonium habebatur legitimũ. Sed an iuxta Christi sententiã legitimũ sit, dubitat Origenes, præsertim in atrocibus delictis, uelut in ueneficij, aut homicidij conatu. Sic enim ait, Si iustam excusationem habet apud deum, tractabis. Et tamen fatetur quod qui sic dimittit præbet adulterij causam, sed fortassis hoc apud deum imputandum uxori, non marito. Hanc esse mentẽ Origenis planè perspiciet, qui illum legerit attentius. Cęterum quod Leus obiter uelut absurdum inducit, si Origenes putasset permittenda mala, ne contingant peiora. Quid ni id existimet Origenes, quod hodie nulla schola theologorum non probat, idq; ex sententia Augustini,

P

Q

R

cuius uerba subscribam ex libro aduersus Pollentium ij. cap. xv. Si facturus est quod non licet, iam faciat adulterium, & non faciat homicidium. Vides ut Augustinus nõ solum permittit adulteriũ ne fiat homicidium, sed etiam hortatur ad adulteriũ, ne ueniatur ad homicidiũ. Deinde quod ratiocinabar ab æquitate naturali nõ cõuenire, ut orbus ac desolatus uiuere cogatur, qui ob corporis habitum non temperat à coitu, neq; quicquã commeruit, obiicit mihi uirginum deo sacratarũ, & monachorum cõditionem, qui merito patiuntur, quod ultro susceperunt.

S Hic fortasse respondere poteram. Nil agit exemplum, litem quod lite resoluit. Et tamen concedunt iureconsulti, quod pontifex possit ex monacho non monachum facere, ac pari ratione ex monacha, nõ monacham. Nam q̃d adferimus de uoto solenni, & non solenni, quorum alterum possit mutari, alterum nõ possit, ut constanter affirmari uideo, ita nondum satis efficacibus argumẽtis probatum est. Nam si sufficiat ea ratio, uolẽtes susceperunt, ut sit perpetuum, omnis contractus, qui inter uolẽtes coẽunt deberent esse modis oĩbus perpetui, qui nunc nouis causis emergentibus ex æquitate iuris sæpenumero

T rescinduntur. Sicut igitur in contractibus tacite excipiũtur, ob quæ iuris æquitas dirimit bona fide conuenta, ita fortassis in uotis semper aliquid tacite intelligitur exceptum, si faciet ad salutẽ animæ, aut aliud simile. Sed his rationibus, ut apparet, diffisus Leus, adiungit sacramẽti causam, de quo paulo post nõnihil attingemus. Refellit interim Leus q̃d ex Origenis sententia dixerim Chri

V stum repudiasse synagogam uiricidam, & duxisse ecclesiam, ut hic quoq; congruere possit mysterij ratio, si quis ueneficam, aut adulteram repudiet, alteramq; ducat sedignam. Leus ex synagoga uxore facit matrem Christi. Cæterum hoc quod nos adferimus, si non dixit Origenes,

nes, me uanitatis arguat, Si dixit cum illo disputet, & paulo ante docuimus dixisse. Ad hæc quia scripserã iniquum uideri, puniri fortunam, Leus non agnoscit fortunæ nomen omnia prouidentiæ tribuens, homo prouidus. Sed cur interim fortunatos uocat etiã Leus opinor, qui diuites, qui ingenui nascuntur, infortunatos qui secus? Cæterum quod adfert de cadauerum contactu, de leprosis, deque cæteris, primũ, quia Mosaicæ legis sunt, ad nostram disputationem proprie non faciunt. Deinde cur leprosi arceantur, à commercio cæterorum, grauis est causa, quæ facit ut nos etiã illos arceamus ab hominum conuictu, qualis non uidetur esse in diuortio. X
Postremo quod ex his colligo, si innocẽs arceatur à matrimonio uideri plane pugnare cum æquitate naturali, Leus criminatur me palàm aduersari protestationi meę. Nam quis inquit locus ecclesiastico decreto, si palam pugnat cum æquitate naturali? An ieiunium, an uigilia nõ pugnat cum æquitate naturali? Quis locus sacramento eucharistiæ, si Thomas adductis rationibus colligit, ergo eucharistia non est sacramentum? An non licet argumentando dicere uidetur? Deinde iam docuimus confessionem ob hoc ipsum haberi iuris diuini, quod non pendeat ab æquitate naturali, quemadmodum nec ieiunium, nec martyrium. Sed bene habet quod hic uocat ecclesiasticum decretum, quo diuortij ius adimitur, cum alias uelit haberi Christi præceptum. Iam quod Iacobi, Y
Petriq; decretum de suffocato, & sanguine, cõmode interpretatur, bene facit, sed hoc est quod disquiritur à nobis, an similis interp̃tatio possit huic loco succurrere, præsertim cũ causa magis urgeat, meo qdẽ iudicio. Atq; hic demiror qd Leo uenerit in mentẽ, q non ꝓtentus hac ꝓbabili doctorꝫ interp̃tatione, quã & ipse recipio, uoluerit hęc adijcere de suo. Nõ poterat, ingt, ferre decretũ Iacobus,

quod

quod prorsus abstinerent à talibus, cum hoc plane esset contra Christi ipsius decretum, & contra libertatem euãgelicam. Christus antea docuit, Non omne quod intrat per os, coinquinat hominem, & Petrus ab eodem monitus est, quod deus purificauit, tu cõmune ne dixeris. Domini est terra, & plenitudo eius clamat Paulus. Si Petrus & Iacobus non poterant interdicere esum certorũ ciborum, qua fronte nobis bona parte anni interdicitur esus omnium carnium? sæpe & lactariorum? Qua fronte interdicitur cibus in totum? Qua frõte dominicales, & Cartusienses humana duntaxat constitutione adimunt suis esum carnium in omnem uitam? An prohibere à suffocato & sanguine pugnat cum ecclesiastica libertate, arcere ab esu carnium non pugnat? An hic locum non habet. Quod intrat per os, non coinquinat hominem, & domini est terra? Præterea quod adduxerã ex Ioanne Andreę, iure per pontificem Romanũ dirimi matrimonium non consummatum, nõ negat esse uerum, quod dico. Quod si impetro, habeo quod uolo, matrimoniũ cõtractum & legitime contractum posse dirimi, cũ huius robur pendeat ex iure diuino. Euangeliũ phibet dirimi matrimonium, & pontifex dirimit, nonne secus interpretatur euãgelium, quã nos interpretamur? Si pontifex dirimit matrimonium, non intercedente causa adulterij, quanto magis dirimi potest, si intercedat causa, quã excipit euangelica doctrina? Sed idem inquit Ioãnes Audreæ docet matrimonium consummatum non posse dirimi. Sed huius distinctionis nondũ audio grauem causam, etiãsi mihi satis est matrimoniũ rite contractũ, etiam ante congressum cõiugalem, esse uerum ac legitimũ matrimonium, & uim habere suam ex iure diuino. Nam rationes, quas adducunt Hostiensis, Augustinus, & Leo papa, præterquam quod hominũ cõmenta sunt, nõ efficiunt tamẽ, quo minus aduersus Christi, Paulicq doctrinã dirimat matrimoniũ,

matrimonium, & a diuortio sit ius iterãdi coniugij. Porrò an Christus possit aliam sponsam sibi coniungere matrimonio, ipsius uolũtati relinquo, nec illi uolo leges prescribere, quemadmodum Hostiensis. Nec illud satis intelligo quid dicat Hostiensis quacũq; de causa. Si sentit, quanuis leui de causa, uerum dicit, si dicit nulla de causa, cur ingressus religionis dirimit matrimoniũ ratum quidem, at non consummatũ? Cur lapsus in hæresim dirimit etiam consummatũ? Etẽ si ideo licet dirimere matrimonium non consummatũ, quod plenior sit ratio sacramenti in cõsummato, licebit & consummatũ dirimere, quod plenior etiam est ratio in fœcũdo coniugio, quã in sterili, in primo, quã in secundo, aut tertio. Hoc negotium non estimatur gradibus, sed specie rei. Et tamen Ioannes Andreæ, non usque adeo abhorret ab hac opinione, ut dicat aliquis matrimoniũ cõsummatum graui de causa posse dirimi, cum hoc argumentum disputet in regula actus legitimi, de regulis iuris lib. vi. citante Panormitano in c. Ex publico, de conuersione coniugatorum. Nam proposito casu, an pontifex possit indulgere, ut filius unicus regis monachus ducat uxorem, eamq; habeat, donec gignat prolem masculam, argumentis in utrãque partem adductis, pro neutra parte pronunciat, rem aliorum arbitrio relinquens. Rursum ita claudit disputationem Panormitanus. Ego satis putarẽ, quod nullo casu posset papa dissoluere matrimoniũ consummatũ inter fideles, ita quod eligerem partem negatiuã. Nec hic asse uerat, sed argumentũ ut disputabile proponit, cuius alteram partẽ ipse putat esse probabiliorẽ. Idem in c. Quãto, de diuortijs, inter multa scribit hæc. Et est iste text⁹ ad hoc optimus, & per rationẽ suam posset argui quod etiã ecclesia non posset illud dissoluere. Rursus non affirmat ecclesiam nõ posse dirimere matrimoniũ consummatũ. Immo potius innuit posse, licet ex hoc c. dicat posse sumi

argumentum pro diuersa parte. Necꝫ statim expugnatū est, quod oppugnari potest argumento. Quin & Hostiensis uidetur alibi pro diuersa sentētia facere. Siquidem is in c. Ex parte Secundi, de cōuersione coniugatorum quærit, an ecclesia possit hodie statuere, ut altero fideliū prolapso in hæresim, possit alter coniugum transire ad alia uota, ac diffinit posse, hoc argumēto. Sicut statuit, inquit, inter infideles, inter quos est uerū matrimoniū, in c. de infidel. & consang. & affinit. eodem modo uidetur quod possit statuere inter fideles. Nam ratificatio matrimonij, quæ est inter fideles, nascitur ex sacramēto baptismi, ut in d. c. Quāto, & hoc ex ecclesiæ dispositione, potest ergo aliter ecclesia statuere. An nō hic aperte pronunciat Hostiensis ecclesiam posse statuere, ut aliquod matrimonium ratum, & consummatum dissoluatur altero labente in hæresim, ita ut alter innoxius possit ad secūda uota transire, hoc est, nouū inire matrimonium. Negat tamē hoc posse fieri, nisi statuat ecclesia. Proinde matrimonium aliquod omnino indissolubile potest autoritas ecclesiæ dirimere, & sic dirimere, ut nouum contrahatur. Denicꝫ hûc redit disputatio Lei, ut uetet me aliā causam quærere, quā sacramentum. Non est sacramentum, inquit, ubi diuortium. Et tamē hanc causam ex ueteribus solus, quod sciam, adducit Augustinus, nec tamen hanc solam adducit. Et ni fallor hic Augustinus accepit sacramentum, non ut sit unum è septem, quod uideor mihi satis demonstrasse in annotatiōibus, sed ut sit typus, & imago rei sacræ, uidelicet coniunctionis Christi, & ecclesiæ, quæ tamen non hic solum dissidet ab exemplari suo, sed alijs quoꝫ in rebus, ut illic abunde demonstrauimus. Et tamen uerum est quod dicit Augustinus, si recte intelligatur, Vbi diuortium, ibi nō est sacramentum. Nam hactenus desinit congruere cum eo, cuius gerit imaginem. Sic ubi iurgium, ibi non est sacramentū, ubi zelotypia,

ibi nō

ibi non est sacramentū, ubi infidiæ, ibi non est sacramentum, & tamen ista sunt passim in cōiugijs legitimis, quæ tamen hac parte non respondent sacramenti uocabulo. Nec his uerbis urgebimur admodū, Quod deus coniunxit, homo ne separet, si modo sic interptemur, ut ego interpretor. Nec arbitror eam interptationem esse talem, ut cōtemni possit. Denicq; cur in matrimonio per ingressum religionis soluto, nolunt his uerbis esse pondus, in alijs ualere? Iam quoniam multis uerbis ostenderam pugnare cum typo sacramēti nouum hoc diuortium, quod nos pluribus de causis indulgemus, quū Christus nullo modo diuellatur à sua spōsa, ne morte quidem, ostendit hoc diuortium, licet Iudæis ignotum, à Christo tamen ac Paulo proditum fuisse. Cum enim iubetur manere innupta, quæ discessit, nec permittitur discedere, nisi ob causam adulterij, prorsus ostendit hoc diuortij genus, quod nunc habet ecclesia. Non inficior hoc fortiter interpretari Augustinum, sed præterea nihil audio, quod me cogat in eum sensum accipere. Iam ex euangelio non satis graui ter docet utriscq; par esse ius repudij, necq; enim illic habetur, mulier quæ repudiato marito alteri nupserit, mœchatur, sed qui repudiatā duxerit, mœchatur. Necq; dubium est, quin in hunc sensum accipiēdum sit, quod scribunt Marcus, & Lucas. Siquidē dimittit uirum, & quæ repudiata discedit à uiro. Sed huius disputatiōis finis esto, qua simul responsum arbitror annotationi Lei, quæ illi ueterum fuit duodecima. Mihi nec est, nec fuit animus super hac re contendere, tantum tentaui disputando, si qua uia possit inueniri, qua male constrictis coniugio cōsulatur. Videbam uiros olim probatæ doctrinæ, sanctimoniæque, non fuisse deterritos euangelij, Pauliq; uerbis, quo minus admitterent diuortiū, uidebam quædam secus posse exponi, quàm hactenus exposita sunt.

Videbam & hodie dirimi matrimoniũ, ob errorem personæ, ob ingressum religionis, ob alias quoq; causas, si non fuerit consummatum, cum tamen hoc quoq; uigorẽ suum habeat ex iure diuino. Ac de quo illud quoq; dictũ est, quod deus coniũxit, homo ne seperet. Item propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ. Postremo in hoc quoq; competit sacramenti ratio. Videbam iureconsultos quosdam, eosq; maximi nominis, in ea fuisse sententia, ut dicant oẽm matrimonium posse dirimi Romani pontificis autoritate, grauibus de causis. Videbam per pontificem personas reddi inhabiles, ut irritũ sit matrimonium, & liceat alteri rursus copulari, ueluti cognationis, aut ordinis causa. Videbam fieri posse, ut simili modo reddat inhabiles & illos, inter quos ebrios per lenas sine autoritate maiorũ temere coijt matrimonium. Cogitabam ecclesiam habere sponsi sui spiritum, neq; posse non recte statui, quod ad hominũ salutẽ illo authore statuatur? Miserebat me pereuntium, & optabam succurri. Id si fieri non potest, tamen incessi non potest pium animi uotum à Christiana charitate profectum. Optat charitas & quæ fieri non possunt, neq; fraudatur affectus irritus sua laude, præsertim quum tester tot uerbis me nihil aliud, quã inquirere disputando. Si Abbas Panormitanus tolerat, ut scriptor orthodoxus, qui in c. Deus, de diuortijs, in tertio notabili, dicit papam ex magna causa posse dispensare cõtra nouũ testamentum, cur mihi nõ licet inquirere, an hic possit, cum ille dicat in genere posse aduersus nouum testamentũ? Si oĩm ferẽ consensu Põtifex ex causis idoneis, imò sine causa, potestate, quã uocant absolutam, dirimit matrimonium non consummatum, quod ut sæpe dictũ est, iuris est diuini, cur nefas sit disquirere, an & in alijs possit quæ sunt iuris diuini? Si ferendum est, quod scripsit Vincen. citante Panormitano, in c. Proposuit, de cõcessione præbendæ. Romanũ pontificem

tificem in omnibus posse dispensare, præterquã in articulis fidei, modo id fiat ex idonea causa, non arbitror articulũ esse fidei, quomodo possit exponi locus apud Paulum, de non dirimendo matrimonio. Preterea si cum ius diuinum iubeat omnem causam finiri testimonio duorum, & tamen hoc in quibusdam casibus uetant fieri leges Cæsareæ, ac Pontificiæ, qd obstat, quo minus inquiramus, an hic possit dilatari, q̃d astrinxit Christus? Sed nimium diu uersor in alieno campo. Nec tamen soleo libenter uersari in huiusmodi scriptoribus, q̃ nos tã diuersis hominum opinionibus distrahunt, fundamento non admodum solido, sed tamen horum præsidijs tantisper uti uisum est, ut docerem mihi quoq; licuisse ex pio affectu citra contentionem inquirere, an matrimoniũ etiam consummatum possit dirimi. Porrò Leum alienis præsidijs adiutum fuisse in hac disputatione præter alia multa & illud arguit, quod approbet locum bene à me reddi tum, quod illi sane nouũ est in hoc opere, quicquã approbare meum. Nec tamen insector quod adiutus est, utinã sic adiutus esset in omnibus cæteris. Nam tum & inesset aliquãto plus doctrinæ, & multo minus rixæ, ac uirulẽtiæ. Etiam atq; etiam te rogo lector, ut siquid hic desyderes, ubi mihi non uacabat omia repetere, petas ab annotatione nostra posterioris æditionis.

AD XVIII.

SEd esto ego uos grauaui. Ostendo ex Græcis, & Ambrosio, & ex emendationibus Latinorũ exemplaribus legendum, Esto ego uos non grauaui. Et in hũc sensum interp̃tatur Theophylactus græcus, & Ambrosius latinus. Leus quoniã negat sibi esse lectum, ego uos grauaui, iubet eradi marginalem annotationem, manifestarium mendum in nostris. Ego si fuissem perinde felix, quã est Leus suo codice, nihil opus erat hoc operę sumere. De marginali annotamẽto nõ est ratio digladiari. 2. Cor. 13.

Gala. 2. QVoniam reprehensibilis erat. Adieceram in annotatione mihi uideri, Iacobum, & cęteros, qui apud illum erant, in hac fuisse sententia, ut crederent adhuc cerimonias Mosaicæ legis obseruandas esse prodito euangelio. Leus ait hac mente uoluisse obseruari, nequid offenderentur infirmi, nec ego prorsus aliud sensi. Nec enim arbitror tam stultos fuisse apostolos, ut putarent absq; legis præsidio non sufficere Christi gratiam. Verum Paulus putabat esse tempus, ut, si fieri posset, iam contempta superstitione quorundam, palã prædicaretur euangelica libertas.

PHILIPPENSES

AD XX.

Philip. 2. ESse se æqualem deo. Testatus sum non esse me clam quemadmodum hunc locum plerique ueterum interpretẽtur, nempe Christum fuisse natura deum, & deo patri æqualem, & in hoc sumpsisse serui formam, quod hominem assumpserit. Hoc refellens multis uerbis Leus, me docet, quod testatus sum me non ignorare. Cũ ego prolixo sermone declarem me sequi interpretationem Ambrosianam, quæ interpretatur formã speciem, & exemplum miraculis sese declarantis deum, Formam serui, non assumptam hominis naturã, sed speciem peccatoris, in qua cæsus est, & crucifixus. Non rapinam arbitratus est, enarrat, non sibi uindicauit diuinam naturã, sed hominem se profitetur ubique, & diuinitatem uelut occultans, alteram speciem magis est amplexus, ut nobis ostenderet, quæ sit ad ueram gloriam uia. Ea interpretatio si non placet Leo, erat illi cum Ambrosio res, non mecum. Neque enim nos alteram interpretationem reiicimus,

reiícimus, cum eam tamen reiíciat Ambroſius. Adiece ram, Proinde totus hic locus mihi uidetur uiolentius de torquæri ad Chriſti naturam, cum Paulus hic agat de ſpe cie exhibita nobis. Hic Leus ſic mecum agit, quaſi ſenſe rim in Chriſto formam ſerui dici naturam humanam, diſ ſimulans me diuerſam ſequi interpretationẽ. Atqui hoc fundamento conuulſo, nihil ille aduerſum nos agit ſua diſputatione. Porro quod cum dico Chriſti naturam, in terpretatur me de diuina loqui, ſciat me de utrauis loqui. Nam ut prior pars, Qui cum in forma dei eſſet, non perti net, iuxta Ambroſij ſentẽtiam, ad diuinam naturam, ſed ad ſpeciem exhibitam, ita forma ſerui non pertinet ad hu manam naturam aſſumptam, ſed ad ſpeciem peccatoris aſſumptã. At non probat, quod negarim me uidere, quid hic locus faceret aduerſus Arrianos, certe non multũ fa cit, ſi recipimus Ambroſianam interpretationem. Verum illud omnium peſſime habet hominem, quod adiecerim mihi cõpertum eſſe nunquàm fieri maiorem uim ſcriptu ris, quã cum aduerſus hæreticos diſputantes nihil non de torquemus ad uictoriam. Addit ſibi uideri quod & alias ſimile quiddam dixerim in fauorem Pelagianorũ, & Ar rianorum, immo quicquid huius dixi, dictum eſt in fauo rem noſtræ religionis, & in odium hæreticorum. Nã hoc ipſum admoneo in Methodo, ne pugnãtes cum hæreticis ſcripturæ uim faciamus, ne ſimus illis ridiculi. Et id ofte n do factum nonnunq; ab Ambroſio, ab Hieronymo, atq; etiã Auguſtino. Nec ideo tollitur illorum autoritas in in terpretãdo, ſi unũ aut alterũ locũ torſerũt, quod Hierony mus à ſe factũ fatetur etiã, nec hoc diffitetur Leus, necuere tur Paulo ſimile quoddã artificiũ tribuere, ſubindicans id in pugna licere, cum aduerſarius quocũq; modo uincien dus, & capiendus eſt, qui doceri nondũ meretur. Proin de nihil erat cur hic Leus excitaret tragœdiam his uerbis.

Hoc eſt

Hoc est fuco, atq; præstigijs, & ementitis uultibus rẽ agere, non Christi bellum gerere, sed diaboli, qui mendax est, & pater eius. Gratum hoc sane patrocinium omnibus hęreticis, ut dicant detortum esse, quicquid contra se afferatur, aliaq; permulta, in hanc sententiam, stultiora quã ut sint refellenda. Denicq; si uerum esset, inquit, tamen erat dissimulandũ. At eadem ratione, non esset usquam dissentiendum ab ecclesiæ doctoribus, ne hæretici dicant eos nusquam intelligere libros sacros, quod aliquot in locis lapsi sint. Ac multo magis erat dissimulandũ, quod Leus orbi prodidit, partem Euangelij Ioannis assutam ex apocrypho Nazoræorũ euangelio. Et hic me celebrem uirũ facit nusquã tribuens aliquid laudis, nisi cum me onerat inuidia. Hæc si Leus scribit non ex animo, peruerse seditiosus est, sin ex animi sententia, non admodum cordatus est.

AD XXI.

Colo. 1. VErbum dei mysterium. Admoneram quod græcis est μυστήριον sæpe uerti sacramentum, nec ideo protinus esse sacramẽtum unum è septem, alioqui fore pmulta. Nec enim ideo credo matrimoniũ esse sacramẽtũ unum e septem, quod Paulus appellet mysterium, sed quod ecclesia me docuerit esse unum è septẽ. Leus negat quẽquam sic ineptire, ut quoties legat sacramenti mẽtionem, toties putet mentionẽ fieri de sacramentis numero septem. Credo uiros graues non sic ineptire, & tamẽ sunt quidã adeo stolidi, ut hoc expedierit admoneri, nec hoc est calũniari, monere nequis possit labi, cũlibet crassus.

AD XXII.

Ad Hebręos. 1. ET figura. Hic arrodit Leus quod adieceram in annotatione. Ex hoc uerbo, uidelicet hypostaseos, nata est magna digladiatio, quod Arriani exigerent tres hypostases, & uerbum homusij non reciperent. Res indigna, meo sane iudicio, ob quã oriens & occidens exitiabili bello inter se conflictarentur, & orbis cõcordia turpiter scindere

scinderetur. Hoc loco mihi uidetur Leus uelut argumentum nactus declamatorium exercere uoluisse dicendi copiam, ac uim, sed ita id facit, ut ad me non magnopere pertineant, quæ differit. Nam ipse de uocabulis loquor, quæ nouitate sua præbuerunt dissidij materiam, id Leus ad rem trahit. Nostri tres personas agnoscebant, tres hypostases non item, Arriani cum hypostaseos uerbum libenter amplecterentur, abhorrebant ab homusij uocabulo, & quēadmodum Hieronymus suspicabatur subesse, nescio quid ueneni in syllabis, cum abeo exigeretur triū hypostaseon confessio, ita Arriani suspicabantur nescio quid ueneni latere in uocabulo homusij. Vocem esse inauditam, nusquā legi in diuinis libris, & ideo suspectam. Iam cum nullus unquā extiterit in ecclesia tumultus hoc grauior aut latius patens, an non magis expedisset omissis utrinq; nouis uocabulis tueri publicam orbis concordiam, quā rei Christianæ summā in extremū discrimen adducere? Præsertim cū in huiusmodi dissidijs ferè semi sceat affectus humanus, & utraq; pars opinionis suæ studio, & aduersariorum odio, iniquius interpretetur, quod ab aduersarijs adfertur, & suis impendio faueat. An non Hilarius Arrianorum odio, in diuersam hæresim prolapsus est, qui uexatus Arrianæ factionis persecutione, cū esset suo loco restitutus, non admisit Arrianos, nisi rebaptizatos, cum antea diuersæ factionis hæreticos absque baptismo nouo reciperet? Possem huius generis plura cōmemorare exempla, sed in re odiosa satis sit unū hoc. Iam quod mihi uidetur magis expediēs futurum fuisse, id uisū est & illius tēporis grauissimis episcopis ac principibus, qui frequentissima synodo semel atq; iterū censuerunt abolendam uerborum contentionem, modo de re fidei conueniret. Neq; quisquā admodum refragratus est de abolendo nomine homusij, imò probabile uidebatur oīmibus, ut uocabulū, quod cū in sacris literis nusq;

reperiretur, tamen nouitate sua multis esset scandalo, de medio tolleretur. Et iam coierat concordia, sed male sarta gratia nequiquã coit, & rescinditur, ut inquit Flaccus. Si quis diffidet nostræ narrationi, legat Hieronymi dialogum, quẽ scripsit aduersus Luciferanos. Iam sunt quędam huiusmodi, ut nõ sit necesse magno ecclesiæ tumultu persequi. Dissidebatur olim de celebrando pascha, ac grauibus episcopis ea res nõ est uisa satis idonea, ob quã Christianorum cõmunio scinderetur, eiusdem generis putauit Cyprianus, quod quidam ab hæreticis baptizatos denuo baptizabant, quidã secus, mihi uidẽtur ea potissimũ inculcanda, quę faciunt ad uitæ pietatem. Cæterum immodice philosophari in subtilitatibus illis, quæ plus habent ostentationis, quã fructus, non admodũ pbarim, pśertim si id fiat graui Chrĩanæ reipublicæ tumultu, cuius concordiæ usq; adeo consulendum est, ut Paulus sæpenumero parcat pseudapostolis, ne irritati grauius etiã turbarent pacem Christianorum. Si Arriani uoluissent confiteri, sicuti cõfitebantur, filium esse deum de deo genitum, similem patri, eiusdem cum illo naturę, quod nec ipsum, ni fallor, negabant, & omissis hypostaseon uocabulis nobiscum amplexi fuissent tres personas, nõne præstabat duorum uerborum iacturã facere, quã admittere dissidium tam exitiabile? An doceri non poterat æqualitas personarum, nisi repertum fuisset nouũ homusij uocabulum? at hanc non recipiebant Arriani. Non patrocinor in præsentia Arrianis, qui toto pectore sequor, quod definiuit ecclesia, sed illud quæro, an cõmoda interpretatione potuerit teneri concordia. Dicebant filium subditum patri, certe natura filius obtemperat patri, à quo uitam habet, forte fieri potest, ut qui subsit, non ideo tamẽ minus habeat dignitatis. Dicebant filium esse creaturã, quid si hoc sentiebãt, gigni ab alio, & esse ab alio quodãmodo condi esse? Dicebãt forte spiritũ sanctum utriusq; ministrum esse, quid si hoc sentiebant, per eum, & patrem

trem & filium operari? Iam cum Hilarius fateatur patrẽ esse filio maiorem autoritate, sed ita, ut filius minor non sit, cum hoc habeat à patre, ut illi sit æqualis, quantu lum abest ab Arrianis? Si pater maior est filio autoritate Origenis, igitur iuxta diuinæ naturæ rationẽ maior est, sed hoc quo maior est, non cõmunicat filio, uidetur igitur filius ea parte minor. Etẽ si Hilarius sensisset patrẽ filio maiorẽ, quatenus est homo, nõ oportuit refugere filium hac ratione dici minorẽ. Porrò secũdum eandẽ rationẽ aliquẽ dici maiorẽ altero, cũ ille minor nõ sit, nihilo uidetur pbabilius, quã si qs dicat Petrũ esse patrẽ Ioannis, cũ Ioannes nõ sit illius filius, æquũ est, ut in ijs, quæ nobis Apostolis, ac patribus, q ab illis hauserũt, tradita sunt, cõsentiamus oẽs. Cæterũ nihil nõ ptrahere ad fidei negotium seminariũ est dissidiorũ, ac pestis Christianæ cõcordiæ, qua sublata Christiani nõ sumus, cũ tamẽ possit esse obnoxius hæretico errori, qui Christo charus sit, si modo simpliciter erret inculpata ignorãtia. Expulsus est Arrius ob unã, aut alteram uoculã. Athanasij symbolũ q̃tidie canit̃ in tẽplis, & tamẽ negat catholicæ dici, quę nũc theologi fatent̃ dici tecte. Negat ille dici tres ęternos, tres oẽmipotentes, tres increatos, tres immẽsos, nec putat hũc sermonem minus impiũ esse, quã siquis dicat tres deos, at hodie diuersa est theologorum sententia. Nam quẽadmodum quum plures eodem fune trahũt nauim, multi trahunt, tamen una est tractio, sic nihil uetat personis diuinis numero multitudinis tribuere, quod tamẽ in singulis diuersum non est. Pater & filius & spiritussanctus sapiunt, & tamen eadem est sapientia. Tres uolunt, & tamen eadem est uoluntas. Tres prouident, & tamen eadem est prouidentia. Tres sunt, & tamẽ eadẽ est essentia. Ita eadem æternitate tres sunt æterni. Iam cum neget dici tres æternos, tamen post fatetur tres coęternos. Neque mihi satisfacit quod Durandus adfert de differentia

ſubſtantiui nominis & adiectiui, niſi forte ſic interpreteris, bonũ eſſe adiectiuũ, & bonitatem ſubſtantiuũ. Tres boni ſunt, non tres bonitates, quẽadmodum in corpore multa membra ſunt animata, ſed eadẽ eſt anima. Porrò nõ uideo quid interſit inter uocem æterni, & domini, ut tres ſunt æterni, ſed eadẽ æternitate, ita quid uetat dici tres dominos, ſed eodem dominio? Quando nõ deſunt magni nominis theologi, qui uero pioque ſenſu putant dici poſſe tres deos, ſed eadem deitate. Nimirum ſiquis ſentiat tres eſſe, quorum quiſq; dicatur deus, ſed eadem, ut dixi, deitate, qua cæteri. Iam quod ait, Nam ſicut anima ratiõalis, & caro unus eſt homo, ita deus & homo unus eſt Chriſtus, niſi cõmode interptemur, ſenſum habet hæreticũ. Ad hęc quod hic negat in trinitate quicquã eſſe maius, Hilarius nõ refugit, patrem dicere maiorem. Rurſus quod hic negat quicquã eſſe prius, non defuerũt theologi, qui dixerint patrem aliqua ratione filio priorẽ. Iamdudum clamas lector, quorſum hæc? Vt oſtẽdam de rebus diuinis nihil tam circunſpecte dici poſſe, quin pateat calumniæ, ſi cõtingat iniquus interpres. Proinde ſatius eſſe nõ tãmulta definire de huiuſmodi rebus, quas nec aſſequitur intellectus humanus, nec exprimit ſermo. Præſtat uenerari quædam, quàm ſcrutari. Dubium non eſt, quin & hodie multa de diuina natura ignoret eccleſia, cui ſatis eſt, quod ea nouit, quæ docet ſacra ſcriptura, quæq; ad ſalutis neceſſitatem pertinent. Ego ſiquid habuiſſem autoritatis in illis ſynodis, in quibus de orbis cõcordia tractabatur, ſuaſiſſem præſtare neſcire quid ſibi uellet homuſij uerbũ in perſonis diuinis, quã tanto rerũ tumultu uel tueri, uel impugnare. Sed hæc omnia aduerſus Leum dicta ſunt, non pro Arrianis, quorũ omnis hæreſis ſic eſt exploſa, ut nõ alia magis. Nec eſt periculum, nequis illam inſtauret. Nam aliunde nũc eſt periculum eccleſiæ, ſi tamen ullum eſt periculum.

AD

MAgni dei, & saluatoris nostri IESV Christi. Cum ostendissem hunc locum bifariam legi posse, coniuctim ac diuisim, si cõiunctim legas, magni & saluatoris, utrunq; referetur ad Christũ, sin diuisim, magni dei referetur ad patrẽ, saluatoris ad Christum. Neq; diffiteor Hieronymũ & Chrysostomũ sic interp̃tari, ut utrũque tribuant Christo, uelut exultãtes aduersus Arrianos ceu uictores, cum locus planè sit anceps, imò magis pro illis faciat, quã pro nobis. Hic Leus docet non posse referri alio, quã ad Christum, hoc uidelicet argumento, quod de aduentu Christi frequenter legamus, de aduentu patris nusquã. Vt hoc largiamur Leo, non alibi legi de aduentu patris, tamen ipse sermo nihil prohibet quin diuisim intellectus possit, quod ad priorẽ partem attinet, accipi de parte. Atq; ita sane interp̃tatur Ambrosius, cuius uerba, si quis forte mihi diffidit, subscribam. Hanc esse dicit beatam spem credentiũ, qui expectant aduentum gloriæ magni dei, quod reuelare habet iudice Chr̃o, in quo dei patris uidebitur potestas, & gloria, ut fidei suæ præmium consequantur. Ad hoc em̃ redemit nos Christus, ut puram uitã sectantes, repleti bonis operibus regni dei hæredes esse possimus. An nõ hic palam dicit patrem declaraturum gloriam, & potestatẽ suam iudice Christo? Nec hic simpliciter nominatur aduentus patris, sed aduẽtus gloriæ, ut aduentus nõ proprie pertineat ad patrem, sed ad gloriam. Aduenier ipse Christus, sed cum gloria, & maiestate patris. Interim tempus est humilitatis, tunc erit tempus gloriæ, quam interim expectamus. Ea tum demũ aduenier, cum aperietur gloria magni dei patris, & seruatoris nostri Iesu. At secus, inquit, interpretat̃ Hieronymus, scio, sed uiolẽtior in tractãdis scripturis, quoties dimicat aduersus hæreticos, id quod Leus alicubi si-

Ti. 2.

bi uoluit prodesse, cum Petri locũ secus interpretaretur; quã ego ex Hieronymi sententia fuissem interpretatus. Mihi certe satis est locũ hũc secus enarrari posse, ac meo iudicio non aliud sensit Paulus, quã quod interpretatur Ambrosius, Porrò cum negari non possit sermonem esse ancipitem, citius hinc Arriani caperent ansam, ut dicant Christum patre minorem, quod Paulus patrem magnũ appellet, filium nec deũ, nec magnũ deum appellet. Sed donemus in lectione nihil esse amphibologiæ, num continuo euicerimus filium esse patri æqualem, si constiterit esse deum, & magnũ deum? Deum non negant Arriani, neq; deus esse potest, quin magnus sit, nihil tamen uetet alterũ esse maiorẽ, q̃ sic magnus est, ut illo nihil sit maius. Nec aliud tamen adferunt argumentum Chrysostomus, & Hieronymus, qui uelut euicta re clamãt, ubi est serpẽs Arrius? Vbi Eunomius coluber? Faueo nostræ uictoriæ, sed ante triumphum uidendũ erat, quid statim obijcere possit aduersarius. Hæc dicta sint, non ut patrociner Arrianis, quorum ut admiror doctrinã, ita detestor impietatem, sed ut Lei calumnias depellam.

AD XXIIII.

1. Ioan. epistolę Capit. 4.

QVi soluit Iesum. Hic simpliciter ostendi quid esset in græcis codicibus, nec approbans quicquã, nec improbans. Nam græci legunt hunc in modum, ὃ μὴ ὁμολογεῖ ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ ΕΝ ΣΑΡΚΙ ἐληλυθότα. Id est, q̃nõ confitetur Iesum Christum in carne uenisse. Leus ostẽdit ex historia tripertita locum hunc ab hæreticis quibusdã fuisse uitiatum, neq; librum interim indicãs, neq; caput, ut uideatur ab alio quopiam admonitus hoc adiecisse, & accipio quod adfert historia, sed ita, ut mihi nõ sit necesse credere, nisi cõmodum fuerit. Nam de uitiatis libris frequenter utraq; pars alteri solet obijcere. Certe quod habent græci codices magis cõgruit cum stylo Ioãnis euãgelistæ,

gelistæ, cui peculiare est contrariam sententiam accinere priori, quo magis infigat animis quod dixit. Quod genus sunt illa, Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se, Qui uero non credit filio, mendacem facit eum &c. Ac mox. Qui habet filium dei, habet uitam, qui non habet filium dei, uitam non habet. Qui confitetur ex deo est, qui non confitetur, ex deo non est. Sit enim hoc exempli gratia positum, cum totius huius euangelistæ sermo plenus sit huiusmodi figuris. Iam ut demus, Qui soluit Iesum fuisse scriptum à Ioanne, an his uerbis continuo refutatur error eorum, qui dicebant Christum esse purum hominem? Aeque ad illos pertinebāt, qui negabant Christo esse animam humanam, atq; ita negabant uerum fuisse hominem, sed deum corpore indutum. Si quid reperissem apud græcos, quod cum nostra consensisset editione, id sequi maluissem, nunc quia non repperi, tātum admonui quid esset mutatum. Atq; ego iuxta sensum animi mei iudico germanam esse lectionem, quàm habent græci, quod tamen nullo meo periculo dictum uelim, nam meum sensum ecclesiæ iudicio submitto. Non est usque adeo grauis auctoritas eius historiæ, ut ex huius fide nobis certo liqueat quid hic scripserit Ioannes. Certe negari non potest Cyprianum hunc iuxta græcos codices adducere locū libro aduersus Iudæos secūdo, cap. 7. Oīs spūs, qui cōfitetur Iesum Christūin carne uenisse, de deo est, qui aūt negateū, in carne uenisse, de deo non est, sed de Antichristi spiritu. Quod si Leus diffidit editioni nostræ, cōsulat alias, & si secus illic repererit, clamitet me falsarium. Apud Augustinū in homilijs, quibus enarrat hanc epistolam, in contextu, qui præfertur, adduciturhic locus, quem admodū legūt græci, &. S. Cyprianus, & tamē in fine interpretatur & hoc, omis spiritus qui soluit Christū, nō est ex deo, ut appareat, hāc particulā fuisse tertiā in illius codice, oīs qui cōfitetur, omis qui nō cōfitetur, oīs qui soluit,

Aut cer-

Aut certe tum temporis ancipitem fuisse lectionẽ ecclesiasticam, & utrãq; Augustinum uoluisse interpretari. Nescio quid sibi uelit, quod Leus recẽsens Epiphanij uerba legit hunc in modum. Omnino spiritus, qui soluit deum, ex deo non est. An hic non ueritus est mutare sacrã lectionem, præsertim unde putat hæreticos refelli? An hic non uenit illi in mentem terribilis illa lex, qua me tam inclementer stringit tota disputatione? Quid hic prætexet Leus? Codicem deprauatũ unde descripsit? lapsum memoriæ? dormitantiam humanæ mentis, chalcographorum culpam? sed omnem excusationem sibi præcludit, qui in alios tam morose durus est.

AD XXV.

Eiusdẽ capi. 5.

TRes sunt qui testimonium dant in cœlo. Quoniam in græcis codicibus non repperi mentionem patris, uerbi, & spiritus sancti, duobus uerbis admonuerã, quid in nostris codicibus abundaret, nec approbans, nec improbans quicq;. Objicit Leus Vallam, qui uir alioqui diligens huius rei non meminerit, haud dubium quin admoniturus, si quid cõperisset dissidere. Non hic respondebo Laurentium hominem fuisse, ac fieri potuisse, ut illum aliquid suffugerit, tantum illud dicam, mihi diuersis temporibus plura fuisse exemplaria quàm septem, nec in ullo horum repertum, quod in nostris legitur. Quod si mihi contigisset unum exemplar, in quo fuisset quod nos legimus, nimirum illinc adiecissem, quod in cęteris aberat. Id quia non contigit, quod solum licuit, feci, indicaui quid in græcis codicibus minus eẽt. Porrò quod Hieronymus in præfatione sua testatur hunc locum ab hæreticis depraua tum, si uelim uti iure meo, possem appellare ab Hieronymi auctoritate, quod Leus facit quoties ipsi commodũ est. Et certe in huiusmodi rebus uir ille sanctissimus satis est ardens, ac uæhemens, ne dicam uiolentus, asseuerans interdum tanq; cõpertum, quod non perinde certum est, atq; ille

atq; ille uult uideri. Nonnunquã pugnans cum aduersario abutitur lectione, quã alias improbat, uelut illud, Diuisa est mulier & uirgo. Alicubi diuersum asseuerans ei, quod alibi confirmarat, sermonem suum ad rem præsentem acõmodans. Idem multa resecuit à canone hebræorũ, multa ut fabulosa, ut subditicia notauit obelisco, quæ nunc ecclesia sine discrimine legit, uelut fabulam Beli draconis, historiam Susannæ liberatæ, duos postremos libros Esdræ, quorum argumentum ille somnia uocat, nec uerítus est ueru præfixo ingulare hymnũ trium puerorum, quẽ solenniter, & assidue decantat ecclesia. Si nõ credimus illi in tam multis amputatis, an prodigiosum sit, si diffidamus illi hic addenti nonnihil? Quanquã uerum nõ est, quod ait Leus, autore Hieronymo locũ hũc ab hæreticis fuisse deprauatum, sed hoc ipse deprauate narrat, ut alia pleraq;, quo mihi apud imperitos harum technarum plus conciliet inuidiæ. Hieronymus queritur has epistolas à diuersis fuisse uersas, & horum editiones inter se non consentire, ex quo colligit non esse uerũ, q̃d inter se pugnat. Quod si uertissent illi, quod scriptũ erat ab autoribus epistolarũ, neq; nos torqueret ambiguitas, nec sermonis uarietas fidem & autoritatem eleuaret. Atqui cum fateatur Hieronymus aberratũ in his epistolis à ueritate germanę scripturæ, quonam argumento cõperit ipse germanũ esse quod restituit? Conijcere licet illius temporibus ecclesiam ferè totam secus legisse, quã legendum esse contendit Hieronymus, alioqui locum nõ habebunt illa, quę sequuntur. Sed tu uirgo Christi Eustochium dum à me impensius scripturæ ueritatẽ inquiris, meam quodãmodo senectutem inuidorũ dentibus corrodẽdam exponis, qui me falsariũ corruptoremq; sacrarum pronunciant scripturarum. Qua fronte clamassent eum falsarium, nisi publicam lectionẽ mutasset? Porrò cum certum sit exemplaria uariasse, neq; certum est argu

t mentum

mentum hoc esse scriptum ab apostolo, quod addit Hieronymus, quid est quod hic uociferetur Leus aduersum me, qui nostram lectionem nõ improbo, sed ut est relinquo? Tantum illud uerto, quod apud græcos reperitur. Hieronymus testat olim fuisse in codicibus latinis, quorum tunc eratusus publicus. Si in nullo codice deesset, qd indicat deesse Hieronymus. uideri poterat finxisse quod ait. Nunc res ipsa docet illum uera locutũ. Porrò quod apud Hieronymũ legimus, in qua etiã ab infidelibus trãslatoribus multũ erratũ esse à fidei ueritate comperimus, consyderet prudens lector, an legendum sit, etiam à fidelibus translatoribus, ut sensus sit, interptes in alijs bonæ fidei hic tamẽ aberrasse. Ac ne Leus putet hanc partem à nullo prætermissam, præterquã ab hæreticis, sciat Cyrillum in operæ, cui titulũ fecit thesauro, lib. xiiij. ca. penultimo, congestis pluribus testimonijs aduersus Arrianos hunc quoq; locũ adducere, sed omissa parte, quã nos hactenus in græcis codicibus non reperimus. An putandũ est eum hoc telum omissum fuisse, si credidisset ab apostolo scriptum, quod affirmat Hieronymus, Ipsa Cyrilli uerba subscribã, si quis mihi diffidet. Rursum, inquit, Ioannes in eadem epistola ait, Quis est, qui uincit mundum? nisi qui credit, quia Iesus est filius dei. Hic uenit p aquã, & sanguinem, & spiritum Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine, & spiritus est qui testimonium perhibet, spiritus enim ueritas est. Quia tres sunt qui testimonium perhibẽt, spiritus, & aqua, & sanguis, & hi tres unũ sunt. Si testimoniũ hominũ accipimus, testimoniũ dei maius est. Aduerte rursus diligẽter, quia hic etiam ueritatis prædicator deum uerum de deo uero spiritum sanctum naturaliter esse docet. Nam cum dixisset spiritum esse, qui testimonium perhibet, post pauca statim addidit, quod testimonium dei maius est. Quomodo igitur creatura erit spiritus sanctus, qui nõ aliter quã pater, deus ab apostolis appellatur? Ex his opinor satis perspicuũ est

euum est in codice Cyrilli non fuisse testimonium trium in cœlo, patris, uerbi, & spiritus. Ad hæc Beda locũ huc diligenter enarrans, cum accurate, multisqúe uerbis exponat testimoniũ triplex in terra, nullam mentionẽ facit testimonij in cœlo, patris, uerbi, & spiritus. Nec huic tamen uiro defuit uel linguarum peritia, uel in obseruandis antiquis exemplaribus diligẽtia, imò ne hæc quidem addit in terra, tantum legit, Tres sunt qui testimonium dant. In codice qui mihi præbitus est ex bibliotheca minoritarum Anuuerpiensium, manu recẽtiore erat ascriptum margine scholiũ de testimonio patris, uerbi, & spiritus. Rei summam habes lector, nunc mihi uide quàm atrocem tragœdiam hinc suscitet Leus, ueluti nactus argumentum, in quo tubam illam ἀληκτοῦς intendat summis uiribus. Iam, inqt, secũ reputet lector Christianus, an fas sit, oracula putare, quæ græci codices habẽt. Vt demus esse certũ, quod affirmat Hieronymus, ut donemus quod ait Leus, hunc locum ab hæreticis deprauatũ, quis unquã dixit græcis codicibus fidendum ut oraculis? Cũ toties aliud tester, quorsum attinet hæc tã absurda ingerere, & uerbis nihil ad rem facientibus mouere seditionẽ, ac ueluti classicũ canere? Docuisse se dicit ex Epiphanio, decurtatã esse Ioannis epistolã. Hic rursus ex Hiero. nõnihil omissũ ab hæreticis, & utrũq; inqt, hunc locũ sic ab hæreticis depuatũ, præbet nobis exẽplar Erasmicũ, tũ in priore, tum in posteriore editiõe. Quid ego audio? An mea sũt exẽplaria oĩa, qbus sum usus in hoc ope? An illa tantũ mea sũt, quæ Leus dicit esse deprauata? Quid si cõperiat eadem lectio in exẽplari bibliothecę põtificiæ? an in pontificis exẽplar detonabit Leus? At fingat iam Leus sibi à summo põtifice datum negotium, ut quod illic græce legitur, bona fide reddat latine, an secus uertet, quam ego uerti? an de suo fartiet, quod deest in exẽplari? Verum hic summus põtifex fidem illius desyderabit,

qui sit ausus ab exemplari præscripto discedere. Neq; em̃ me profiteor iudicem græcorũ uoluminũ, sed interpretem. Nec his cõtentus animus Lei subiicit his etiam uirulẽtiora, ut nõ satis mirer, inquit, illum in tale exẽplar incidisse, & sic iam bis emisisse inconsultis (ut par est putare) aliis exemplaribus (quanquã impium quiddam sapit in dogmatibus tam sacris, tamq; uenerandis, & in locis fidei tam necessariis, tanta supinitas) ne dicam dissimulato, si quid secus haberent cætera exemplaria. Primum sic agit Leus, quasi mihi non fuerit, nisi unicũ exemplar, cum tam multis sim usus, primũ in Anglia, mox in Brabantia, postremo Basileæ, non semel, quasiq; unicum illum codicem mendosum secutus, cæteros non consuluerim, sed hic addit, ut putare par est. An nõ hic planẽ præstat, quod in præfatione pollicitus est, se fore sycophantã in libris alienis? Cum hac in re nec sumptui pepercerim, nec ualetudini, qua coniectura suspicandum est, me uni co exemplari fisum, cætera nõ consuluisse? Quid dici potuit magis sycophanticum? Et quæ est ista tanta supinitas, quæ impium quiddam sapit, si nõ consului codices, quorum mihi nõ potuit esse copia? Certe quod potui cõgessi. Proferat Leus codicem græcum, qui scriptum habeat, quod editio mea non habet, & doceat eius codicis mihi fuisse copiam, ac postea supinitatẽ mihi impingat in sacris dogmatis. Quod si nõ potest, uides lector, quid illi possit impingi. Nec his adhuc contentũ uirulentũ hominis ingenium addit, ne dicã dissimulato, Cur hic dissimularem, qui toto opere non dissimulo, si quid dissideant græci, aut si quid parum probatur etiam apud illos? His conuicijs quid aliud efficit Leus, quã ut pus animi sui declaret? Quod si maxime fuisset codex, qui haberet, quod non habent quos ego uiderim, cur potius suspicetur me peruerso studio dissimulasse, quã dormitasse? An hoc ago toto hoc labore meo, ut quæ faciant contra

hæreti-

hæreticos omittam? Quis adeo furiosus est, ut id de me suspicetur? At non meminit Laurentius, fateor. Et fieri poterat, ut non animaduerterit, fieri potuit, ut illius codex habuerit, quod mei non habebant. An ideo sum impius, quod mihi non sit omniũ codicum copia? Vallam subleuat, quod homo pius græcorũ codicum errata dissimularit, & siquid defuit, ex latinis adiecerit, ne fidem eleuaret græcorum exemplariũ. At ego puto, si uiuat Laurentius, patrocinium hoc Lei manibus ac pedibus repulsurum. Cur hic putetur hoc fecisse, cum tot locis nostram damnet lectionem, etiam cum conuitio? Quã ne faciem quidem habent ueri, quæ nugatur hoc loco Leus. Verũ ne nimium tibi molestus sim lector recẽsendis illius nænijs, rem in compendium cõferam. Ostendit ingens esse periculum, ne Arrianorũ hæresis rursus caput erigat, si senserint quidam hanc particulã omissam. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, uerbum, & spiritus sanctus, & hi tres unũ sunt, cum nulla sit hæresis magis extincta, quã Arrianorum, mirũ unde sic metuat Leus. Sed fingamus reuiuiscere Arrianos, an ob unum hũc locum obmutescent? an non sunt alia loca permulta, quibus possint reuinci? Sed quid profuerat, si ego dissimulassem sic esse in libris græcis, cum ipsi græci codices declarent id quod res est? Quod si prorsus dissimulandũ erat, cur ubi prodidit Hieronymus pleroscq; codices etiam latinos, hanc particulam nõ habuisse? Videlicet debebat tacitus addere, atq; ita lectorem fallere. At responderet Hieronymus, frustra dissimulassem, quod nemo nesciebat. Idem à me respõderi potest. Vt ego uoluerim dissimulare, qui græce norũt, deprehendissent technã meam. Et græcissant nunc plerique, paulopost nullus inter literatos numerabitur, q græce nesciat, quantũuis etiamnum reclament seniculi quidam, qui mordicus tuentur ueterem suam saliuam ac uappam, cui assueuerũt. An statim hoc loco p-

lato, obstruetur os Arrianis, adeo ut ne sibilare quidem ulterius audeant, quemadmodũ putat Leus? An hic nullo negotio uicerimus? an nullus supererit angulus, quo diuertant? Primũ dicere poterũt, locum hunc à nobis uitiatum. Sed hic Leus protinus obijciet eis autorem Hieronymũ, eum illi negligẽt, fortassis illo doctiores, & instructiores, nec enim ulla fuit factio peritior sacrarum literarum, quã fuerit Arrianorum, in hoc suum præceptorem Origenem referentium, quã ego sic deuictam gaudeo, ut libros tamen uelim, eruditionis gratia superesse. Deinde an ex euangelio Ioannis, filiũ esse patri ὁμούσιον, cogentur fateri, quia Christus dixerit, ego & pater unum sumus? An non ilico poterunt tergiuersari, de consensu dictum esse, non de eadem essentia? Et quo id uideantur dicere probabilius, adducent illud ex eiusdem euangelistæ cap. xvij. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos. An nos ita sumus unum, sicut filius unũ est cum patre? Ac paulopost, non pro eis autẽ rogo tantũ, sed & pro eis, qui credituri sunt per uerbum eorũ in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unũ sint. Puto autem nõ obscurum, quin hic loquatur de cõsensu, præsertim cũ precesserit, sermo tuus ueritas est, sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundũ. Vides hic agi de consensu prædicationis. Sequitur aliquanto post. Et ego claritatem, quã dedisti mihi, dedi eis, ut sint unũ, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint cõsummati in unũ, ut cognoscat mundus, quia tu me misisti. Cur in una parte Augustinus, cũq; hoc alij complures interpretantur unum esse consensum fidei, in altera eandem essentiam? Nõ hic patrocinor Arrio, sed reijcio Lei calumniã. Iam quemadmodum elaberentur ex eo loco Ioannis, eadem ratione eluderent hunc locum, in quo fit mentio testimoniorũm. Nihil autem æque confirmat autori-

auctoritatem testimonij, ut consensus. Itaque consentiũt in terra spiritus, aqua, & sanguis. An hæc tria sũt unum, sicut pater, filius, & spiritus sanctus unum sunt? Nemo dicet opinor, sed testimonij consensu sunt unum. Ita pater, uerbum, & spiritus sanctus sunt unum. Pater testatur de filio, filius nihil docet, nisi quod accepit à patre, spiritus sanctus accipit de filio, quod suggerit apostolis. Hæc cum probabiliter etiam dici possint ab Arrianis, quomodo Leus affirmat non fore, quod uel sibilent Arriani hoc loco incolumi? Vt nequid interim arguter, in cœlo, nihil opus testimonio, ubi nemo diffidit, tum hunc totum locum inuolutum esse tropis, ut interpretatione quiuis elabi possit, si uelit esse contentiosus. Non hæc dixerim, quod nolim his locis non esse põdus aduersus hæreticos, sed quod nolim rem eo periculi redigi, ut hoc loco mutato nõ possint illi redargui. Ego ob hoc potissimum credo filiũ esse eiusdem essentiæ cum patre, quod sic interpretetur ecclesia, æque crediturus, etiamsi hic locus secus haberet apud nos, quàm habet. Iam altera hæresis, cum sit adeo sepulta, ut ni mentio fieret in nostris libris, nemo suspicaretur fuisse, qui talia somniassent, Leus sic est sollicitus, ut ni superior locus ex Epiphanio fuisset restitutus, non sit quo possint illi reuinci. Proinde si Leo credimus, uincent Carpocratiani, si mentitus sit Epiphanius, qui solus scripsit eum locum fuisse depraua tum. Quasi uero non satis aperte dixerit Ioannes in euangelio, & deus erat uerbum, etiam si hic locus non opitularetur, qui & suspectus est, & subobscurus. Nobis hoc testimonio non est opus, quibus persuasissimum est, Christum & deum esse, & hominem. Carpocratiani citabunt eam lectionem, quæ pro ipsis facit, & talem fuisse docet Epiphanius. Deprauatum fuisse locum negabũt. Sed nihil hoc ex animo scribit Leus, nõ adeo cęcutit, quin uideat hinc ecclesiæ nihil esse piculi,

cũ nostra.

cum nostra translatio non sit ecclesiastica, etiã si illustrat, & emendat ecclesiasticam, neq; sic proponatur, ut illi fidamus, nisi persuaserint alia argumenta, quod plus uicies dictum, tamen Leo surdo dicitur. Verum hæc exaggerat, quo mihi moueat odium ac seditionem, qui fuit unicus illi scopus, cum hoc laboris susciperet. Nunc audiamus tubam illius seditiosam, qua conatur orbem ad tumultũ cõcitare, non alia re fretus, quàm quorũdam stolida ditate, & odio cæco. Deinde quod intelligit paucis ocium futurũ, ut hæc legant, aut si legerint, non uacaturum, ut legant attente. Donet illi deus, ut aliquando habeat tantum ingenij ad benefaciendũ, quãtum apparet illi esse mentis ad nocendum, & tantum illi contingat uenæ ad benedicẽdum, quantum ualere uidetur ad maledicendũ. Sed nunc audiamus ipsum sua uerba sonantem. Et nunquid, inquit, putas hic bis triumphaturos hæreticos, tum quod tã insignibus contra se testimonijs liberentur, tum quod fas arbitrabuntur in nos retorquere crimen, quod sacræ scripturæ per nos uitiatæ sint, quodq; impostoris, ac sycophantijs cõtra se hactenus certatum sit. Primũ quis liberat hæreticos his insignibus testimonijs? Nonne manet ecclesiæ sua lectio? An fidei prora & puppis in hoc periclitat, si resciscãt hæretici esse diuersam lectionem? At illos hoc docuit Hieronymus, & Epiphanius, docent hoc libri græci, quos expediebat exuri, si tantum erat periculi. An bis triumphabunt hæretici, sublato duorum horum locorum præsidio? At ego ne semel quidem arbitror triũphaturos, etiamsi tota hæc epistola intercidisset. At quos tandẽ hæreticos mihi narrat Leus? Nimirum eos, quorũ præter nomẽ nihil extat. Horum umbras, usque adeo metuit homo formidolosus ubi nihil opus? Quod si hæretici calũniabuntur scripturas à nobis uitiatas, an mihi hoc imputandum censet? Si uitiatæ non sunt, poterunt ipsi uitiare suo commodo. Iã si semel collabitur omnis auctoritas scripturæ uno aut altero lo

tero loco uitiato, quãtum est periculi, quod passim libri nostri tot mendis scatẽt? Nullus hæreticorum usq; adeo caruit fronte, ut ob unum locum deprauatum abrogarit fidem cæteris omnibus. Sed pergit Leus. Ad hoc, inquit, contra nos citabunt hos græcos codices, quibus si fidem faciat celebris autoris fama, qui eos emisit, malim alios prędiuinare quid inde eueniet, quã ut ego dicã. Certe nimis quã timeo futurũ formidabile schisma in ecclesia dei. Timeo ne iterũ incidamus in Arrianica tempora, & nũquam satis deflendam ecclesiæ sanctę discordiam. Sæpe fit, ut noua ceu sacra amplectamur, & iudicium nõ ex rerum dignitate, sed ex autoris titulo expendamus. Quod si hic fiet, quid non sequetur tumultuũ, quid non factionum, quid non rixarum, quid non tempestatum? Nam ea est autoris existimatio, ut quiduis ab aliquot etiam nõ infimatibus uel autoritate impetrare possit, ut omittam flumen illud eloquentiæ, quo uel hosti persuadere solet, & nonnullos uideo uel solo nominis illius lenocinio captos, ut nihil præterea spectent, nisi quod is dixerit hoc satis fore rati, ut uelut oracuło blãdiantur sibi. Hæc si crederem Leo scribi ex animo, precarer homini fidum medicum, nunc arte scribuntur hæc omia in gratiam quorũdam, qui sibi stultissime persuaserunt, se non fore satis magni nominis, si uouum hoc studiorum genus inualuerit aduersus ueteris inscitiæ patronos, & in odium mei, quem sibi iam olim delegit, qui cum conflictatus subito innotescat orbi. Obsecro quæ res tantũ mare malorum nobis inuehet, tot schismata, tot hęreses, tot tumultus, tot tempestates, tot naufragia? an quod prodeunt græci codices? eosdem edidit Aldus, an quod ostenderim illos à nostris alicubi dissonare? id ante me prodidit Laurentius, an quod grȩcum uerterim? id ante me fecit Iacobus faber. Iam plusquã tres anni sunt, quod nouum testamentum à me recognitum uersatur in manibus hominum.

Quid unquam hinc natum est tumultus? Multi fatentur se non mediocriter profecisse nostro labore, profecit & Leus non minime, licet sædulo dissimilet homo hominum, qui uiuũt, gratissimus. Summus põtifex collaudauit industriam, collaudant optimi, & doctissimi quiq, collaudauit pleno ore felicis memoriæ D. Ioannes Atensis, quõdam huius Academiæ uicecancellarius, nullus extitit tumultus, nisi quod stolidi quidam nullo iudicio, sed cæco odio bonarum literarum, nescio quid blaterarunt apud indoctos, Sed adeo stupide, ut ipsis etiam idiotis paulo cordatioribus sint deridiculi. Sed ueret Leus ne mea autoritas imponat multis, ego nec unquã arrogaui mihi ullam autoritatem, nec habeo, quam mihi Leus arte tribuit, quo me grauius premat in causa. Sed fingat esse maximam, quid periculi? an statim adorabũt quicquid est in græcorum codicibus? Si mihi fidem habẽt, nõ usquequaq fidẽt illis, quod ego toties ueto fieri, Proinde autoritas, quã mihi tribuit Leus, efficiet, ne quis statim amplectatur pro oraculo, quod in græcis codicibus repererit. Simili consilio uerbis attollit admirabilem illam meam eloquentiam, qua soleam uel hosti persuadere quidlibet. Quid? an significat me hanc uersurã in perniciem religionis Christianæ? Quod si ea autor in gloriã Christi, quid metuendum ab hoc flumine, quod mihi ficte tribuit Leus? Si persuadeo, quicqd uolo, persuasum esse oportet, hanc editionem nostrã cum iudicio legendam esse, nec protinus damnandam uulgatam lectionem, sicubi græci dissentiunt codices, Hoc si persuasum est, & si hoc credunt, qui mihi tantum tribuunt, quantum prædicat Leus, quæ possit exoriri tempestas? Euulgantur hebræorum libri, in his uersatur Leus. Plura in illis dissentiunt à nostris, quàm in nouo testamento. Cur hic non formidat Leus hæreses, schismata, tempestates, tumultus, rixas, procellas, exitia, naufragia, pluuia, panolethrias,

olethrías, & ſiquíd dícī poteſt hīs etíam atrocius? Sed Leum audíamus relíqua detonantē. Iam uíderít, ínquit, eccleſía, an hæc tam parua ſínt, ut cōtemní debeant. Exemplaría plus quater mílle per orbem Chriſtíanum díſperſa ſunt. Oīnía carēt hís teſtímonijs, quíbus habet ſcríptura nulla uel ſanctíora, uel magís neceſſaría, ut taceam cæteros locos, quos ſparſím annotauímus ín græcís peíus habere, quā ín latínís exemplarības. Hactenus Leus. Cum Frobenius non ediderít ultra ter mílle uolumína, trecenta, Leus facít plura quatuor míllíbus. Sed eſto uulgata ſínt ſex mília, quíd tum poſtea? Sed ín hís oīmíbus abſunt ea teſtímonía, eſto, quíd deínde? Nihíl alíud, quàm quod íntellígent homínes, ín pleríſque græcorum codícibus ílla non addí, ſed ín ſexcētis míl íbus habentur ílla addíta. Iam quod hís duobus locís negat ulla eſſe uel ſanctíora, uel magís neceſſaría, uídeat ne non ſíne íníuría euāgelíorum, & Paulínarum epíſtolarum hoc díxerít. Totíes autem ínculcat eſſe locos, quí peíus habeant ín græcís, quàm ín noſtrís codícibus. Vt donemus alíquot eſſe, cur non numerat ínnumeros locos, quí melíus habent apud græcos, quàm apud nos? At proſequítur Leus ſeditíoſam hanc concíonem. Et tamen, ínquít, ut hæc noua prę ueterības ín pretío, ac delícijs habeātur, cum alía, tum íllud ín prímís efficíet, quod noua acceſſerít oratíonís facíes, & ſermonís nítor, & uelut Eraſmíca quædam mundítíes, Síquídem hoc lucrí reputabunt feciſſe ſe, quí contemptís ueterības exemplarības hís nouís ínhærebunt, quod, cum multas ſermonís ſordes euaſerínt, tum ín hoc puro & caſto dícendí genere plurímū profecerínt. Hactenus Lei uerba. Cum ín uertendo nouo teſtamento níhíl admíſcuerímus fucí, ſed euangelící, apoſtolícíq; ſermonís ſímplícítatē ſeruauerímus, quís eſt íſte nítor, quí efficíat, ut prę noſtrís contēnant uetera?

Fortassis ut conferant efficiet sermo paulo minus solœcus. Denicq; quid incõmodi sit, si sacra scriptura careat sermonis uitijs? Si totum periculũ pendet à duobus aut tribus locis, poterũt hi pontificis autoritate mutari. Nos tãtum hoc dedimus, qd apud græcos reperimus. Sed indicat Leus aliud periculũ, homo periculoq; plenus. Iampridem, inquit, inuasit animos hoim opinio, ut siqd secus habeãt græci codices quã nostri, à græcis ptinus codicibus stetur cõtra nostros. Hæc Leus. Imò diuersa opinio, iam olim habet hoim animos suspectũ esse quicqd legit in græcis codicibus. Et nos id sædulo cauimus, neqs illi confretus græcis exẽplaribus pronũciet aduersus nostra. Sed qd cœpit, eodẽ tenore psequit Leus. His, inqt, si accedat typographoq; cupiditas, q uel modici lucelli gratia, qua uident hoim ppensa studia, illuc ferant, ut nihil non ex officinis suis audeãt puulgare, ppediem fiet ut nulla e prelis suis orbi daturi sint exẽplaria, nisi ista, quãdo multo maximã doctoq;, & indoctoq; partẽ alium alio nomie istis exẽplaribus uiderint inhiantẽ. Et qs librũ tam aũide amplectit, quẽ nolit, quãto potest studio, tueri. At hunc tueri nemo potest, nisi simul detrahat ueteribus libris, fidem autoritatẽcq;. Ad hunc modum seditiosulus noster ἐκκλησιάζει. Quis nõ metuat iam, ne uetus trãslatio fundi-tus intereat, posteacq; bis excusum est nouũ testamentũ à me uersum, ac recognitũ? nec id quisquã est adhuc ausus preter unũ Frobeniũ cum innumerę sint huius artis officinæ, cũ altera translatio locũ habeat in tẽplis, in scholis, qui fieri poterit, ut nõ hanc maxime formulis suis ppagent typographi? Sed fingat Leus, neminẽ esse necq; doctum necq; indoctũ, qn nostra ψsione capiat? Quid tandẽ sit periculi? Fingat quẽcq; qd auide mercatus est, studiose tueri? Quid tũ postea? An continuo ueteribus libris sua decedet autoritas? Quis aũt tã stultus erit, q meę trãslationi plus tribuat, cq; ipse tribui uelim? Et tñ is leuius peccet,

quã

deret loquele et venustatem: venustatem spiritus (inquam) deos putabant Licaonij qui loquerent. Et quid aliud pollicetur dñs per Joel: Effundā: inquit de spiritu meo. Effusio largitatem/ ac veluti quandā exuberantiam designat. Idem sonat quod dominus pollicetur: Baptizabimini (inquit) spiritu sancto ꝛc. Respōsio Eras. Hunc locū annotarat z Dorpius. Nō cōstat an omnium linguis locuti sunt apostoli. Probabilius est sua lingua loquentes: ab omnib fuisse intellectos. Nec id sepius ꝫ initio factū legimus. Quod si volumus eos hanc gretatem a spiritu sancto nactos: cuius opera perfectissima sunt: cur in ea lingua balbutiūt apostoli/ sic grece loquentes: vt nō/ nisi ab hebreis possint intelligi. Cur Origenes toties queritꝫ de vitijs sermonis in Paulo: Cur Hieronymus toties fatetur Paulum non caluisse grece. Cur Petro scribenti addit interpretem? Imo verisimile est Palestinos pleroſqꝫ etiā grece scisse. Nam Cilicia tota greco sermōe vtebatur. Fuit hoc consilij diuini vt apostoli inconditio essent sermone: ne quid ex ipsius gloria/ sibi vendicaret humana eloquentia. Quamobrem puto me nulla contumelia apostolorum arbitrari illos greci nescisse. Edo. Annotarat (inquis) hunc locum et Dorpius. Gaudeo de accessu alterius testis: presertim tam doctrine solus spere videar. Vellem et quecunqꝫ alia annotaui, doctorum etiam testimonio confirmari. Nam non tantum mihi tribuo: quin iudicio labi possim: quippe qui agnoscam/ꝙ sit mihi curta suppellex. Nec tanti estimo mea: vt illiberter subiturus sim aliorum censuram/ sed ad rem. Probabilius dicis: sua lingua loquentes apostolos ab omnibus fuisse intellectos/ ꝙ omnium linguis locutos. Nescio quid sit probabilius: quum quod dicis/ nullum habeat fundamentum vnde confirmes ex sacris literis. At diuersis linguis locutos: aperte testatur scriptura. Nam apostolus affirmat eos accepisse genera linguarum. Lucas dicit: Aparuerunt illis dispartite lingue: et ceperunt loqui alijs linguis. Iudis locutos alijs linguis: non sua lingua loquentes: ab hominibus diuerse fuisse intellectos. Hieronymus questione: ix. ad Hedibiam videtur dicere: non omnibus linguis singulos locutos: sed accepisse genera linguarum/ vt tunc agnosceretur qui apostolorum quibus deberent gentibus nunciare. Hec sunt verba Hieronymi. Et consequenter apud eundem: Deniqꝫ apostolus Paulus qui de Hierusalem vsqꝫ ad Illiricum predicauit: et inde per Romam ad Hispaniam ire festinauit: gratias egit deo: quod cunctis apostolis magis linguis loquatur. Idem adhuc apertius: Acceperunt diuersitatem linguarum omnium gentium: vt annunciaturi Christum nullo indigerent interprete. Comprobat hoc ex verbo Christi: Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Ex his verbis Hieronymi discis: vel omnium: vel earum saltem gentium accepisse linguas apostolos/ quibus essent predicaturi. Si sic fuisset: vt tu dicis: plane erat memorabile miraculum dignum: quod aperte describeretur. Nec credo omissurum fuisse Lucam: qui tam diligenter res apostolicas scripsit. Nam magnus erat accessus ad miraculum linguarum: si hic erat modus: quum mirabilius sit vno idemque loquente ab omnibus intelligi/ꝙ omnibus linguis loqui. Et quis (credis) fuisset tumultus: que concertatio audientium: dum sua singule gentes lingua loqui apostolos contenderēt:

Parthi si dixissent: nostra lingua loquuntur: repugnassent medi: imo nostra. Sed nec vestra dixissent elamite. Et lingue date in symbolum vnitatis fuisset incitamentū cōtentionis. Et aliqui dixissent Miramur quid sit. Nam ipsi hebraica verba loquunt: et tū singuli nostras linguas intelligimus. Etā si apostoli aliud in se nō habebant argumentū doni linguarū: nisi qō intelligebant a diuerse lingue hominib. tū opus fuisset: quoties cōtionarent ad plebē diuerse lingue: sciscitari: an intelligerēt: quum spīrit⁹ ꝓpheraz nō semper ꝓphetis adsit: vt patet de Helizeo: z de viro dei misso cōtra samariā. Ceterum quid hic verum sit: non magni pendo. Augustinus omnib⁹ linguis locutos affirmat. Sic audistis (inquit) miraculū. Omnes q̄ aderant vnam linguā didicerūt. Venit spūs sctūs. Impleti sūt. Ceperūt loqui varijs linguis omniū gentiū quas non nouerant nec didicerāt: z tūc hoc erat signū. Quicūq; accipiebat spīm sctm linguis omniū gentiū loquebat: nō solū illi centū vigīti. Hec Augustin⁹. Adhuc dis (nec id sepius q̄z inītio factū legimus. Legis in orbē terraruz exisse sonum eorum. Id quo pacto fiebat. nisi linguis loquerent? Legis Paulū vsq; trigesimū z eo amplius annum: post Christū passum linguis gliari: et eaz fiducia multis orbis partib⁹ peragratis: etiam Romanos adisse lares Sed nihil attigimus de ꝓpria huic loco disputatiōe: de grecitate apl'oz. Non qua parte tu putas: melior cōsumatā locutionē apostoloz. Non illā vendico apl'is secularē eloquentiā: ne verbi virtus. sapiētie hūane aserbereť. Dicat em̄ mihi Paulus. Non in doctis hūane sapientie verbis: sed in ostensione spūs et virtutis. Secūdū hāc ostēsionē spūs et virtutis: melior ꝑmonis venustatē: ac gratiā in apostolis. Id qō plane verba mea indicant: (spūs inquā) et iterū (q̄ ex spīritu cōsummate loquerenť.) Nec id oppugno: quod forte ex grecoz̄ ꝓsuetudine: grecum idioma didicerunt: sed ea parte a te dissentio: qō vitium sermonis notas in apostolicis litteris: q̄si oporteret eos alio modo loqui: q̄z docuerit ille spīritus: q̄si pōd⁹ potuerit addere verbis spūs: observata sermonis ꝓpietas. Debes potius: quoties incidit talis locus: mirari in tā simplici sermone: et pene barbaro: tantā sublimitatē z maiestatē subesse: spūs (inquā.) Nā si aliquoties dissidet sermo a decretis lingue: nō statim id vitio tribuendum: sed magis ad dei gloriā vertendū: qui stulta mūdi elegit: vt cōfundat sapientes: z infirma: vt confundat fortia: qui humili z ꝑ rusticano sermone. sapientium seculi colla subiugauit. Quare caue dicas. Sic fuisset loqueudū grece. Nam paulo satis est: z si sit imperitus sermone: vt non sit imperitus scientia: facessant ꝑmonū decreta. Spīritualis sit oportet: qui profunda dei sit indicaturus. Naz spūs hec verba sunt: non sunt hoim verba: vt dicit Petrus. Sed respōdebis nihil hec contra te: qui idem dicas. In hoc dissentimus. Tu sermonē a decretis lingue exorbitantē vitiū notas: ego nihil vitij patioz dici: in opere dei. At sermo apostolicus opus dei est: quē qualiscūq; sit veneroz ꝓ maiestate.

Annotatio. CXXIII.

Actoz. 10. Quatuoz initijs. Et Greci legunt (Quatuoz initijs alligatū ac demissuz a celo. (Edo. Verum est: sed ita nō interpretaris. Etiam in grecis est (resp̄tiua (sed nō habes in textu latino.

Annotatio. CXXIIII.

Actoz. 13. Saluatorem Jesum.) Era. (Jesum) non addit a pō grecos in nōnullis exemplaribus: sed tm̄ saluatorem. Et fortasse nondū erat tēpus explicādi no

mínis. Ed. Tempus fuisse explicãdi noīs: vel hoc ꝓbat: ꝙ Petrus a príncipí bus sacerdotũ ꝓhibitus: ne in hoc noīe loqueret: ꝛ doceret: rñderit. Sí iustum est ín cõspectu dei: vos potius audire: ꝙ deũ: íudicate. Nõ eñ possumus que vidimus: et audiuimus: non loqui. Sed et quũ postea aplí educerent de carcere: cõmoniti erãt ab angelo. Jte ꝛ stantes loquímini ín tẽplo plebi oñia verba hec. Sequit. Jbant aplí a cõspectu cõcilij gaudentes: qm̃ digni habiti sũt pro noīe Jesu cõtumeliã pati. Sed ꝛ hoc loco: quid magis cõueniebat ꝙ hoc nomen exprimí: ꝓsertim ab eo qui electus erat/ vt illud ꝓpagaret. Vas (inquit dñs) electionis est mihi iste/ vt portet nomẽ meũ/ coram gentibꝫ et regibꝫ/ ꝛ filijs Jsrael. Preterea Pauli erat institutũ/ hoc sermone declarare Jesũ saluatorem/ nõ vage ac incerte quẽuis saluatorem/ alioquí nihil cõtra Judeos diceret. Nã et saluatorẽ ipsi expectant/ Quare in quibꝫ exemplaribꝫ nõ est/ addendũ puto. R. Er. Scio Origenẽ aliquot locis ꝑ eleganter docuisse/ aplos de Christo initio quedã tacuisse/ pro captu auditoꝝ. Nec dico nõ nominãdum Jesum/ sed ín hoc sermone apud rudẽ fortasse ppm/ nõ fuisse tempus ꝓferẽdi noīs/ donec ꝓparatiores/ doctrinã efficacius acciperent. Exemplaria q̃bus tum vtebar/ nũc nõ adsunt. Et in Corsendonsensi q̃ deest. (Jesus (nõ addit. Nec tñ hoc confirmo/ sed addo fortasse. Edo. Scio Origenẽ ꝛ alios annotare/ aliquoties ex verbis euangelij/ monitos aplos/ ne passuri adhuc Christi deitatem diuulgarent/ donec resurrectiõis gloria/ suã ipse Christus diuinitatem contestaret/ ac cõprobaret. Postea vero ꝙ resurrexisset Christus/ nusq̃ lego ꝓhibitos/ vt Jesum saluatorẽ ꝓdicarent. Nec si id diceret Origenes/ illi credere/ quũ aliud me doceat scriptura/ missos scilicet vt in hoc noīe predicarẽt/ ꝛ ꝑ noīe virtutes facerent. Quid est/ Jte/ predicate euangelũ oñi creature? Nũquid ite ꝓpagate nomẽ meũ apd omes gentes? nisi aliud q̃s finxerit euangelũ q̃ Christũ Jesum predicare. Erant fortemysteria/ aliquot/ in intimis penetralibꝫ fidei/ que nõ cõueniebat ab initio statim rudibꝫ adhuc spargi/ ꝓsertim bis q̃rum animi iã diu superstitiosis ritibꝫ aut mutilibꝫ cerimonijs preoccupabant. Sed ni primũ Jesum ꝓdices/ q̃d sup edificabis? Si quidẽ fundamentũ aliꝫ nemo potest ponere / ꝓter id quod positũ est/ qđ est Christus Jesus. Ut donẽ tibi/ decuisse quibusdam claudi penetralia/ ita nõ donabo/ decuisse vlli claudi hostium fidei/ Christũ/ imo Jesum/ quũ aliunde non sit aditus ad fidem/ nisi per illũ. Sed placet mihi qđ non confirmas. Annotatio. cxxv. Actoꝝ. 13

ꝶ Duxit Jsrael saluatorẽ. (Er. ἤγαγε τῷ ἰσραὴλ σωτῆρα/ id est adduxit Jsrael salutẽ. Ed. Nõ est ín exẽplari Erasmico (σωτῆρα saluatorem) sed (σωτῆρα saluatorem/) sicut nostra editio habet. Annotatio. cxxvi. Actoꝝ. 13.

ꝶ Rasmus. (Jesum nõ addit apd grecos ín nõnullis exẽplaribꝫ. (Ed. Est ín exemplarí Erasmico · Rationẽ vero cur nõ debeat addí credo superius explosam/ Annotatione. cxxiij. Annotatio. cxxvij. Eodem

ꝶ Do. Et cõmota est oñis mltitudo ín doctrina eorum) / Paulus autẽ ꝛ Barnabas ístris morabant). Nec in greco Erasmico non habent/ nec ín latino cõtextu. Nihil tñ quicq̃ annotat/ vel ꝙ desint grecis/ vl ꝙ nostris superfint. Ego nihil dubito grecis deesse. Et inde arripio argumentum non esse grecis bis codicibus fidendum. Annotatio. cxxviij. Actoꝝ. 14

Annotatio.cxxviij.

Actor. 19 UT ꝫ cereliter. Era. Vlꝫ adeo ne placet Barbare loqui: vt hac gra putemus recedendū a verbis grecis: ne latine loquamur. Si quidem grece (ꝫ celerrime). Ed. Ut auide arripis occasionē: etiā pro re leuicula cōtra interpretē. Potuisses monere ctra hanc cōtumeliam. Annotatio.cxxix.

Actor. 19 ΘRa. περι τησ ὁδου. id est de via siue de via hac. Nā articulus additus facit: vt certā viā accipiamus. Ed. Sed ℔ nō pmittis interpti Joā. pmo. In hūc mūdū (εισ τον κοσμον) vbi z addit articulus. ꝫ ꝫ scio plus ꝫ centies mihi lectū: vbi articulus nihil certum monstrat. Annotatio.cxxx.

Actor. 21. DIcꝫ scōm cōsuetudinē ingredi. Era. Atqꝫ ex hoc sane loco Jacob existimabat: q̄ sciebat filiū hoīs dñm esse: etiā sabbati: q̄ sciebat noua esse facta oīa: et nouū mādatū se suscepisse: et velū tēpli scissū: z consūmatas esse ipa Christi morte ceremonias: legēꝫ q̄ iā olim pmittebat: datā in cordib. Proinde non fuendi existimabat: sed fuari posse infirmis adhuc iudeis: ne scādalizarent. Infirmitati iudeoꝝ hāc p̄ nisit libertatē: q̄ ne viā occluderet volentib ingredi: necessitatē vero nullā imposuit. Nā si iudeus aliqs spretis legalib ranꝫ moriturus: se christi libertati voluisset insinuare: nū fuisset repellēdus: et non potius obuijs vlnis excipiendus. Annotatio.cxxxi.

Actor. 22. ΘR. προ εχειρισατο id est pparauit. ꝛc. Nec hic agit ananias de p̄destinatiōe diuina: sed de ruina et cecitate Pauli: ábi rebꝫ iam agebat: et aggrediebat/ vt hac occasione agnosceret euāgelij fidē. Edo. Quid hoc aliud est ꝫ p̄destinare. Quippe hec media p̄destinata sunt: quibꝫ traheret ad fidē. Nā vt p̄destinatio eterna est ita media ad salutē p̄destinata/ in tēpore sunt etiā p̄destinata. Jd qō sciūt neoterici. Septā/ inquit dñs p̄phetā O, ec./ vias tuas spinis. Sepit quotidie. Sed qō p̄destinauit se id facturꝫ/ ℔ erat āte mūdi cōstitutiōem. Annotatio.cxxxi.

Actor. 23. PErcutiat te deus paries dealbate. Ed. Prolixitas annotatiōis tue/ phibet me/ quo minus scribā. Quā tam etsi in multis p̄bo/ tñ dū conaris excusare/ videꝫ mihi inurere mēdacij notā. Paulo/ q̄negauerit se scire Ananiā pontificē esse/ et tñ pōtificē esse nō potuerit ignorare/ vt ipse declaras. Neqꝫ vero ℔ est declarare nō mentitū/ q̄ tyrānū agebat Ananias/ nō pōtificē. Nā quātūcūqꝫ tyrannus erat/ si tñ pōtifex etiā erat/ quanꝫ indignus/ mendacij reus est Paulus. Quū ergo ille dicat mendaciū/ si qō verū est/ negaueris/ etiā si qō dicis verū sit aliqua ratiōe/ sed nō ad sensum cōmunē. Inuenio alia ratiōe Paulū a mēdacio esse liberatū. Forte nihil absurdi fuerit/ si dicam⁹ Ananiā pōtificē nō fuisse. Siquidē iam cessauit pōtificat⁹ Mosaic⁹/ postꝫ pōtifex scōm ordinē Melchisedech intrauit semel in sctā/ eterna redemptiōe inuenta. Annotatio.cxxxij.

Actor. 23. UImuit eū ne forte raperēt eū. ꝛc. vlꝫ/ acceptur⁹ pecuniā. Ed. Dicis hec oīa deesse in grecis q̄ ipse videris. Et quid nos tātopere cōfidim⁹ in grecis exemplaribꝫ. Etiā si editio nra nō bñ habet/ quomō emendabit ad codices. interdum mutilos/ interdum plane falsos.

Annotatio.cxxxiij.

Superueniens aũt tribunꝰ: vsq; (ad te veniet). Edo. Hec oĩa dicis de esse in exemplaribꝫ grecis: nisi qõ in vno reperisti ascripta in marginem. Unde dicis te adiecisse: presertim quũ hic locus nihil offẽderit Laurentium. Ed. Si addi nõ oportuit: periculo tuo: z quidẽ non leui adieceris. Ceterꝫ ipa loci consequentia satis declarat illic oportere esse: vel hec ipsa: vel alia eiusmodi verba. Id quod palam est intuenti. Quomõ eĩ ap te ꝓsequet (a quo (bis verbis omissis. Sic habet locus in actis. Inuenimus hunc hominem pestiferũ: et concitantem seditionem omnibus iudeis in vniuerso orbe: et auctorem sedi tionis secte nazarenorũ: qui etiam templũ violare conatus est: quem et appꝫ hensum voluimus secũdum legem nostram iudicare. Superueniens autez tribunus Lysias: cum vi magna eripuit eum de manibꝫ nostris: iubens accu satores eius ad te venire. A quo poteris ipse iudicans: de oĩbꝫ istis cognosce re: z de quibus nos accusamus eum. Et hic iterum desideratur fides grecorũ codicum. Actoꝝ. 24

Annotatio. cxxxv.

Quidam autem ex asia Judei. Era. Non est absolutus sermo: nisi subau dias aliquid (postea idem). Ego puto e proximo sartiendum quod de est. Nam quum modo dixerat se fuisse purificatum in templo: sed citra tumul tum: subĝit. Ceterum quidam asiani Judei (subaudias) suscitarũt eum tu multum: non ego. Edo. Minore negocio et quidẽ aptius sarcies e verbo ma gis vicino. Precedit enim hunc locum. Et apprehenderũt me clamantes: et dicentes. Tolle inimicum nostrum. Jam sequitur. Quidam autem ex Asia: q̃ si diceret. Qui apprehenderunt me (inquam) vt hoc etiam scias/erant ex Asia quos oportuit adesse et accusare. ꝛc. Eodem

Annotatio. cxxxvi.

Omnia que apud nos sunt consuetudines et questiones). Erasmꝰ. Leu theologis fas sit ita loqui omnia consuetudines et questiões.) Ed. Per gis adhuc maledicere theologis / quos et sepe veluti contemptum nominas. Quid si male hoc interpretatus est interpres (quisquis is erat)/non in hoc ma le meriti sunt theologi. Quid si etiã/aliqui sunt ex theologis/qui doctrine spiri tus studeant/eloquentie non studeant/melioribꝫ occupati/atq; interdum eue niet/vt non satis latine dicant quid si prorsus barbare/et contra grammati corum decreta/modo id non studio faciant sed ignorantia/num propterea in cesses/et non potius dabis veniam? Tales erant illi primi ecclie patriarchę/ qui prorsus incumbebant in doctrinam spiritus/et ostensionem virtutis/nõ in sublimitatem eloquentie secularis/sed diuine/vt dũ prope putarentur. Nõ plane callebant eloquentiam mundanã/nec e Demosthenis oratoribꝫ/aucu pati sunt verba/aut sententias/sed intus ardore spũs inflãmati/verba mira fica eructabãt. Quibꝫ et saxa mollinerãt: z mõtes trãstulerãt: /qõ nulla arte po tuisset Demosthenes/aut siquẽ aliũ mihi nominet/ex oratoribꝫ seculi. Quid ergo theologis obũcis barbariem? q̃ꝫ̃ et interpres possit hoc loco excusari qõ pdiue sit (oĩa) a librarijs ascriptum esse/pro (oĩes). Actoꝝ. 26

Annotatio.

Denigne triduo habuit. Er. Miror q̃ tã elegãs verbũ in mẽte venerit ipti. Ed. Nusq; euadit nasũ interpres. Proxia annotatiõe barbariẽ obiecisti. Hic miraris: q tã eleganter dixerit. Vide qualis sis Erasme: homo vũq; cõpositus ac paratus ad maledicendũ interpti. Hec annotatio nihil facit ad institutũ tuum: vt emendes euangelium latinum ad veritatem grecam. Actoꝝ. 28

Ad Romanos.

Annotatio CXXXVII.

Rom. 1. IBi (Ex resurrectiõe mortuorum) indicans solum Mattheum de his mortuis narasse: qui cum Christo surrexerunt: addis: probabile esse: si ea res proprie pertinuisset ad diuinitatẽ Christi cõprobandã: ceteros euãgelistas rẽ tanti momenti non fuisse omissuros: presertim cũ nusq̃ fuerint diligentiores/q̃ in resurrectionis argumẽtis. Edo. In his que certa fide tenemus: sicuti de ijs/ que scripserunt vel nõ scripserũt euangeliste: qõ verũ nõ est: nec ego puto probabile esse. Nã qõ ꝓbabile est/ nõnullã habet rationẽ/ qua defendat. At vero scripsisse euãgelistas/ qõ nõ scripserũt: tantũ abest: vt defendi debeat: vt plane impiũ sit defendere. Presertim cum ecclesia: plenã nobis ac verã euãgelistarũ narrationẽ: iã olim tradiderit: vt impiũ sit vel addere quicq̃/ vel adimere. Quod si quisq̃ audebit dicere/ probabile esse/ hoc scriptũ euãgelistis: qõ euãgliste non habẽt: vel nõ esse scriptũ euãgelistis: qõ plane in ipsis euãgelijs cõtineat: quid potest dici apertius/ pro hereticorũ decretis/ qui euãgeliũ infestant: Hac ianua aperta/ tollent cristas. Nihil protuleris ex euãgelio tã forte qõ ipsi nõ retorqueant. Quippe clamabunt/ ꝓbabile esse/ nõ hoc scripsisse euãgelistam/ sed falso a nobis cõfictũ. Deiñ qõ dicis ꝓbabile esse/ nõ fuisse omissuros ceteros euãgelistas: si ea res ꝓprie pertinuisset ad diuinitatẽ Christi cõprobandã. Imo vero nec ea ratio: q̃ ad diuinitatẽ Christi cõprobandã hec narratio pertinet: hoc facit ꝓbabile qõ dicis: si quis suũ cuiq̃ euãgeliste titulũ dederit. Nã hoc ꝓpe peculiare erat aquile Joãni: vt diuinitatẽ Christi cõprobaret. Id quod vidit Ezechiel/ quũ de eo dicit: Et facies aquile desuper ipsorũ quatuor. Et multa video Joanni dicta/ ad diuinitatẽ Christi cõprobandã: que ceteri ne quidẽ attigerũt: q̃ Natanaelẽ sub fico viderit/ q̃ aquã in vinũ mutauerit/ q̃ ceco nato visum restituerit/ q̃ in probatica piscina triginta et octo annos morbo grauatum/ liberauerit/ q̃ Lazarũ resuscitauerit. Hec nulli euangeliste: preterq̃ Joanni dicta sunt. Nõ tũ (credo) dices probabile esse: hec nõ fuisse omissuros: si ita haberẽt: vt refert Joãnes: alioqui fiet: vt pene nihil certũ sit apud euãgelistas: quũ nõ oẽs omnia dicãt: et que dicũt/ alio modo dicunt: et si non alio sensu/ si quis christianc intelligat: nã quatuor facies vni.

Annotatio CXXXVIII.

Eodem VTne dicã interim: q̃ ex Mathei verbis: horũ resurrectio videat Christi resurrectionẽ ꝑcessisse. (Et postea.) Neq̃ vero clãme est/ Hieronymũ: cũq̃ hoc cõplures interpres/ in hac sententia esse: vt dicant monumenta dũ tatat aperta fuisse/ moriente Christo: verũ nõ resurrexisse/ nisi post pactã illius resurrectionem. Et facile credimus authoritati: quã q̃ si quis expendat ipsa Matthei verba: deprehendet hanc interpretationẽ/ nõnihil esse detortã. Edo. Superius aliquanto hanc sententiã probas: vt dicant egressi de monumentis ipsa Christi morte: sed nõ apparuisse/ nisi post resurrectionẽ. Sic etenim refers (post resurrectionẽ) quod habeat apud Mattheũ (addis) vt quẽadmodũ Joannes predicationis et passionis Christi: ita hi resurrectionis πρόδρομοι id est precursores fuerint. Sed rogo te: qui surrexerunt: vbi nã vsq̃ Christi resurrectionẽ fuerunt: si nusq̃ apparuerunt: Et quales hi precursores erãt: qui

postea apparuerunt/q̄ is quē prædicabant: Etiā si præcursores erāt: cur in sancta ciuitate tantū vsi sunt: quo post resurrectionē non erat venturus Christus: nisi clanculū: vt se manifestaret discipulis: propter metum Judeorū cōgregationis? Proinde ego verius puto/testes fuisse resurrectionis/ q̄ præcursores. Et sic resurgente Christo/ resurrexisse/ et postea apparuisse in sancta ciuitate: vt testes essent resurrectionis Christi/ cui cōsurrexerunt. Id quod dicit Matheus: et interpretant̄ z Hieronymus/et alij sancti. Annotatio CXXXIX.

GRas. Illud propius ad rem nostrā pertinet. Paulus quū obiter/ et in trāscursu voluerit asserere diuinitatē/et virtutē Christi: magis debebat ipsius adducere resurrectionē/q̄ aliorū. Edo Sed amplius quiddam dixit: z vehementius: ad diuinitatē Christi cōprobandā/ ex resurrectiōe mortuorū. Nempe maioris virtutis iudiciū: q̄ generalem fecit resurrectionē: et mortem prorsus destruxit. Annotatio CXL. Eodem

HUaricia.) Eras. Quorsum attinet numerare fructus spiritus: quum opera carnis non numerent̄? Edo. Virtus in angusto est: vicium late regnat. Una linea itur ad vitā: infinitis ad mortē. Nec id ignorauit Aristoteles. Sed et dei opera omnia in numero et mensura sunt: quum diaboli contra/extra mensuram sint z numerum. Annotatio CXLI. Eodem.

IN similitudine ꝛc.) Eras. Et hoc videndum est theologis: ne plus satis oderint Pelagiū: et peccatum originale nimiū libenter amplectant̄: siue q̄ in eo libeat argutari: siue quēadmodū astrologi per repertos epicyclos: ita hi per peccatū originale a multis sese difficultatibꝫ expediant. Nec hoc dixerim: q̄ negem esse peccatū originis sed q̄ nolim vllā vim fieri scripturis diuinis. Quin potius ex ipsa disputationis consequentia expendamus quid senserit Paulus: et an consentaneū sit hoc gentibꝫ aperire voluisse. Quod hodie quoq; magis credit̄/q̄ intelligit̄: nimirū cōmuni sensu reclamante. Edouar. Viderint Hireneus/Cyprianus/Reticius/Olympus/Hylarius/Innocentius/Basilius ille magnus/Joannes episcopus/Hieronymus/Ambrosius Gregorius: quos tantam diuiniloquorum coronā ciuat Augustinus de peccato originis. Hunc locū apostoli interpretantes in opere q̄ inscribit̄ contra Julianum pelagianum/lib. primo. Et eiusdem disputationis libri sexti/ capite secūdo Augustinus Julianum: et complices: hereseos notat: q̄ apostolicum sermōem alio detorqueant. De illis (inquit) apostolicis verbis in quibꝫ impudentia mirabili: imo dementia resistitis fundatissime fidei: vbi ait: per vnum hominem peccatū intrauit ꝛc. frustra sensum aliū nouū/ atq; distortū: et a vero abhorrentē molitis excusare. Hec Augustinus. Neq; vero cōsentancum est: profundo rei sensu prohibitū Paulū: quo minus Romanis hoc aperiret. Que enim mysteria bis conferri queant/ que illic proclamat: dei filiū ex Dauid semine natū: mortuū ex mortuis resurgentē mortē triūphasse: legez dei ore populo hebreo datā: nihil illi contulisse: Jacob deo dilectū/ Esau odio habitū: vtrūq; priusq; natū: et multa que illinc erui possent/attento lector. Et quid est in fide catholica: q̄ non abhorreat a sensu cōmuni. Etiamsi non diceret Esaias: Nisi credideritis/non intelligetis. Imo quid magis cōueniebat a Paulo dici: præsertim eo loco/ quo sedulo commonebat Judeos et Grecos omnes egre gratia dei? Quippe q̄ nulla alia ratione magis egeant/ q̄ quod Rom. v.

contraxerint a protheoplasto genitalem maculam/ a qua liberari nō possent/ nisi per fidem mediatoris dei et hominum Christi Jesu: hoc est/ qō gratia saluos factos dicit: natura vero filios ire. Quid magnificentius dici potuit ad gratie preconium: qō qō ea sola est: que innatum nobis ex parentibus vicium prorsus tollit: et tale vicium: quod solum etiam: si aliud non insit: ad inferos pessundat. Num hoc pertinebat ad eorum salutem: vt scirent qō essent a prima natiuitate inutiles: nec vero possent digni deo esse: nisi secunda natiuitate regenerarentur? Id quod aliquousq; tangit Paulus/ quum dicit: Consepulti cum Christo in baptismo. Et quum monet: veterem hominum exuendum. Quin hoc etiam serio egit Paulus: vt suam prorsus imbecillitatem/ diuine vero gratie/ diuitias/ ac superhabūdantiam agnoscerent. Respon. Eras. Horum sententiam non reijcio. Edouar. Hic locus non est tā leuis: vt reijci posset. Sed tu videris quid sentias: quum theologos mones: ne plus satis oderint Pelagium (et subinde) ne peccatum originale nimium libenter amplectantur: et quum ijs nuis hoc peccatum originis inuentum esse theologorum vt sese expediant multis difficultatibus: quemadmodum inuenti sunt astrologis epicycli. Et quod postea expendi vis ex disputationis consequentia/ an hoc senserit Paulus: et an consentaneum sit hoc gentibus aperire voluisse hec verba: an non preferunt te dissentire ab his theologis: nec quicquā iuuari theologos: vt peccatum originis dogmatizēt ex Pauli verbis hoc loco: et qvim nolis fieri scripturis sacris? Num quid deprecatur quicquam mali: id timet ne insit: vel ne immineat. Sed dicis: non hoc dixerim: qō negē peccatum originis. Si tenes ecclesiasticum dogma de peccato originis: nihil quicquā opus est: timeas ne inuentum sit theologorum: quum theologi ab ecclesia sancta hoc dogma susceperint. Sed parum abest: quin neges peccatū originis: qui hunc gladium eripis ecclesie: quo maxime hactenus depugnauit contra Pelagianos. Imo hanc interpretationem: cui cōstanter innitūtur theologi omnes: etiam veteres: quā eliciunt ex verbis Pauli. Nonne quum prope dicas extortam esse hanc interpretationem: tot veterum nomina male notas? Qui vti in annotatione nominatim citaui tam magno consensu: tam interpretati sunt: nemine prorsus omnium huic interpretationi refragāte: nisi is pelagianus fuerit. Sed et Origenes: cuius nomen antea non citaui in hanc sententiam disserit ex verbis Pauli in hac epistola. Non reijcio inquis horum sententiam. Plus satis est dissentire: etiam si non possis reijcere. Dissentis ab his theologis quos mones. Porro hi secuti sunt veteres/ quos nominaui quibuscum ni prorsus sentias/ male sentis. Si prorsus sentias: quid opus hac calumnia contra theologos: nescio quos? quum eodem simul atramento respargas et veteres. Credo te bene sentire de peccato originis. Sed huc tendit disputatio tua: qv nolis vim fieri scripturis: quasi id timeas. Si id times: non bene sentis de veteribus: et malum suscipis patrocinium/ pro pessimis Pelagianis. Et vide Erasme an hoc equum sit: vt tu solus sapias contra tot patrum grauissima testimonia. Per Christi charitatem obsecro: atq; obtestor te Erasme: vt nolis inferre in ecclesiam sanctam: hoc nouum genus tractandi sacras literas/ cum calumnia veterum. Annotatio celij.

Eodem. Eras. (Persuasit.) Edo. Hieronymus cōmentarijs Origenis in hanc epistolā reddit (pertransijt.) Quin et Origenes mire declarat/ dicens:

nullam syllabam superfluam esse/aut vacuam. Annotatio cxliij.

SI enim vnius delicto/multi mortui sunt:tm multo magis gratia dei: et do Eodem
nū in gra vni⁹ hois Jesu christi/in plures abundauit. Ed. Notas in gre
co nō esse(in plures)sed in multos(πολλους.) Hieronymus tñ(plures)inter
pretatur: et Origenes dicit mysteriū esse aucti numeri. Annotatio cxlij.

QRas. Sup modū peccās patiñ κατ' ὐ πεϱβολὴν ἁμαϱτωλος ἁμαϱτία Rom. 5.
quod ita sonat:quasi dicas:scelestū scelus. At nos dilucide potius/q̄z
latine vertimus:(peccamnosum peccatū). Nā qđ vertit (peccans) grecis nō
participiū est/sed nomen adiectiuū. Ed. Hieronymus legit: vt fiat supra mo
dū ipsum peccatū peccator:ex occasione mandati. Addit. Quod aūt dixim⁹
(peccatū peccator):maluim⁹ vitium sermonis admittere/q̄z sensum Apo sto
stoli non integre exprimere. Annotatio cxlv.

QT nō miscēdam cōsecutā. Er. Jd in grecis codicib⁹ nō habet ascriptum. Rom. 9.
Ed. Origenes legit/z̄ declarat:sicut et ecclesia legit. Annotatio cxlvi.

QUi est in omnib⁹ deus.) Jbi. Loquens de cōmētarijs Origenis in epi Eodem
stolā ad Romanos/dicis. Jtē reperies in his cōmentarijs:inspersa de
diabolo redimendo ꝛc. Ed. Jnuenio hanc opinionē explosam in his cōmenta
rijs. Neq̄z puto(nisi me fallit memoria)quicq̄z illic esse qđ Origeni obijci pos
sit de demonib⁹ redimendis. Ref. Eras. Cap. iij. sup illud(vt omnis mundus Ref. Eras.
subiectus fiat deo.)licet subodorari tale aliquid fuisse: licet interpres correxe Cōfutatio
rit vtcūq̄z. Ed. Nullū est indiciū eius rei eo loco. Legat qui volet. Tantū dis
putat:an angeli etiam legi naturali sint obnoxij. De demonibus redimendis
nullum prorsus verbum. Quin potius: quod pro contraria sententia facit:
obiter affert sententiam Jude:qua confirmatur/nunq̄z esse redimendos: qui
non seruauerunt principatum. Unde elicit et legi naturali fuisse obnoxios.
Hec sunt verba Origenis. Nisi hac lege tenerentur: nunq̄z de eis diceret
scriptura diuina:angelos q̄z qui nō seruauerunt principatum suum: sed de
reliquerunt proprium domicilium:deus ad iudicium magna dei:eternis vin
culis in tartarum constrictos:sub caligine reseruauit.(Subdit:) Unde con
stat inesse his legem:qua non obseruata/passi sunt hec: que scriptura superi⁹
testa est. Hec Origenes. Annotatio cxlvij.

JN captionem.)Eras. Non est accipienda hoc loco (captio)pro decipu Rom. 11.
la:vnde captiosos dicimus:sed pro venatu quo capimus feras. θήραν.
Eduar. Hieronymus tamen dicit: Potest et captio huius mense videri: qua
dominus eos cepit:quum dixit ad eos:Quid vobis videtur de Christo:cuius
filius est. Annotatio cxlvij.

QRas.(Post ea verba.alioq̄ gratia:iam nō est gratia (desunt in nostris Eodem.
codicibus hec (Si vero ex operib⁹: iam non est gratia:quandoquidem
opus iam non est opus. Eduar. Origenes non habet hec verba. Puto addi
ta a quopiā greco cōmētarij vice:q̄z q̄z etiā sunt sub obscura. Annota. cxlix.

QOmino seruientes.) Hieronymus. Scio in nonnullis latinorum Rom. 12.
exemplaribus haberi(tempori seruientes) quod mihi videtur inconue
nienter insertum: nisi quis forte ita dictum putet ꝛc. apud Hieronymum:
in commentarijs Origenis. Et sic non vsquequaq̄z damnat. Respon. Eras. Ref. Eras.
iam addideram annotationib⁹ meis.

Annotatio.CL.

Eodem Necessitatibꝫ sanctoꝝ cõmunicãtes.) Hierony. legit (vsibus) sed addit. Memini in latinis exemplaribꝫ magis haberi (memoriis sanctoꝝ) verũ nos nec ꝓsuetudinẽ turbamus: nec veritati pudicam⁹: maxime quũ vtrũq; cõueniat edificationi. Ed. O Hieronymianam modestiam.

Annotatio.CLI.

Eodem Que sit volõtas dei: accepta ꝛ perfecta. (Ita Eras⁹ in cõtextu: iuxta exemplar quo vsus est. At Hieronym⁹ dicit in greco haberi (Que sit voluntas dei bona: et beneplacita et ꝓfecta.) In cõtextu habet (Que sit volũtas dei: qõ bonũ: ꝛ bñplacitũ et ꝓfectũ.) Era. (bona) nõ habet: et ꝓ (bñ placida) qabet (accepta.)

Annotatio.CLII.

Rom. 13. Damnationẽ acquirũt.) Er. λήψονται: id est accipient futuri tpis. Edo Hieronymus in cõmentarijs Origenicis interpretat in contextu (acquirunt) declarando (conquirunt.)

Annotatio.CLIII.

Rom. 14. Hsumite (Era. προσλαμβάνετε: id est vobis adiũgite. Edo. Origenes Hieronymo interprete (assumite (declarando.

Annotatio.cliij.

Eodem Et qui nõ sapit: dño nõ sapit. Ed. Hoc quod dicis grece haberi: Origenes non habet.

Annotatio.CLV.

Rom. 15. Nos firmiores.) Era. Grece: Nos qui potẽtes. Ed. Hieronymus interpretat (firmiores) ꝛ Origenes declarando sic legit. R. Era. Sed latine: nõ grece. Ed. Nõ puto Hieronymũ aliõ latine legere: q̃ inuenerit grece: virũ ꝑsertũ ea diligẽtia: vt nũq̃ nõ moneat: si vet⁹ editio a greco dissideꝛ. Hoc satꝭ ẽ illũ sic legere: ꝛ interꝑtari: ꝛ de varia lectiõe nihil annotare. Quũ Hieronymũ toties testeris: indica mihi locũ: vbi citas grece loquentem.

Annotatio.clvi.

Eodem Suscipite inuicem.) Er. Grece: assumite inuicẽ. Edo. Origenes interprete Hieronymo: suscipite declarat.

Annotatio.clvij.

Eodem In abũdantia bñdictionis Christi.) Ed. Ex greco addis (euãgelij) In abũdantia benedictiõis euãgelij Xpisti. Origenes (euangelij) nõ habet.

I. Ad Corinthios.

Annotatio.clviij.

I. Co. ij. Principis ad Corꝛ. ij. Quã nemo principũ.) Era. Nõ hic demones sed philosophi oratores ꝛ alioqui docti: qui olim in re publica regnabant: intelligunt: authoribꝫ Chrysostomo ꝛ Vulgario. Edo. Sed his principibꝫ postea imputat: q̃ Christũ occiderũt: quuꝫ ex philosophis: oratoribꝫ: aut doctis: nõ essent qui in eius necem cõsenserunt. Et tñ Origenes in Mattheum dicit: per principes mones significari.

Annotatio.clix

I. Co. ij. Quia oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: q̃ ꝓparauit deus his qui diligũt illũ. Ita Origenes Hieronymo interprete declarat in Homelia. ix. super numeros. Er. ascenderunt.

Annotatio.clx.

I. Co. iij. Lignum fenũ stipulã (. Er. Illud obiter annotandũ: q̃ dixit aurũ: argentũ: ꝛ lapides ꝑciosos ꝓtinere ad pios: lignũ: fenum: ꝛ stipulã ad impios vt palã est ex. i. li. Hieronymi aduersus Iouinianũ. Tribꝫ enim duraturis in igni: tria opposuit peritura. Si ignis inciderit: id est exacta exploratio operuꝫ detrimẽtum patiet: id est damno afficiet. veniam cõsequet vtcũq;: verũ nihil

auferet premiū. Edo. Si ignē vocas exactā explorationem operū: quō per ignē veniam cōsequentur: q impij sunt: quos dicis in ligno feno ꝛ stipula designari: quū exacta exploratio: nō illis peccatū minuat: vt venia donēt: sed ea potius pcm discernit quale sit: et qua dignū pena. Sed neqꝫ peccator ex eo veniā cōsequitur: q pcm explorat: sed q deplorat. Et quis nam ille dies dñi est qui revelabit: vt idem Paulus dicit: Nonne ille iudicij extremus? Cōuenīt ergo et dies: ꝛ ignis: qui eo die scripturis testātibꝫ: futurus est cōflagratiōis: quo purgabunt: q nondū plene purgati lignū: fenū: ꝛ stipulā superedificauerūt. Et mūdi totius facies exuretur. Impios vero quis dixerit superedificare: ꝛ nō potius moliri fundamentū? R. Er Facta pereunt: nō hoīes. Ed. Diu mecū hesitaui quid sit qō dicis (facta pereūt nō hoīes) Semel atqꝫ iterū recensui annotationem meam: ꝛ nihil in ea potui inuenire: cui obuiet hec tua rēsio. Nā nec de hominibꝫ pereuntibꝫ: nec de factis: quicqꝫ ibi dictum est. Demū succurrebat: vt hunc locum apud Paulum legerem perpensurus an illic esset occasio desumpta. Peruenio ad hec verba (vniuscuiusqꝫ opus quale sit ignis probabit). Si cuius opus manserit: quod superedificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit: detrimentum patietur). Hec vbi lego: hinc scilicet (inquam) ille scrupus. Non q agnoscerem quicquaꝫ mee annotatiōi responsum: sed q huic pertineat qō rēdisti (facta ne: an hoies pereāt). At tu facta pire dicis: nō homines. Ego vero illa mea annotatiōe nihil quicqꝫ dixi: qō ad hanc disputationem deto ꝛqueri posset. Sed quia id placet: paucis excurramus hunc locū ceu impertinentē. Facta perire dicis: non homines Quū (perire) dicis: in igni perire sentis: quo examinant facta. alioqui nihil ad hūc locum dicis: deide: quū facta: dicis: necesse est alterū significes: vel ipsum opus: vel reatuꝫ. At in igni illo examinatorio: perire opus: nō dicis (credo). Quippe qō iā olim perierit: quuꝫ perpetratum est Sed nec reatus vnꝰ abolebitur: in bis quos notas ligno: feno: ꝛ stipula significari: in bis scilicet qui ad eterna supplicia damnati sunt. Sed q homines dicis nō perire. ego tecum sentio: quos credo eternum mansuros: siue ad penam: siue ad gliam. Qō si mitigabamus verbū tuū (perire) et vtemur verbo apli co (ardere) (quasi dicas opa ardent: non hoies). (Sic em dicit apl'us. Si cuius opus arserit (cē. expendam⁹: an hoc possit dici. Sed ne dicat statim repugnant verba apli ca. Ipse aūt saluus erit: sic tamē quasi per ignem. Ipse (inquit apl'us) saluus erit per ignem. Hoc ad hoiem refert non ad opus. Id qō ante me annotauit Hieronymus. siue is quisquis est; baud dubie vir doctus: cuius ferunt cōmentarij: in priorē epistolaꝫ ad Corinthios: sub noīe Hieronymi. Cuius hec verba sunt: Qō aūt ait. Si cuius opus arserit: dāno affectus erit. nō hic: vt quidā putāt: in ignis flāma arsura sunt opa sed hoīes: qui ita operati sunt: vt mereant incendio deputari. Si aūt opa: id est crimina puniuntur: saluo eo qui p petra uerat: nō erit ei damnū: sed lucrum. Unde manifeste ostendit: sicut supra cōprehensum est: homies esse aur: argē tū: lapides pciosos: lignū: fenū: stipulā, hec ille. Ita qꝫ si vim huius verbi (perire) tenes: nec facta pereūt: nec hoīes. Sin mitiges apostolico tēperamēto: vt loco (pereūt) (ardent) supponas: nō facta ardent: sed hoīes. In hanc sententiaꝫ nonnihil scribit Hieronymus. li. ij. contra Jouinianum.

Annotatio. CLXI.

.i.Co.xv. ℟. Ex greco. Omnes quidē nō dormiemus/sed oēs īmutabimur). Ed. Origenes cōtra Celsum legit(oēs q̄dem resurgemus)sed nō oīes īmutabimur. Etiā si oēs īmutabunt:q̄d est q̄d sequit:(:z nos īmutabimur)quasi se z sui similes:discerneret a ceteris: Id qō videt dicere Origenes. Hieronymus nobiscum legit:alterū sensum citat. ℟. E. Quid ni discernat viuos a mortuis? Ed. Si nobiscū legeres (nō oēs īmutabimur)bñ forte quadraret qō rñdes (q̄d ni discernat viuos a mortuis?) Sed quū vtrūq; legas:z nos īmmutabimur:z etiā oīes īmutabimur: nescio q̄ pacto discernis viuos a mortuis:quū oīes dicis īmutādos. Nam si oīes īmutabunt vbi est hoc discrimen.

Annotatio. CLXII.

.ij.Co.ij. ℟. Christi bonus odor sumus deo). Er. Et deū rursum appellat patrē suo more. Quoties eīm absolute hoc vtit verbo:deū patrē intelligit. Ed. Hoc nō ita haberet:aliquot loca demōstrāt:q̄ supra citauimus. Neq; quicq̄ bic;phibet:quo minus referri possit ad deū absolute:ideſt ad totā trinitatē. Nā christi hypostasis duas cōplectit naturas. Et cur nō etiā christo debebāt grās:q̄ christi bonꝰ odor erāt:christo q̄dem vt deo:q̄ in christo triūphauerāt:z deo:z hoīe Et verbū:nisi sit absolute deꝰ:deus nō est. Quod si absolute sit deꝰ quomō per absolutā appellatiōem deū:solus pater intelligitur. Annotatio. CLXIII.

.ij.Co.iij. In faciem.) Er. εἰς τὸ τέλος: id est in finē. Edo. In faciē lego apō Origenē:interpte Hieronymo in Exodū: q̄ loco vec verba habet. (Et nō sicut Moses ponebat velamē sup faciē suā:vt nō intēderent filij Israel in faciē vultus eius.) Vic vides nō solū dicere/in faciē/:sed q̄ magis explicet rem:addere/vultus eius. Sic etiā habet textus Exodi. vñ sumptus est hic locus. (Videbāt cornutā faciē Mosi:z timuerūt.) Quāq; (vt ingenue fatear) lego apō Hieronymū:cōmentarijs in secūdā epl'am ad Corinthios(in finem)sed in alium sensū:q̄q; ipe ponis. Et subdubito an aliqs nouator:h̄ de capite suo apposuerit:quia vidit ita haberi in q̄busdā grecis. Quāq; in oīibꝰ nō ita habere:satis declarat lectio Origenica:quā ceu magis quadrātē imitari par est. Nec(qō scio) vsq; legi (in finem)apō Hieronymum:preterq; hoc vno loco:qui mi fallo:nouatus est. Annotatio. CLXIIII.

Eodem ℟. Et qō euacuat (Sonat:quasi dicas:(eius q̄ euacuat: vel aboletur) vt referas ad Mosen: aut absolute:in finem eius rei que euacuat. Edo. Expende locū hūcin cōtextu:et statim videbis:q̄ referri debeat relatiuum(qō) Locus sic habet. Habētes igit talem spē:multa fiducia vtimur:z nō sicut Moses ponebat velamen sup faciem suā:vt nō intenderēt filij Israel:in faciē eius: qō euacuat. Sed obtusi sunt sensus eoꝝ:quasi diceret. Nos multa libertate vtimur in Christo:z nō sicut Moses ponebat velamē filijs Israel/ sic nob ponit/sed abolet/quū Judeoꝝ adhuc sensus sint obtusi. Nos vero oīes/reuelata facie gl'iam dñi speculātes. ꝛc. Dñs aūt spūs est. At vbi spūs dñi:ibi libertas/z nō velamen. Vides hoc relatiuum(qō)referri ad velamen. Et sic refert Hieronymꝰ. Sed qō applicas/vt nō intenderēt in finē eiꝰ rei/q̄ euacuat/nescio an possit stare. Ego magis puto/velamīe cōmonitos esse/vt intenderent in finē eiꝰ rei/q̄ euacuat/id est in Christū. Cōmonitos inquā/q̄ q̄q; gloriosus eēt vultꝰ Mosi/tñ velatꝰ erat/z obūbratꝰ/z q̄ vera gl'ia filie regis esset abintꝰ. Et preterea/nō illic sistēdū/ vt vultꝰ Mosi gl'iā cōtēplet/sz penitus introspiciēdū eruēdū ex mysterijs quē lex z pphete pnūciabāt abolēdā gl'iā vultꝰ Mosi/nūq; finiēdā gloriā eiꝰ: q̄ a Mose multq; sacramētq; pśignabat. Gloria vultꝰ Mosi

erat:q̄ in heremo bibebāt de petra:sed velata filijs Jsrael: ꝺa obtusi sunt sensus eoꝝ:at reuelata apostolis:q̄ bibebāt de spiritali ꝓsequēte se petra. Petra vero(ait reuelata facie Paulus)erat Christꝰ. Hūc sensū videt mihi ꝓfirmare:qꝺ sequit. Quū ꝓuersus aūt fuerit ad deū:auferet velamē. Quid est:quū cōuersus fuerit ad deū:nisi quū intenderit in finem legis:id est christū/auferetur velamen. Annotatio.CLXV.

OBtusi sunt sensus eoꝝ.(Er. Jd est excecati sūt:r (cogitatiōes)potius q̄ꝫ (sensus)Ed. Nā lectiōe cōtenti sūt:r Hieronymꝰ in cōmentarijs/r Origenes in Exodū:Hieronymo interprete. Annotatio.CLXVI.

OCculta dedecoris.) Eras. Aptius(ꝓbri.) Edo. Hieronymus declarat dedecoris. Annotatio.clxvij. .ij.Co.iiij.

DOminū nr̄m. Era.(Nostrum)redundat. Edo:Hieronymus legit. Annotatio.clxviij. Eodem

PEr Jesum.)Er. Propter Jesum. (Edo. Hieronymus legit) ꝑ Jesum. Annotatio.clxix. Eodem

IN facie. Er.(In facie.)Ed. Sic legit Hier. (i facie)r interptat:r sic habet in cōtextu. Exq̄ adducor vt credā r emēdaturū fuisse,ꝓxime p̄cedēta loca:si sic habuissent codices Hieronymiani:vt habēt Erasmici. Annotatio.clxx. Eodem

SEmp mortificationē Jesu Christi. Er. Brece ē(dñi Jesu.)Sed obstrepet aliquis:q̄d ista faciūt ad sensū:an sit dñi Jesu/aut Jesu Chr̄i. Primū arbitror esse nefas in diuinis lr̄is:si vel vnū apicem:scies ac volens mutes Ed. Nihil ꝺ mutat Hier. qꝺ tū facit:quū res monet. Sed laudo/qꝺ dicis i diuinis lr̄is nihil mutādū/ita vt te stringā tua ipsius lege. Nā q̄ties/ex eo q̄ nimis ipense credis codicibꝫ tuis grecis:mutasti loca/aliōq̄ incert/an codices greci bñ h̄ent: Certa sn̄ia plerūq̄ dānas interptē/si aliō mueniās in tuis grecis/q̄ꝫ hꝫ codex latinꝰ/quū interdū r greci/diuersa reperiant in diuersis exēplaribꝫ:interdum nullꝰ habeat interpres: q̄ habent tua greca/r tñ incūctāter mutas. Aequū est seq̄ris legē/quā ipse tuleris/ne vox tua vox/ Jacob sit/manus aūt/manꝰ sint Esau. Annotatio.clxxi. Eodem Emendatius

NUmiliamur sed nō ꝓfundimur. Er. Hec nō habēt in grecis codicibꝫ:nec in lectiōe Ambrosiana. Ed. Nec apō Hieronymū:vt ita intelligas Hieronymū:et alia fuisse ptermissa:que supius annotantur:si ita habuissent exemplaria. Annotatio.clxxij. Eodem

HOdo. Era. de Lyrano loquēs:q̄q̄ꝫ (inquit)nō ē huiꝰ instituti discutere q̄d huiusmōi scriptores senserint:q̄s ꝓfatur vetex ignaros literax:tumultuario studio/ hic atq̄ hic ꝓfarcinatis glossematis/sacras tulisse lr̄as. Cū antiquis nobis potꝰ res est. Ed Et tñ his etiā agēde sūt gr̄tie/q̄ pelles r pilos capraꝝ/intulerūt in tēplū dñi. Quū et hi etiā hūiles ac sordidi vt tu putas cōmētarij:vetex sn̄ctis nituntur/ac sepe exactiꝰ catholicā veritatē explorāt/ q̄ꝫ q̄ sibi videntur plus sapere. Annotatio.clxxiij. .ij.Co.ii.

IN falsis frib. Er. Sepiꝰ iā admonui/ffres absolute dici oīes Christianos. Qꝺ quidē cognois/nūc a pauis occupatū est:velut ad illos solos recideritchristianissimꝰ. Ed. At hi mihi videntꝫ noie laudādi:q̄ quū ffinitatē ꝓfiteant arctiore q̄dā/nodo q̄ꝫ habet hec cōis in Christo ffinitas/etiam fruū cognomine/ceu pia quadam/et vere Christiana ostentatione glorientur. Nam sicut nōnullū specimen est veri christiani/christianum se profiteri et uelle uocari: ita uere fraternitatis argumentū est pia in frīs cognoie gloriatio. Eodem

Sed et ibi institutū fraternitatis susceperūt: altioze quodāmodo/q̄ qui secularēs appellant. Quippe vt simul habitent vnanimes in domo: vt idē sentiant: eadē faciant: omnia sua sibi inuicē cōmunicent. Hec vero omnia adamussim quadrant ad verā fraternitatis normā: que in apostolis primū inchoata est. Ipsi vero viderint: an nomini suo respondeant: vt Charitatem fraternitatis diligant. Annotatio clxxiij.

Eodem Quinquies quadragenas ꝛc. Eras. | Ambrosius dicit preceptum in Deuteronomio: vt plagis triginta nouem emēdarent/ qui cōmiserunt. Edouardus. In Deuteronomio sic habetur: Pro mensura peccati: erit et plagarum modus: ita dīuidat: vt quadragenarium numerū non excedant. Sic hebraice: Nemissar adonim iabnulo iassich. In numero

Re. Eras. Cōfutatio quadragenario percuti et cum: non addet. Respō. Eras. Accusa Ambrosium. Edouar. Ambrosium venero: cuius et authoritatē libenter suscipio: vt tū p̄ferā verba sacra. Tu ex Ambrosio profers. Ego profero ex sacris literis. Jam partes tue sunt: vt authorem defendas/ si quomodo possis. Js si adesset quē citas (nihil dubito) haberet quo se vtcūq̄ tueretur. Nā et ipse forte inuenio/ quid possit pro eo dici: etiam si nulla ratione probari queat citato/ ceu vera. Quod facile deprehendit ex ipso loco: nec ipse repugnas: et plane sic habet breuiatū: vt nos legimus. Certe quū sumpseris tibi hanc annotandi prouinciā in sacras literas: non debuisset tibi imponere citatio ambrosiana/ aut queuis alia. Quū alterū par sit: vt aut non ignores: aut saltē locum quē citas: vel tuo sensu: vel alterius cuiusuis diligēter explores. Supinitas/ impietas prope est in literis sacris. Annotatio clxxv.

2. Cor. 13. An experimentū queritis.) Eras. Nō est (an) sed qñquidē. (Et postea) quoꝛsum opus erat interpti addere (eius: qui in me loquit Christus:) quod p̄mū nō est apud Grecos: deinde non citra solecismū accessit oratioui. Ed. Hieronymus cōmentarijs in sophoniā legit nobiscū (An experimentū q̄ritis eius/ qui in me loquit Christus). et sepe alibi.

Ad Galathas.

Annotatio CLXXVI.

Gal. 1. Qui est gloria.) Eras. (est) non est in greco: sed tantū (cui gl̄ia.) Ed. Hieronymus in cōmentarijs legit (Cui est gloria. Annotatio clxxvij.

Eodem. Modo enim hominibꝫ suademus.) Eras. Ex greco: nūc enim homines suadeo an deū? Ed. Hieronymus nobiscū legit. Annotatio clxxviij.

Eodem Neq̄ didici. (Eras. Apud grecos non est (didici) sed (doctus sum. Edo. Hieronymus legit (didici). Annotatio clxxix.

Gal. 2. Post annos xiiij.) Eras. Grece (Per annos xiiij. Ed. Hiero. (post ꝛc). Annotatio clxxx.

Eodem. In facie restiti). Jbi dicis Petri simulatio: que videbat noxia fore gentibꝫ: simulata reprehensione corrigebat. Et hāc vtriusq̄ hypocrasim/ dispensationē vocat Hieronymus. Quāq̄ hec interpretatio nō probat Augustino. Et hinc mota est illa magnifica de mendacio inter illos disputatio: quū hic nullū sit mendaciū: qđ oratione cōmittit/ sed dissimulatio tantū/ et simulatio facti. Edo. Nū propterea nō est hec simulatio mēdaciū: quia non est mendacium: quod ore cōmittitur? Quomodo ergo mentitus est Ananias/ ad quem Pe-

trus in actis dicit: (Ananiam cur tentauit satanas cor tuū/mentiri spū sancto.) Et postea. (Nō es hominib⁹ mentitus:sed deo) quū nihil legas locutū Ananiam:sed tantū facto simulasse: nihil sibi relictū de pcio prediū. Et quoties legis in prophetis mēdaciū dici:quū nihil subsit veri reipsa/vel facto. Hinc Paulus:Coluerunt mendaciū. Sed hinc argumentū sumit mendaciū Augustin⁹ contra Hieronymū:q⁹ Paulus dicit Petrū reprehēsibilē:quū Hieronymus conet ostēdere Petrū nō fuisse reprehēsibilē. Unde et necesse est sequi Paulū fuisse mentitū:vel saltē dixisse mendaciū:si Petrus nō esset reprehensibilis.

Annotatio clxxxi.

QUoniā reprehensibilis.) Er. Ex greco quoniā reprehensus erat. Edo. Hieronymus (Quoniā reprehensibilis erat) legit: etiā in cōmentarijs: quū tū egeat hac interpretatiōe ex greco tuo/ contra Augustinū. Nā si rephēsus sit/nō reprehensibilis. Inde dissolui potest vnus nodus/ quo Hieronymum stringit Augustinus. Et nihil minus credo/q3 Hieronymū fuisse omissurū hāc interptationē. si illius greco respōdisset. Sed nec benē quadrat (quoniā reprehēsus erat) Restiti illi in faciē:quoniā rephēsus erat: quū bene cohereat: quoniā reprehensibilis erat. Eodem.

Annotatio clxxxii.

FActū ex muliere. Eras. Natū. Edo. Hieronymus cōmentarijs ad Gal. legit factū. Et in Esaia xlv. declarat. Gal.4.

Ad Ephesios.

Annotatio clxxxiii.

IN ipsum. Eras.(εἰς ἀυτὸν .i. in sese.) Quāq3 potest et ad Christū referri:sed coactius. Nā per adoptionē efficimur fratres Jesu Christi:nō filij/sed filij dei pris ꝛc. Ed. Nescio an(εἰς ἀυτὸν) possit esse in(sese) quū nō aspireꝰ/iuxta tuā ipsius annotationē eodē capite. Hieronymus in textu habet(in ipsum). In cōmentarijs legit(in ipso:)sed interpretat in ipsum/scz Christū. Et quid erat nos dicī filios Jesu christi per adoptionē:quū is deus vnus sit/cū patre:etiā si secundū dispēsationē carnis/frater noster ꝛ caro sit. Hoc nō ignorāt Neoterici:nec id negāt veteres. Plane hoc sciuit Hieron. qui sic etiā declarat de filio:cōmentarijs ad Ephesios iij. Ephes.1

Annotatio clxxxiiij.

QUe in terra.) Eras. Quod addit in grecis codicib⁹(ἐν ἀυτῷ .i. in ipso.) Nec apud Ambrosiū reperio:nec apud Hieron. Ed. Apud Hieronymū est in contextu:in quo nihil temere ponit:quū nō nihil mutauerit. Eodem.

Annotatio clxxxv.

ALienati a conuersatiōe Jsrael). Er. A ciuilitate:siue a republica Jsrael. Ed. Hieronymus legit in cōmentarijs (a conuersatione) et declarat. Ephesi. 2.

Annotatio clxxxvi.

OMnis paternitas.) Er. πάσα πατριὰ omnis familia:vt indicat ꝛ diuus Hieronymus in cōmētarijs. Edo. Hieronymus in cōmentarijs declarat (ois paternitas) sed et indicat verbo hebraico (mschipachat) respōdere verbū grecū πατριὰ. Nec etiā negat/hoc verbū grecū interdū significare paternitatē. Et sic duo loca citat ex libro Numerorum. Annotatio clxxxvij.

Eodem. ERas. Jam questiões ille/quas mouet hoc loco diuus Thomas Aquinas (nũ qua paternitas sit in celo: et nũ omnis paternitas que est in celo et in terris/deriuata sit ab ea paternitate que ẽ in diuinis:) q̃z aptẽ ptineãt ad hũc locũ viderint theologi: qñquidẽ vocẽ/vnde questionẽ omnẽ elicit/non intellexit. Ed. Eadẽ opera taxas et Hieronymũ: qui hoc loco longa disputatione dissertat: quõdeus paternitatis nomẽ cõmunicet creaturis: vt hoc indicet etiã tã sepe repetito vocabulo: nihil abhorrere se: vt dicat omnis paternitas. nec Thomas ignorauit vocabulũ paternitat̃: vñ hãc disputationẽ elicit: etiã si ignorauit: quid huic vocabulo grece respondeat. Sic omnibꝫ theologis grece nescientibꝫ/os obstruxeris: ne de sacris literis disputẽt. Annota. clxxxviij.

Epbe. v. SAcramẽtũ h̃ magnũ est ꝛc. (Dicis nõ magnopere colligi ex hoc loco: matrimoniũ esse sacramentũ. Ed. Jmo ex hoc loco plane colligi potest/matrimoniũ esse sacramẽtũ. Quod ipsa verba: si quis iuste expẽdat/satis pferũt. Primũ premittit: Viri diligite vxores/vt Christus ecclesiã. Deinde: Viri debẽt diligere vxores/vt corpora sua. Nemo enĩ carnẽ suã odio habuit. Postea sequit̃: Propter hoc relinquet hõ patrẽ suũ/et matrẽ suã/et adherebit vxori: et erunt duo in carne vna. Subsequenter infert: Sacramentũ hoc magnũ ẽ. ego aũt dico in Christo et ecclesia. Jã rogo te: q̃d sacramẽtũ innuit/quũ dicit: (sacramentũ hoc magnũ est:) Nõ: puto: dices/Christi et ecclesie: ne insulsa sit dictio: sacramentũ hoc Christi et ecclesie: magnũ est in Christo ꝛ ecclesia. Qõ ergo dicit: (sacramentũ hoc): nõ habes quo referas: nisi ad cõiunctionẽ viri ꝛ mulieris in dissolubilẽ: ex illis verbis: (Propter hoc relinquet hõ patrẽ/et matrẽ suã/et adherebit vxori: et erũt duo in carne vna.) Hũc sensum explicat Augustinus lib. ꝑmo de nuptijs et cõcupiscentia ad Valeriũ. Respõdebit (inq̃t) Connubij sacramentũ. Deme ante peccatũ dictũ est/in paradiso. Relinquet homo patrẽ/et matrẽ: et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Quod magnũ sacramẽtũ dicit apostolus/in Christo et ecclesia. Qõ ergo in Christo et ecclesia est magnũ: hoc in singulis q̃busq̃ viris/atq̃ vxoribꝫ est mĩnimũ: ſz tñ cõiunctionis inseparabile sacramentũ. Hec Augustinus. Nec abhorret ab hoc sensu Hieronymus: et quẽ ille sequit̃ Gregorius Nazanzenus/cõmẽtariorũ in epistola ad Ephesios: capi. v. Eraſ. Neq̃ enĩ in hoc magnũ sacramentũ ẽ: si vir iungat̃ vxori. Ed. Et hoc inquã sacramentũ magnũ est/in Christo et ecclesia. Habet enĩ quiddã pertinẽs ad integritatẽ sacramẽti hec cõiunctio. Quod aperte sentit Leo papa xxviij. quest ij. capi. Quũ societas: his verbis. Quũ societas nuptiarũ ita a ꝓncipio sit instituta: vt preter coniunctionẽ sexuũ: nõ habeat in se Christi et ecclesie sacramẽtũ: nõ est dubiũ/illã mulierẽ nõ pertinere ad matrimoniũ: in qua docẽt nõ fuisse nuptiale mysteriũ. Jdẽ Augustinus codẽ loco: capi. Nõ est. Resp. Eraſ. Nõ omne mysteriũ est vnus ex septẽ sacramẽtis: et tñ sunt magna mysteria: sicut: q̃ Eua facta fuit de latere Ade: mysteriũ est: rẽ arcanã designãs. Preterea Augustinus negat magnũ esse sacramentũ in viro et vxore: sed magnũ est: qõ illa cõiunctio repzesentat. Neq̃ tñ necessariũ est: vt typus per omnia respondeat: sicut adulterũ Dauid cum Bersabee sacramentũ est synagoge abducte a Mose/et Christo iuncte: nõ tñ cõueniũt omnia. Postremo ex nullo veterũ doceri põt: matrimoniũ fuisse vnũ e septẽ: quũ nec Dionysius cetera recensens hoc cõmemoret. Et Cypzianus fa

Ref. Eraſ. Cõfutatio

Ref. Eraſ.

tem minora sacramēta:nō a Christo/sed a patribus instituta.Ed. Nō p̄mū dicis: nō omne mysteriū/esse vnū ex septē sacramētis:deiñ:q̄ magna sunt mysteria: posteā:q̄ nō sit necessariū/vt typus p omnia respōdeat: in his tecū cōsentio. Sz nihil hec faciūt ad annotationē meā. Neq̄ opus erat: vt huc adduceres hec/nihil ad rē faciētia. Nā hactenus certatū nō est:an mr̄imoniū sit vnū ex septē sacramētis. Quāq̄ id nemo sane negauerit:in is velit vnus contra catholicā ecclesiā pugnare:que et laicis/et pueris hoc scientibus/matrimoniū ceu vnū ex septē sacramētis nullo reclamāte:tot iā seculis venerata est. Etiā q̄n septē feceris: si matrimoniū loco pepuleris/in matrimonij locū aliud surroga:et dicenos:que sunt illa septē. Nec quicq̄ p̄bat qō affers: (ex nullo vetere doceri posse/matrimoniū fuisse vnū e septē:quū nec Dionysius cetera recensens.hoc cōmemoret). Nū p̄terea nullus veterū cōmemorat:q̄ Dyonisi⁹ nō cōmemorat:Aut nū inde necesse ē sequi:vt nō sit vnū e septē: qz Dyonisius nō recēset: Sic etiā penitētie sacrm̄ de nūero deleueris: de q̄ nihil q̄q̄ mihi videt dicere Dyonisius:cui nec erat hoc institutū: vt sacramenta et eoz numerum describeret:sed vt munera illa hierarchica: de quib⁹ tā sublimiter philosophat: etiā in ecclesiasticis signis veneraret. Nā nec ea tm̄ explorat in his que p̄prie ecclie vocant sacramēta:sz etiā in alijs mysterijs/seu sacris cerimonijs:sicuti de mysterio monastice pfectōis:vt plane videre liceat/ hanc esse summā operis:vt in vtrisq̄ hierarchicas purgatiōes/illuminatiōes/et cōsumationes exequiat. Et babunde satisfactū qō in q̄busdā inuenerit: q̄ post celestē hierarchiā/posset et ecclīastica statuere. Jta q̄ nihil opus erat/vt cetera recenseret/ quū de penitētia nihil disputet:quā si vna cū matrimonio exauthorabis/q̄dni alia nobis in eoz̄ locū sufficias. Aug⁹ (inq̄s) negat magnū esse sacrmētū/in viro z vxore: verū est:et quis repugnat? Sed nō negat Augu⁹:q̄n sacrm̄ b̄ in viro z vxore/ sit magnū in Christo et eccla. Nā cōiunctionē Chr̄i et ecclie nō (opinor) dicis sacramētū: quū ea p̄fus nihil significet:sed p̄signata sit b̄ sacramēto cōiunctionis viri et mulieris. Nō nec plenū sacrm̄ est cōiunctiōis Chr̄i et ecclesie: nisi accedente copula carnali. Jta tm̄ : vt et hec coniunctio citra copulā/magnū sit sacramentum in Christo et ecclesia.

Quod postremo loco dicis: (Cyprianus fatetur minora sacramenta non a Christo/sed a patribus instituta). Nescio quo tēdit hic sermo: quum nihil sit disputatum:an sacramento omnia a Christo sint instituta. Nec quicquā obest annotationi mee: quum matrimonium sacramentum esse possit: etiam si non sit a Christo institutum. Sed quod matrimonium videns ponere inter minora sacramenta:si ad rem quę hoc sacramento significatur/respicias:indica mihi/ quod omnium sacramentorum sit maius? quanquā alijs rationibus/alia possunt esse maiora:vt dicunt theologi. Etiā si maiora sunt quę instituebantur a Christo: et alterum necesse sit (quod non affirmo) vt omnia sacramenta vel a Christo/vel a patribus instituta sint:matrymonium de maioribus erit/ quę a Christo instituebantur: quum a patribus institutum fuisse matrimonium:nusquam legas. Communis fert sentēria:nec spernenda:ni melior afferri possit: matrimonium fuisse institutum in paradiso: non solum in officium/sed in sacramentum. Jd quod aperte docet Augustinus in libro de nuptijs/et concupiscentia: ad Valerium comitem.

Cōfutatio

Ad Philippenses.ij.

Annotatio.CLXXXIX.



Sse se equalē deo.). Era. τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. id est vt esse liter esset deo. Ed. Hieronymus legit (esse se equalē deo) commentarijs: et in Abacbuc tertio. Et in Jonam.ij.

Ad Collossenses.

Annotatio.CXC.

Coll.i.



Rimo genitus omnis creature. Er. Sensus hic esse potest: q̄ genitus fuit ante omnē creaturā): ne quis cum Arrio dei filiū faciat creaturam. Ed. Probe quadrat hic sensus: sed nihil contra Arriū. Arrius eñ vtrūq; dicit alterū sensu: alterū expresse. Nam fatet Christum genitū ante oēm creaturā: quanq̄ nō secum satis constet: vt patet apud Augustinū in sermone arrienorū. Et tantundē manet periculi: ex eo quod sequit (primogenitus ex mortuis) ne filius dei dicatur mortuus. Quod si iuxta cōmunicationē ideomatum: filiū dei affirmabis mortuū: quid prohibet quo mīꝰ eadē regula creaturam dicas? Arrius tam impius erat in dei filium: vt puram creaturā faceret: et diuinitatē illi prorsus adimeret: minorem faciens patre: quū deus esse non possit: q̄ non idem equalis. z consubstantialis sit patri: Arrius tñ z deum volebat esse z minorē patre: que inuicem nō cōstant. Nam quū deum dicit esse Christum minorē patre: sensu implicat creaturam esse. Hāc impietatem z blasphemiam in filium dei: adeo execrati sunt sancti: presertim quib⁹ cū Arriani s cōflictus erat: vt tutum nō putarint apō Arrianos: z infirmos in fide: filium dei fateri creaturam. Quanq̄ alia erat ratio apud eos: qui fortes in fide: z eruditi: solido: cibo; vescerentur. Sic Augustinus pia quadā vafricie contra Arrium declinat ad sabellium: z cōtra sabellium declinat ad arrium: tam semper infestus hereticis: vt ne quidem vocabulis voluerit cum eis communicare. Sic Hieronymus qui aliquoties negat christū esse creaturā: multoties damat periculum nō esse dicere Christum creaturā esse: in cōmentarijs ad ephesios palam. Et in Hieremiam: edisserens illa verba, pbete. (Creauit dñs nouū super terram). annotat q̄ conceptus creatio appellatur. Idē in Esaia illa verba enarrans. (Ego dñs creaui eū:) non scandalizabitur (inquit) ad nomen creature: qui illū vermem: ac seruum: ac germinatū legerit esse de terra. Sic augustinus Christum dicere creaturaz nō abhorruit in sermone dñi. Voluit (inquit) creatura fieri/qui erat creator. Quanq̄ etiaz/si consequentia loci pateret/cur non ita dicatur primogenitus omnis creature/sicut primogenitus ex multis fratrib⁹/vt euāgelico sensu ois creatura bō sit. Quippe q̄ Christꝰ heres sit et p̄ or adierit hereditatē pādēs iter: vl ita vt dignitatē z p̄eminētiā dicat p̄mogeniture vocabulū/vt b̄ significet Christū dignioꝛē z excellentioꝛē oī creatura/sic z illud ad dignitatis modū refertur./Ante me factus ē/id est maioꝛ me est/interpretib⁹ Chrysostomo z Augustino. Et in hūc sensum probe quadrat/qō sequitur./vt ipse sit primatum habens./Quicquid sit/nihil assero. Hoc tñ moneo/nō vsque adeo vitandam carybdim/vt incidamus in scyllā: sed caute inter scopulos nauigandum.

Annotatio.cxci.

QUod in illo creata sunt oīa. Er. Nō video: quid ad rē ptineat: vt ideas platonicas huc in medū ptrahamus: id qō facit Aqnas quandoquidē iuxta sermonis hebrei ꝓpietatē Paulus (in ipō) dixit: pro eo qō est: (per ipm) declarat id: qō mox repetēs hāc sententiā: qō hic dixerat (ἐν αὐτῷ: id est in ipso) mutat in (δι' αὐτοῦ: id est p ipm. Ed. Bis ℔ loco habent/in ipso/codices latini. Alterꝫ/id est qō secūdo loco ponit: (in ipm) facis ex greco. Alterꝫ qō primo loco est/grecū sic habet: vt codex latinus habet (in ipso.) Quare ℔ locꝰ satis fuerit aquinati: vt ideas nō qdem platonicas: sed exemplares illas sempiternas: in sapientia eterna: huc accersiat. Nec id quidē intēpestiue/ quēadmodū Augustinus/ (qō factū est in ipo vita erat) longa disputatione interptat. Sed tu dic (in ipso) dictū pro eo qō est/p ipm/ Hoc non ꝓbas. Nec satisfacit qō affers de ꝓpietate ſmonis hebraici/ quū nō eadē oīb⁹ locis cōueniant. Sed nec vulgarius tuus/si Chrysostomū imitabit/℔ in oīb⁹ locis dicet/vt/in ipso/dicat pro/per ipm. Quū Chrysostomus cōmentarijs in Joannē/oīa hec/ex ipso/ per ipsū/ in ipso/ que singula/singulis ꝓsonis appropriant/nihilominus indiscriminatim/ ꝫ de filio/et de alijs ꝓsonis diuinis/in scripturis dici ostendat/ vt de filio dicatur/et/in ipo/ꝫ (per ipm) ꝫ (ex ipso. (Hoc vero annotat/cōtra hereticos/qui/per ipm/ diminutionē filij a patre significare putabāt/quū et illud (per ipsum) etiā de patre dici testetur. qō tñ repugnare ꝓsone patris dicis annotatiōe (oīa per ipm) Joannis. I. Et Hieronymus cōmentarijs in Amos ꝓphetam (oīa p ipm) ad patrē refert. Jd qō ꝓprio capitulo in Joanne annotaui. Habes ꝫ in eodem capitulo. (oīa in illo cōstant:) et in sequenti capitulo de Christo dictū (in quo oēs thesauri. ꝛc̄.) Postea (Ex q̄ totū corpus. ꝛc̄.) Sed et ℔ loco magis cōuenit (in ipso) ne idē bis repetat: quū sequatur (p ipm At repetitur. qō quū primū implicatur: subinde explicat. Nam si (in ipso (primo loco (per ipm) significet: quid ꝓhibet: et primo loco (p ipm) dici: Qō si dicatur: bis dicitur. Eodem

Annotatio. cxcij.

IMago dei inuisibilis.) Er. (Jnuisibis) nō refertur ad imaginē: sed ad deum ἀοράτου: hoc est dei: qui videri nō potest: qui tñ quodamodo videat in imagine. Ed. Ut grece ita sit: nihil tñ absurdi: si ad imaginē referatur: que per se inuisibilis est: atqꝫ is cuius est imago: quū sit candor lucis eterne: quē nemo videt et viuit. Hoc vidit Chrisostomus: ediſſerēs hūc locū. (Qui videt me: videt et patrē.) Neqꝫ ego (inquit Chrysostomus: verbis Christi:) neqꝫ pater: videri possum⁹. Nec opus erat addi (quodāmō) si qdē imago videri possit: Nā in imagine visa: expressissime videretur: quū imago sit expressissima: qplenissime referat patrem: cuius est imago. Que et character appellatur substātie patris: quod similitudinis omnimodo ꝓbeat indicium. Eodem

Annotatio. cxciij.

IN ipso complacuit.) Era. (εὐδόκησεν.) Jd si referatur ad patrem: cui⁹ voluntas: ac decretum fuerit: cōmodior erit interpretatio: q̄ si ad filium Proinde nos (patri) addidimus de nostro. Edo. Qui ad filium per se referat: credo neminem prorsus esse interpretum. Ad trinitatē omnes quos ego viderim: referunt: et cōmune trinitatis decretum: in his que verbū spectāt incarnatum: indicant. Eaqꝫ ratione Arrio ansam hanc auferunt ne filium minorē Eodem.

patre putet. Quare mihi bene videtur habere: vt absolute stet. Et miror te ausum esse quicq̃ adderel: quũ hoc nõ sit interpretis officium: sed paraphraste: explicare quid tibi videat: quũ locus eõis sit et ad alios sensus: etiã q̃ magis quadrent. Satius igitur fuerit delere tuũ (patri) q̃ de tuo tñ capite addere. Nam et si sensus sit catholicus quẽ facis. nõ tñ cõmittendũ vt quicq̃ addas: quũ hoc sit authoritatis plusq̃ apostolice. Quanq̃ reperio Hieronymũ sic fecisse: sed vbi sensus alioqui ꝓpe nullus erat. Nolim tñ id sibi sumere Erasmum. Nam sic quiuis doctus addiderit: et nihil stabile erit in sacris literis. Quin periculũ est: ne diuersa ferantur exemplaria: et schisma fiat: suum quoq; tuente exemplar: vt pertinacia sunt plerunq; hominum ingenia.

Annotatio. cxciij.

Eodem. OMnẽ plenitudinẽ diuinitatis. Er. (diuinitatis) apõ grecos nõ lego: nec addit apõ Ambrosiũ. Et haud scio: an apõ vllũ omnino sit interpretum. Proinde miror vñ vox ea in quedã exemplaria latinorũ irrepserit. Ed. Vide Erasme quõ te pcutis gladio tuo. Mirari s (diuinitatis) additũ: quũ nõ sit in greco: nec apõ vllũ interptẽ. Et posteri: qnũ tuũ (patri) vi debũt: qõ neq; grecũ habet: nec vllus interpretatur: mirabuntur abs te additum.

Ad Timotheum. Annotatio. cxcv.

Prior ad Timotheũ pmo. SEcundum imperiũ. Er. (κατ' ἐπιταγήν.) Aptius hic erat (iuxta iniunctionem/siue delegationem.) Edo. Interpres Chrysostomi (scõm imperium) reddit: et ipse Chrysostomus sic interpretatur.

Annotatio. cxcvi.

Eodem GRatia et misericordia. Er. Greci non addũt coniunctiões: hoc loco: sed (gr̃ia misericordia pax). Edo. Chrysostomus legit (misericordia et pax).

Annotatio. cxcvij.

Eodem OIhesu Christo Jesu domino nostro. Erasmus. Brecanici codices iterant domini cognomen (a domino Jesu Christo: qui est doñs noster). Edo. Chrysostomus nobiscũ legit: et nihil addit hoc loco.

Annotatio. cxcviij.

Eodem. INaniloquium. Erasmus. Nobis cauendum est ne sic sectemur theologiam: vt in mateologiam incidamus: de friuolis/nugis: sine fine digladiantes: Ea potius tractemus: que nos transformẽt in Christũ: et celo dignos reddãt. Quorsũ eñ attinet decertare: quot modis accipiat pcm̃: priuatio dũtaxat sit: an macula inhereãs aĩe. Edo. Et ego veritus puto hoc ad mateologiam q̃ ad theologiã ptin̄ere: vt dãnes hoc genus exercitandi: dũ p eratẽ licet: qõ magno cõsensu multi sancti pharũt/nemo dãnauit/nisi qui quale esset ignorauit. Et nuge tales sũt/vt pze harũ insciti sint qui fede labant. Et Augustinus quantũ in hoc genere versatus sit. cũ decoro tñ/sciũt qui opa eius legũ/maxie qõ cõtra hereticos sic op⁹ fuerit: q̃ decretis philosophie/et argutijs innitebant. Qui primum malum posuerũt/ nũquid erãt aliqua ingeniosa disputatione cõstringendi: Sed tu balbutiem banc horres. Ego malo cum istis balbutijs/q̃ cum eloquentie candidatis turpiter errare. Bene hortaris: hoc potius agant theologi/vt omnes horreant oderintq; peccatũ. Sunt in vno corpore multa mẽbra/quũ singulis sua sint officia/nec tamẽ vllum corpori est inutile/

quod suo tantum officio fungatur. Sunt qui horrentur populum: sunt qui exercent se in disputationibus velut in palestrico certamine: q̄ postea pati sint: reddere rationem omnipotenti de fide: etiā heretico Neq; cuiuslibet etatis est docere in suggesto pplm. Nō singula munera suos annos. Annota cxcix.

Eodem

SOli deo. Et. μονῷ σοφῷ θεῷ Ceterū quū (σοφῷ) nec apō Hiero. nec apō Ambro. nec apōvllū p̄terea repio: nō nihil additū suspicor: aduersus Arrianos: qui solū patrem vere deum esse volebāt. Si quidē et heretici nō nihil immutabāt i lr̄is sacr̄is/q̄ suū tuerent errorem: ita cōpertū locis aliquot addita q̄ dā ab orthodoxis ad excludēdos: aut refellendos hereticorū errores: vt locis aliquot indicauimus. Ed. Quid op⁹ erat h̄ loco addi: quū in epistola ad Ro. c. xvi. ascribatur (soli sapiēti deo.) Etiā ex alijs huius loci verbis: taxat arrianos Ebrysostomus. Origenes vero ad patrē refert. Quin obesset potius veritati catholice: q̄ procinaret̄: insiticiū verbulum. Qui em̄ nō essent p̄nationes Arriani/ si deprehenderēt veritatē catholicā: p se ipotentē: cōmenticijs copijs egere: Quid nō oblatrarēt: p̄spicientes id merū additamentū esse: qō p̄tra se ceu: certū oraculū p̄ponere? Nō eget hūanis cōmentis: sacra veritas. Nec non victoria esset: si impostura: Augustinus mauult Priscillianistas insanis/ erroribus ad hec mergi: q̄ vel leuiculo mēdaciolo liberari. Quid (inquit (mēdacio mēdacia p̄sequeris? An latrocinio latrocinia: sacrilegio sacrilegia: adulterio adulteria/ sunt p̄sequenda. ꝛc. Temerarius p̄phanator est nihilomin⁹: q̄ addit/ q̄ q̄ sup primit/ vter q̄ falsari⁹/ vter q̄ de spū male merit⁹/ quē putat suo ingenio egere alio q̄ p se imbecillū. Ut felix est qui ex spū hō elucidat/ ita impi⁹ p̄sus/ si ex spū suo vel vnū iota addat. Tales notauit apostolus. Si q̄s euāgelizauerit p̄ter/ q̄ qō euāgelizauimus/ anathema sit. Tales Joānes in reuelatiōe. Qui apposuerit ad hec/ apponet ei deus plagas. Facit ergo sibi piculū/ facit ꝛ ecclesie. h nou⁹ verbor̄ cōpaginator/ sed et facit ipsis hereticis/ q̄s dū liberare se putat p fundi⁹ mergit: R. Er. Locus in epla ad Ro. multo suspectior est q̄ hic. q̄q̄/ dem in multis libris nō habet̄/ ꝛ in quib⁹ habet̄/ habet diuersis loc̄. Et in fi. c. xiij (ni fallor) nō coheret: neq; cū his q̄ p̄cedūt: neq; cū his que sequūt̄: atq; i fine eple: nō multo magis. Vtinā nihil esset additū: aut ademptū: vsq; in lr̄is sacris: sed id esse fctm̄ negari nō pōt. Indicat ipsa librorū varietas/ etiā patentibus orthodoxis: vt nolite irasci. Hieronym⁹ fatet additū (sine causa). Et cū hereticis disputās sepius hoc audit: et aliq̄ties nō repugnat. Vtinā Augu. sic potuisset omne mēdacium ab eccl̄ia excludere: vt fortiē oppugnat disputatione. Certe plus satis admissū est. Et tm̄ ob scādalū in firmor̄ iā ante hac mutauerā locū. Ed. Quin pot⁹ suspectus sit tibi liber in quo hic locus nō habet̄. Qm̄ ab origine discis: imputādum hoc Marcioni heretico/ qō in quibusdā libris non inueniat̄. Nam is ab hac epistola abstulit non solum hoc/ sed ꝛ ab eo loco vbi scriptū est (omne qō nō est ex fide. ꝛc.) vsq; ad finē: cūcta dissecuit Et q̄ apte cohereat in fine epistole docet te Origenes: qui ꝛ totum hunc locum interpretat̄: Et quod dicitur (soli sapienti deo) hoc refert ad patrem ita vt nihil faciat contra Arrianos: sed pro eis potius vt ipsi putant: Nā hoc vno loco nihil habent frequēti⁹ in ore: quo tueant impietatē suā. Jn de videtur sibi elicere: solū p̄fectum esse p̄fectum deū: id quod videre licet in disputatione Augustini p̄tra maximinū Arrianū. Nullus est locus q̄ magis glorientur: ꝛ p̄e vident sibi triūphare.

Ref. Eras.

Cōfutatio

Quare si quidē additū sit: p eis potius additū est/ q̄ cōtra nos. Sed additū nō esse: quin potius adēptū ab hereticis monet Origenes. Sed et grecus codex in fine epistole Jude (soli sapienti deo) habet. An quicq̄ sit additū: nihil disputo in p̄sentia: sed hoc tantū monco/ quāto cū periculo addit̄: si q̄d addit̄. Nā hāc ansam habēt cōtra nos heretici: si quid cōtra eos p̄ferimus: hoc additū est/ nō est germanū. De ἐικῇ q̄d dicis additum: verū quidē est: sed vestris grecis/ non nostris latinis. Sed et alia grecis codicib⁹ alibi addita: alibi adēpta/ nihil dubito. Hoc indicat tā varia lectio ap ō ipsos grecos. Optas vt Augustinus sic potuisset omne mendacīū ab ecclesia excludere: vt fortiter oppugnat disputatione. Nō est ō Augustini/ sed dei: nec istoz̄ tēpoz̄/ sed illius in quo traditurus ē Christus regnū deo et patri. Nā donec hic vuit̄/ mixta erit zizania cū tritico. Sed ō debemus Augustino: q̄ō tā strennue officio suo functus est. Per eū multi p̄ib⁹ labefactatū est regnū mēdacij. Et tū inq̄s) ob scādalū infirmoz̄ tā ante hac mutauerā locū. Scilicet infirmos putas omnes/ q̄ hoc loco offendent̄. Expende an infirme sint rōnes quib⁹ te vrgēt: vt hunc locū mutes: et tū demū demū si sic videat̄/ infirmos indica/ et locū hūc stare iube. Quin potius dic: ne q̄d offendiculū det euāgelio Christi: muto hunc locū: et nihil decerno addendū aut adimendū sacris literis: infirmus alioqui ipse: ni hoc dicas/ et ex animo sentias. Annotatio CC.

Eodem Soli deo.) Eras. μονῷ σοφῷ θεῷ, id est soli sapiēti deo. vt (soli sapienti) cōiungas: et (deo) referat̄ ad omnia. Ad hunc quidē modū legit Chrysostomus: et hunc secutus vulgarius. Edo. Chrysostomus in commentarijs: (sapienti) non legit: nec interpretat̄: cū cetera longo sermone dissertet. Et Chrysostomus (soli deo) contūgit: et soli regi seculoz̄/ et soli immortali: omnia hec referens ad patrē: sicut et superius annotaui Origenē cōmētarijs in epistolā ad Romanos/ referte ad patrem. Annotatio CCI.

1. Timo. 3 Doctorē.) Eras. Hieronymus reph̄dit vulgatā editionē: que hz (docilē) et vertit (qui doceri possit.) Edo. Nullū exēplarioz̄/ que ego vidi/ habet (docilem.) Annotatio CCII.

Eodem. Mulieres similiter pudicas. (Eras. Ipse sermonis tenor: palā declarat: eū loqui: de vxoribus episcoporū/ ac diaconoz̄ū: rectius vertisse vxores/ q̄ mulieres: q̄n quidē grecis est γυναῖκας. Edo. Vocabulū grecū cōmune est ad vtrūq̄: et ad mulieres/ et ad vxores: et Chrysostomus mulieres interp̄tat̄ ministerij dignitate p̄ditas. Asscribā ipsa Chrysostomi verba. Plericq̄ volunt apostolū ō simpliciter de muliere p̄cepisse: sed ita nō ē. Quid enī haberet cōsequentie/ inē ea q̄ de episcopis ac diaconis meminit/ vllā mulierū facere mētionē. Sed de his p̄fecto ait/ q̄ ministerij dignitate sunt p̄dite. Hec Chryso. Sic vides Chrysostomū alia ratione dissoluisse nodū/ de consequētia sermonis: vt nihil sit opus (vxores) interpretari. Annotatio CCIII.

Eodem Magnū est pietatis sacramētū/ qō manifestatū est in carne.) Eras. Lector mea q̄dē sentētia simplicissima fuerit interp̄tatio: si quis mysteriū intelligat/ p̄dicationē euāgelij. Edo. Hec interp̄tatio q̄ male quadret huic loco: mihi videtur facile intellecturus/ qui locum ipsum expendet. Nā quid est qō dicis euāgelū manifestatū in carne/ iustificatū in spū/ apparuisse angelis/ assumptū in gloria. Jd quo pacto alio detoz̄q̄ri pōt: nisi ad sacramentū verbi

incarnati: Nã p̃dicatione euãgelij/sacramentũ nescio cur appelles. Presignata erat multis modis p̃dicatio euãgelij: nõ ipsa p̃dicatio sacrm̃ est. Euãgelium in mysterio absconditũ erat: sed nunc reuelatũ: non carne/sed spũ. Nihil dissidet sensu nr̃a editio/cũ interp̃tatione ex greco tuo. Et qõ dicis id offendere Laurentiũ: q̃ mysterũ dicat assumptũ in gloria: nõ ab re offendit: si nõ intelligat: sed offenderet magis interp̃tatione tua: si p̃dicationẽ euãgelij audiret assumptã in gloriã/vnde p̃fecta fuerat. At miraris cur nõ magis offenderit Laurẽtiũ: q̃ deus dicat iustificat⁹. Nihil est qõ offendat: quũ ex scriptura habeat/ quid sibi respõdeat/alibi scz scriptũ: Justificata est sapientia a filijs suis: vel etiã qa legit: nõ est inuentus dolus in ore eius. Hoc pacto liberat se ab h̃ scrupulo Chrysostomus/qui hanc lectionẽ sequitur. Annotatio CCIIII.

IN charitate.) Eras. In dilectione/in spiritu/ in fide/in puritate. Edo. Chrysostomus (in spiritu) nec legit/nec interp̃tat: sed nobiscũ legit (in charitate/in fide/in castitate.) Annotatio ccv. 1.Tim. 4.

IN laqueũ diaboli.) Eras. Diaboli nõ est in greco. Edo. Chrysostomus in cõmentarijs legit. Annotatio ccvi. 1. Tim. 6.

GRatia et misericordia.) Er. In grecis codicibus absunt cõiunctiones: (gr̃a misericordia pax. Ed. Chrysostomus legit (misericordia et pax.) Annotatio ccvij. 2.Timo.1,

TEmpora seculania.) Er. Eterna. Ed Chrysostom⁹ legit et interpretat (seculania) et magis videt q̃drare meo iudicio. Annotatio ccvij. Eodem.

IN quo. Eras. In quod/nempe euangelium. Edo. Chrysostomus legit in quo. Annotatio ccix. Eodem.

PRophana aũt et inanilo qa deuita. Era. Dictũ mirũ/q̃ spiritu p̃sentiret Paulus et quã graphice depinxerit/ inextricabiles theologistarũ qões. Ed. Sed id etiã fuerat annotãdũ: q̃ p̃phana iusserit deuitare: itaq; monuerit illotis pedibus in sacrariũ nõ esse irrũpendũ: nec sic tractãdas sacras literas: vt fabulas poetarũ: opus esse illi summa vite sanctimonia/ summa pietate/ac modestia: qui sacra adeat/multo magis q̃ adita penetret: nõ esse cuiusuis aperire mysteria/sed tm̃ trãsformati in deum spiritus. Annotatio ccx. 2.Timo.2

NE forte det. Eras. Ne qñ det. Ed. Chrysostomus/ne forte/legit: et interp̃tat his verbis: Ne forte det eis deus/resipiscere a laqo diaboli. Ac si dicat: fortassis sequet aliqua emendatio: fortassis: aũt in reb⁹ oubus ponit &c. Hec Chrysostomus Eodem

Ad Hebreos.

Annotatio CCXI.

THras. Flãma ignis: πυρὸς φλόγα, id ẽ ignis flãma. Edo. Nescio qd h̃ annotas: nisi hoc annotatũ velis/qs sit ordo verborũ in grecis. Hebre.1.

Annotatio ccxij.

QUia nõ potuerũt. Er. Hoc loco verba que addunt/in reqem ipsius/nõ nõ inuenio inuenio in grecis exẽplaribus. Ed. Nec in codicibus meis latinis. Heb.3.

Annotatio ccxiij.

ADexpletionẽ spei. Eras. Certissime spei fiducia nascit ex pijs operibus potius/q̃ ex syllogismis. Ed. Quin et h̃ scias ex operib⁹ ceu principijs/ syllogismũ fieri ad spẽ: vt p̃sumptio sit bñ sperare: si male feceris Heb. vi.

Annotatio ccxiij.

Hebre. 7. De alia tribu. Eras. φυλῆς ἑτέρας μετέχησεν id est alterius gētis particeps fuit. Edouar. φυλὴ etiam si gentem significat: vocabulum tamen anceps est/quum et tribum possit significare: vt dicit Suidas: et hec interpretatio prorsus impia est: vt dicatur de alia gente fuisse: palam refragante scriptura. Etiam qō sit hoc loco/tribu/sequens in eodem capite sermo declarat. Manifestum est enim q ex Juda ortus sit dominus noster: de qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Ibi pro tribu grece φυλῆς quemadmodum et ipse eo loco interpretaris.

Annotatio ccxv.

Eodem Sermo autem iurisiurandi qui post legem. Eras. Legi potest: et/supra legem. Nam prepositio anceps est: qō si legis /post legem/ intellige legem conditam: nempe in psalmis. Edou. Ego verius puto per sermonem iurisiurandi intelligi euangelium, quod legi successit. Nam quod Dauid dicit iurasse dominum: non est ad id temporis referendum/quo ista dicebat: sed eternū fuisse iuramentum: ac se boni nuntij vatem factum/posteris indicabat. Itaq; mea sententia iusiurādum legem precesserat: sed in lege nuntiabatur per os prophete: post legem vero complebatur: vt sermo iurisiurandi dicatur: iuxta proprietatem lingue hebree/que sermonis nomine vtitur pro ipso facto: vt sepe est legere in biblia hebraica. Sic bene omnia coherebunt/ lex constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes/ sermo autem iurisiurandi: q post legem est: filium in eternum perfectum. Jesus enim sacerdos noui testamenti: eo: quod manet in eternum: sempiternum habet sacerdotium.

Annotatio ccxvi.

Hebre. 8. Si enim primum culpa vacasset. Eras. Id est fuisset irreprehensibile de quo queri non possis: vel in quo nihil posset desyderari. Edouar. Chrysostomus interpretatur culpa vacasset: id est inculpabiles fecisset. Non illud inquit culpat: sed illos ꝛc. Annotatio ccxvij.

Heb. 9. Et sanctum seculare. Eras. Sanctum mundanum: siue sanctimoniam mundanam. Edouar. At Chrysostomus declarat verbum seculare. Seculare: inquit: quoniam omnibus licebat intrare. Et manifestus erat ille locus in tabernaculo/ vbi sacerdotes stabant/vbi Judei/vbi Proselyti/ et gētiles/ nazarei. Quum ergo et gentibus accessibile erat/seculare appellabatur non enim Judei totus mundus. Hec Chrysostomus.

Annotatio ccxviij.

Eodem. Sine sanguinis effusione. Eras. Et hic locus nonnihil sapit Origenicum si legas que sequuntur. Edouar. Forte innuis de eo quod sequitur: necesse est ergo exemplaria quidem celestium his mundari: ipsa autem celestia/ melioribus hostijs: q̄ istis. Hec verba nihil habent Origenicum: nisi forte putas: quum de celestibus loquitur mundandis: ad demones posse referri saluandos: quum palam sit hoc loco loqui de carnali lege: q̄ vocat exemplar: que et carnalibus cerimonijs: et expiationibus utebatur: de lege etiam spirituali noue gratie: quā appellat celestem: que docet que non videntur celestia: et eterna: cuius sectatores celestia appellat. Nec̄ alio detorqueri potest nisi

quis ex profesſo velit eſſe origeniſta. Annotatio ccxix.

NAm et uinctis .(Era. Uinculis grece.) Edo. Chryſoſtomus (vinctis) interpretatur. Annotatio. ccxx. Hebre. 10.

HIdes eſt ſperandarum rerum ſubſtantia ꝛc. Er. Hic quidam ridicule nugantur circa hanc definitionē: vt ipſi vocant: quū non finitio ſit: ſed encomium fidei. Ed. Augu⁹ definitionē appellat. Sic et Hieronymus commentarijs in. v. ad Gala. Et cur non ſit definitio: que totam rationē complectitur: iuxta placitū Ariſto. in topicis. R. Er. Non nego ſimpliciter eſſe finitionem: ſz ad leges dialecticas nolo exigi: vbi nō hoc agit vt definiat: ſed laudet. Hebre. 11. Ref. Eraſ.

Edo. Dicis quoſdā ridicule nugari circa hanc definitionē: quā vocāt (addis) quū non ſit finitio: ſed encomiū fidei. His verbis quid apertius? Sed nō vis exigi ad leges dialecticas Et quis tam curioſus eſt: vt hic veneꝛ genus: et differentiam. Encomiū appellas. At ego credo hoc cogitaſſe Paulum nō potuiſſe ſe aptius ingredi ad laudē fideiq; a finitione. Nam ſic cōmodius laudas: ſi primū finias quid ſis laudaturus. Cōfutatio

Annotatio. ccxxi.

SAra ſterilis. Eraſ. ſterilis nō inuenio in grecis. Edo. Chryſoſtomus legit: et interpretatur. Eodem

Annotatio. ccxxij.

PLacere deo. Eraſ. Deo non additur apud grecos hoc loco. Edo. Chryſoſtomus legit in hoc loco. Annotatio. ccxxiij. Eodem

HAeceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Eraſ. Mirum hic quantus theologorū tumultus: id agētium: ne vxores virum ſemel defunctum cogant recipere: idq; ne pereat character ille indelebilis: apud ipſos natus. Quaſi vero: quū diceret Paulus: (ſi dormierit vir eius: ſoluta eſt a lege viri) tā anxie ſenſerit: vt liberaret mulierē: ſi cuius vir reuixiſſet. Hic demū dignus eſt cāpus illuminatis theologis. Ed. Lyranus dicit quoſdā ex hoc loco ſumpſiſſe argumentum: q; vxores cogi poſſint: reſtitutos uite maritos denuo recipere: neq; morte diſſolutū nodum matrimonialē. Cōtra quos: ſi nec incōmode affert Paulum decernentē: morte ſolui vinculū: et libertate donari ſuperſtitē: vt alij nubat. Tu putas nō tam anxiū fuiſſe de his rebus: fortaſſe q; nolis eum ad tā humilia demitti. Primū: an neſcis Paulum interdū fuiſſe angelū in ſcala deſcendentē: nō ſemp aſcendentē? Quippe qui vndequaq; erat oculatus: omia ſollicite agebat: omia ſpiciebat ne quid extra ordinē fieret: id qō ipſe monet. Humilius erat quū de virginibus preciperet et locādis quū dominis pfiniret leges erga ſeruos. Sed hoc etiā quantū videt abfuiſſe a ſublimitate Pauli: quod de pennula ſcriberet ad Timotheū: Sed plane tanto erat ſublimior: quanto erat in omibus circūſpectior. Nam omnia cum magna ratione moderabatur: et eo omia tendebant: ne quod daretur offendiculum euāgelio Chriſti. Deinde: ſi hūc ſenſum ſpernis: quem non Lyranus ſolum: ſed magno conſenſu nemo nō interpretatur: commodiorē affert: et nectere inuicem ſcite circunſtantiā ſermonis: vt oia quadrent: poſtea dātaueris hanc interpretationē. Sed queſo te quid reſpōderes: ſi q; maritus te conſuleret: reſuſcitata vxor: q̄d ſibi faciundū: cogi ne poſſit: vt eā recipiat. Credo nō affirmabis cogi poſſe. Si negabis cogi poſſe: vñ pfers teſtimoniū ad hāc rē:

Difficile inuenies: ni ꝺ sit: quod omnes in hũc sensum interpretant. Forte ride bis hunc casum tibi ꝓponi: nec ego sero ꝓponerẽ: nisi auditũ esset: aliquoties ꝺ cõtigisse. De muliere resuscitata: ipse in Anglia sepe audiui. Hieronym⁹ mulierem viri morte solutã: et liberũ esse: vt alij nubat: palã indicat in epistola ad Amandũ. Et qꝺ dicis: (quasi vero tam anxie senserit) Nũ satis est sensisse? At locus ipse mõstrat. Quid bis verbis apertius? Mulier alligata est legi: quanto tẽpore viuit vir eius. Si aũt dormierit vir eius: liberata est. Cui vult nubat: tm in dño. Vides sentẽtiã Pauli: liberata est (inquit.) Si liberata est: nõ potest denuo cogi: vt redeat ad eũ virũ: etiã si resuscitet: a quo liberata est. Qꝺ sequitur idem cõfirmat: Cui vult nubat. Si libeꝛ est cui vult nubere: nullo tã prioꝛe nodo constringitur: nisi pateris: vt duos simul possit habere maritos. Naꝛ hoc absurdi cõsequet: si cogi possit/ vt prioꝛẽ resuscitatũ denuo recipiat. Quippe qꝛ cũ posteriori viro: nodus dissolui nequeat: citra mortẽ: dicẽte paulo. Mulier alligata est legi/ quãto tpe viuit vir eius. At hic posterioꝛ/ vir eius est/ appbante eodẽ Paulo. Expende in quẽ labyrinthũ incidimus: ni sic interpretemur Sed qꝺ addis: ceu explicans cur theologi affirment mulierem nõ posse cogi/ vt maritũ resuscitatuꝫ denuo recipiat (idqꝫ ne pereat character ille indelebilis apꝺ ipsos natus) apud quẽ theologoꝝ hanc causam legis: que nihil prorsus quadrat huic loco? Quis theologoꝝ tam allucinaret? taꝫ ineptiret: vt hãc causam afferret. non ꝓpositum: sed oppositũ magis inferentẽ: qꝫꝫ neutrũ commode. Nã si in matrimonio character sit: qui est indelebilis: minus incõmode inferri põt/ cogi posse mulierẽ: vt virũ denuo resuscitatũ recipiat. Quippe baptizatus: si resuscitetur: cogi potest: vt fidem christianã teneat. Sacerdos etiam resuscitatus sacerdos est: et cogi potest vt sacerdotij legibꝫ pareat. Nam hec sacramẽta baptismus et ordo imprimunt characterem. At in matrimonio nõ imprimi characterẽ/ licebit discere a cõemptis tã sepe theologis/ qui hic tecũ callũie agere possunt/ quũ hoc illis obijcias/ qꝺ tota via cũ eoꝝ pugna decretis Nã bi affirmant/ intribꝫ tm illis sacramentis imprimi characterẽ/ que nõ denuo iterantur.

Annotatio. ccxliij.

NOtas epistolã ad Hebreos in vno: et altero loco: sapere origenicũ: et qꝺam in ea esse que illius decretis patrocinent de saluandis demonibꝫ. sed etiã quodã loco manifeste adimere spem lapsis: quũ tã nihil differtis ab ecclesia receptam. Que male coherent: ab ecclesia esse receptã: et tm sapere Origenicũ: hoc est (vt innuis:) hereticũ. Hieronymus tã oculatus artifex: nihil tale affert: quo minus: tã sero: ab ecclesia latina fuerit recepta. Nec verisi⁹ est illinc: anteqꝫ ab ecclesia reciperet: que edã loca citare. Sed et cuiuscũqꝫ sit: eã amplectitur. Quum et plurimũ miroꝛ: te ceu dignã pdicare: que ab omnibꝫ legat: si Origenicum sapiat. R. Er. In epistola ad Hebreos (sapit) dixi: quãtũ attinet ad speciẽ admonis/ vñ sumpta est occasio. Ed. Bis reperio te hoc dixisse/ altero loco sic/ (verũ hoc nõnihil sapit Origenis dogma/ sicut et alias habet quedã q et illi⁹ decretis patrocinent. de saluandis demonibꝫ.) Altero vero sic. (At hoc etiã nõnihil sapit Origenicũ/ & legas que sequũtur.) An hec verba ad speciem admonis detoꝛqueri possint/ uiderint alij. At ego credo Paulũ abstinuisse a specie falsi/ sicuti et a specie mali/ si quis sane intelligat. Sũt et alia multa in sacris lris/ q̃ hereticꝫ ad suos sensus detoꝛquẽt/ adulterãtes verbũ dei/ id sedulo

R. Erasmi Cõfutatio

agentes: vt speciem id habeat dogmatis sui: quod nullā prorsus habet. Sic Arrius putabat/pater maior me est/z/soli sapienti deo/speciem preferre dogmatis sui: sed ne speciē quidē habet. Sed reliquū adhuc est: vt excuses. quod dixisti. (Hic locus manifeste admit spem lapsis.) Si manifeste admit spem lapsis: plane aduersarius est ecclīastico dogmati. Et miꝝ est ecclesie receptū. quod z est ecclesie damnatū. Ad abolēdam hac epl'am: nihil dixeris potenti⁹: z ecclīam mali iudicij percutis: que tā diu passa est: vt sacra haberetur.

Ad Titum.

Annotatio.ccxxv.

Ante tpa secularia. Era. (eterna) sic Hieronymus. Edo. Chrysostomus secularia hic legit: et precedenti epistola interpretatur. Ad Titū. 1

Annotatio.ccxxvi.

Secundum imperium. Era. Delegationē. Edo. Chrysostomus imperiuꝫ interpretatur. Eodem

Annotatio.ccxxvij.

Gratia z pax. Er. Gratia misericordia pax. Edo. Chrysostomus z Hieronymus in commentarijs legunt gratia z pax. Eodem

Annotatio.ccxxviij.

Reliqui te Crete. Era. In Creta. At interpres ab insule vocabulo: sustulit grecam ꝓpositionē: quod prorsus est intollerabile. Ed. Hieronymus legit in cōmentarijs (Reliqui te Crete. Eodem.

Annotatio:ccxxix.

Per ciuitates. Er. (In ciuitate) siue/per ciuitatē/Ed. Chrisostomus legit/per ciuitates.) pluraliter. Neqꝫ em̄ (inquit) volebat totā insulam vni epō cōmitti. Jdem: Hieronymus in cōmentarijs. Eodem

Annotatio.ccxxx.

Subditos esse. Ed. Postꝫ docuisti hūc locum bifariā legi: citata lectione greca: subdis. Atqꝫ ita qui dē habent greci codices huius tempestatis. At mirū nusqꝫ antea hoc addidisse te: quū reuera cōsentaneū sit: alia nūc esse exēplaria: qꝫ habebant superioribus seculis: ꝙ multa in his nō cōgruāt lectioni veterū. Proinde miror tā impense fidē ijs adhiberi: vt secundum ea emendentur codices latini. Titum. 2.

Annotatio.ccxxxi.

Saluatoris z salutaris. Er. Greca secus habēt (Gratia dei salutaris: vel salutifera: (etiā si Hieronym⁹: z Ambro. aliter legāt. Ed. Et hic loc⁹ oñdit mutatā veterē lectionē: z nr̄os libros emēdatiores esse qꝫ grecos: saltē hoc loco q̄ cōsensu duoꝝ summatū defendunt. Addo z Chrȳ. qui nobiscū legit. Eodem.

Annotatio.ccxxxij.

Et huānitas. Er. Paulus hic loquit̄ de pr̄e Jesu. Ed. Cur nō potius de tota trinitate. Et si de pr̄e loquit̄: vbi est articulus tuus: quū sine articulo dicatur: grece sic. τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ Titum. 3

Annotatio.ccxxxiij.

Hereticum hominē post vnā et secundā correptionē deuita. Er. Ceterum hereticū appellat nō qui dissentiat a conclusionib⁹ magistroꝝ nostroꝝ: sed factiosum. Ed. Plane quisquis repugnauerit dogmatib⁹ magistroꝝ: mō his ꝓbe munere suo funganť: in his q̄ ad fidē: et mores spectant: is procul dubio hereticꝰ est: si quidē hereticū sit male sapere de fide z moribꝫ. Qui rogo adhibenť a cōsilijs: quū heresis vlla dijudicāda sit: aut explodēda: nisi tales mgri? Est q̄ scientiā de fide z de christianis moribꝫ ꝓfitenť? Necab re. Nā si his adimes hāc authoritatē: vt decernāt ex sacris lr̄is: q̄d impiū sit: q̄d due hereticū: quibus tribues? Tribues forte pontificib⁹: hoc quidē est tribuere mgr̄is quū sine Eodem.

bis nihil dogmatizẽt pontifices. Eccl'ia nõ temere discernit: aut reprobat: sed iudicio. Quor queso iudicio: nisi mgror? Nã si alios ascisses sacrar litterarũ ignaros: quid faciet canis in balneo? Pontifices authoritate decernũt hi iudicio Dõ nisi preferit authoritatem: mãca plane ea est: ac inutilis. Sed quid dicis Paulũ hereticũ appellare qui factiosus sit: hoc nõ dicerẽt mgri: quũ et factiosus possit esse q nõ sit hereticus. At Chrysostomus hoc loco hereticum interpretatur aduersarium veritatis.

Ad Philomenẽ.

Annotatio. ccxxxiiij.

Donari me vobis. Er. Donabor vobis. Edo. Donari me vobis: legunt Hieronymus: et interpres Chrisostomi.

In Epistolam Jacobi.

Annotatio. ccxxxv.

Jacobi ij.

Sine operibus. Er. ἐκ τῶν ἔργων σου / (ex operibus tuis) quid si legas (sine opibus) quẽadmodũ interpres legit: nõ video qui cõstet sensus. Nam fides oñdi nõ potest nisi factis. Sentit aũt quisquis fuit Jacobus: demõstra mihi fidem tuã: quã habes adiunctis factis: vt vtrumq habeas: et ego solis factis declarabo mihi neutrũ deesse. Ed. Hic locus grece male habet meã sententia: nec id qõ interpretaris ipse ordo sermonis patit. Scis em̃ sub persona aduersarij inductum: q diceret (Tu fidẽ habes: et ego opa: ostende mihi fidẽ tuam sine opibus: et ego ostendã ex opibus fidem meã). At qui erat aduersarius: si illi cũ apl'o cõuenit? Cõuenit aũt: si iuxta interpretationẽ tuã: vicissim sibi cuperẽt: fidem suã demõstrari ex opibus suis. Nihil aliud optat Jacobus nihil aliud monet: nisi vt fides hẽat adiũcta opa ex quibus possit demõstrari. Male ĝ agit pson̄a aduersarij q cõuenire se mõstrat nõ aduersari. Nã statim possit illi rñdere Jacobus. Nullo alio argumẽto cupio tibi demõstrare fidẽ meã: nisi ex opibus: bñ mones: sz nihil obũ cõtra me: q̃ppe q id exigã: nihil prius aliud. Et mihi tecũ puenit: si q̃d ego maxime cupio: fidem tuã ex operibus tuis demõstrabis. Sed tu fidẽ habes sine opibus: qualẽ habent et demones: qui credũt et contremiscũt. Et quod consequenter sequitur: prorsus aduersatur interpretationi tue: et pro nostra facit. Vis autem scire o homo inanis: quoniam fides sine operibus: otiosa est. Nuz vides hoc sermone taxatum aduersarium: q impossibilia quereret: quũ fidez optaret sine operibus demonstrari. q. d. Quid tu mihi dicis: ostẽde mihi fidez sine operibus. Impossibile est quod exigis. Nã fides otiosa est: nulla est: si non habeat adiuncta opa. Et verum quidem est qõ notasti fidem non posse ostendi nisi factis: et q exegit vt sine factz sibi oñderet: insanie notat? est. Proiñ quũ videas hũc ſmonẽ ab eo ꝓpositũ / q aduersariũ agebat q et ab apl'o ꝓterea notabat / qõ insate q̃reret / nõ debebas tã p̃cipitanẽ mutare hũc locũ Vides em̃ ꝓ ieptũ sit / ſqõ ỏt apl'us (vis aũt scire o hõ inanis) nisi pson̄a fingas aduersario respõdentz Aliud est hoc loco qõ durius cohereat. Ego tñ nihil noto / ne suscitẽ tumultũ in sacris literis. Nã certũ est sensum sanũ esse / etiã si lectio nõ sit sana.

Annotatio. ccxxxvi.

Jaco. 4.

Si dõs voluerit.) Er. Greca sic habent. zz. Sed baud scio an greca hoc loco sint depravata. Edo. Idem dixisses et sepe antea.

Annotatio CCXXXVII.

IN quem desiderant. Era. (εἰς ὃ) id est in que. nempe ea que de Christo prenunciata sunt per prophetas / ac deinde predicta p apostolos. Nec em̃ sentit de spiritu ꝓpheta ꝙ / in quē angelos vel le prospicere nihil mirū est. Ed. Et hic forte deprauata sunt greca exemplaria / quū plane melius quadret (in quem) / q̄ (in que). Vaz de Christo loqui / luce clarius est. Qui euangelizauerunt (inquit vobis spū scto̅ misso de celo / in quē desiderāt angeli prospicere / Christū scilicet in quē. Locus nō patitur vt aliud sit. Et qđ pro (euāgelizauerūt) ponis predicauerunt euangeliū / turbat ordinē sermonis / quū periphrasi nihil sit opus. Nō hoc permisisses interpreti. Neq̄ vero tanto pere opus est caueas ne ad spm̃ referat / q̄q̄ꝫ de spū possit intelligi / sed nō hoc loco / etiā si ad spm̃ referat Maximinꝰ Arrianus. Ceterū qđ addis / nec em̃ sentit de spū ꝓpheta ꝙ / in quē angelos vel le ꝓspicere / nihil miꝙ / idē possis dicere / si ad Christū referat. Scis Petrū simpliciter id dicere / z nō pro re mira narrare. Quid si nō sit mirum: nū ꝓterea nō erit verū: Sic multa feceris falsa in sacris literis. Annota CCXXXVIII. Epl'e Petri ꝓrīs I.

NOnorē impartiētes. Er. Honorē interptat diuus Hieronymꝰ / abstinētiā a coitu / sic em̃ honorē haberi vasculo muliebri si nō inquinet libidine. Idq̄ indicat qđ sequit: (vt nō interrūpant orōes vre.) Rursum pudet ꝺ loco referre / q̄d interptet Lyranꝰ / z hmōi cōplures interptes. zc̄. Hoc nimiꝙ est doctoraliter: ac scientifice (vt isti loquunt) tractare diuinas lras. Deū immortalē / quē stomachū effunderē in istos: nisi me christianꝰ phiberet pudor. Sed alioꝙ omissis nugis: nr̄m agam̃ negotiū. Ed. Hieronymū soles dicere / multa libertate vti inscripturarū interptatiōe: q̄ tueri possit pudicitiā. Et alibi narras: q̄dā greca vocabula nō satis ad ỹpozū ꝓpietatē interpretatū esse / sed accōmodata esse magis ad suas partes cōtra hereticos: id qđ forte hoc loco fecit: si tñ interptetur vt tu dicis. Nā cōmentarijs in Micheā. ca. v. ỹ. dicit Apostolū mulieres vocare vas infirmū: z iubere: eis ꝺa maritis suis exhiberi honorē. Et ita nō fuisse redditurū sentētiā: nihil dubito: quū tota via dissideat hec interptatio a sensu aplico: qđ palā erit: si quis antecedentia hūc locū: paulo altius repetat. Primo ordit capitulū sic. Similiter z mulieres subdite sint viris suis. zc̄. sequit. Sic em̃ aliquādo z sctē mulieres: sperātes in dño: ornabāt se subiecte ꝓpriis viris / sicut Sara obediebat Abrahe: dñm eū vocās. zc̄. Vide nūc q̄ tendit sermo. Hortatus est mulieres subditas esse viris. Quid reliqui est nisi vt vicissim hortetur viros / ne mulieres eo spernant / q̄ sint infirmius vasculum / sed honorent tanq̄ coheredes gratie vite. quasi dicat. Etiam si sint infirmiores / coheredes tñ sunt eiusdem glorie / et propterea honorande. Nescio quid possit ineptius dici / quam vt hic sermo referatur ad pudendum vasculum muliebre. Nescis Paulum nos vocare vasa fictilia / et hoc loco quod dicitur infirmius vasculū / significari alterū esse vasculū firmius / qđ ipse vir est / nō vasculum qđ vis viri: Ergo ita interptare infirmi vasculū q̄ ꝓtra possis opponere firmi vasculū. Sed nec Petrū dices ꝓhibere omnē corpoꝙ cōmunionē inter ꝓiuges. I. Petri 3.

Annotatio. lxxxiij. manet. Sed addit. Sic eñ filius hominis dicit fuisse in celo: sicut dñs glorie dicitur crucifixus: ob p̃rietatũ in hypostasi: duas cõplectentẽ naturas: cõmunionẽ. Edo. Ob eãdẽ cõmunionẽ: lectio ecclĩastica bñ habet. Et quia grecũ est aneps nõ erat hic locus mutandus: quũ nihil sit opus. Hieronym⁹ nihil mutat: nisi vbi res grauiter vrget: vt patet in ep̃la ad Suniam et fretelã: de ἀδόξαστον. Et plusculũ subest periculi ex ea lectiõe (qui erat celo) ne versatus in terra: putet nõ fuisse in celo.

Annotatiões. lxxxv. lxxxvi. xc. manent.

Annotatio. xciij. manet. Et hic etiã citat ambrosiũ: q̃ Christus appellat: p̃ncipiũ: pstat tamen in sententia

Annotatio. xcv. manet. Hic addit (Quãq; aliter legit Valla.)

Annotatio. xcvi. manet.

Annotatio. xcvij. manet Probat sententiã Chrysostomi: nec tñ cedit.

Anno. xcviii. xcix. manẽt Anno. ci. ciij. ciiij. cv. cvi. cvij. cviij. cix. cx. cxi. cxij. cxiij. cxv. cxvi. manent Annota. cxvij. manet. Hic tñ addit. At mihi magis pbatur: vt dicat exinanitus: nõ qõ esset bõ: sed q̃ vt seruus: et fuus flagitiosus flagris afficeret: z cruce. Subditũ tamẽ facet vt filiũ. nõ vt seruũ. Ed. Utrũq; hoc videt mihi tollere ap̃lus ad philippẽses: quũ dicit. Semetipm exinaniuit formã serui accipiẽs. In similitudinẽ hominũ fact⁹: z habitu inuẽt⁹ vt bõ: hũiliauit seipm fact⁹ obediens vsq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. Nã q̃ dicit. Semetipm exinaniuit: declarat q̃re exinaniuit semetipm. In similitudinẽ (inquit) hoim fact⁹. z habitu inuẽt⁹: vt bõ. Sed q̃ hũiliauit seipm: fact⁹ obediẽs vsq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis: ẽ certe nõ tñ vt filius: sed etiã vt seruus: imo vero magis vt fus. Nã q̃ filius erat: subdit nõ erat. Et cur nõ dicat exinanit⁹ vt bõ: qñ q̃ creator erat: creatura fieri voluit. Annotatiões. cxix. cxx. cxxi manent. Anno. cxxij. De grecitate ap̃li q̃ manet. Vulta addit: sed nõ vult de hac re digladiari: cõtentus cedere melioribus iudicijs. Annotatio. cxxiij. manet.

Annotatio. cxxv. manet/sed addit (etiã si mihi pbabile videtur apud grecos ortũ hunc scripture errorẽ: ex illorum abbreuiaturis. Fortassis eñ ex. σηc̃ ιηυ

parum attētus/aut luscioſus: etiam fecit σωτῆρα pro ſaluatorem Jeſum.
Annotationes. cxxvij. cxxviii. cxxix. manent.
Annotatio. cxxx. manet: ſed vtcūq; moderatur ſic. Atq; ex hoc ſane loco Jacobus videtur tamen adhuc in ea fuiſſe ſententia: vt exiſtimaret iudeis ſeruandam eſſe legem moſaicam.
Annotatiões. cxxxi. cxxxij. cxxxiii. cxxxiiii. cxxxv. cxxxvii. cxxxviii. cxxxix. cxl. manēt
Annotatio. cxli. manet. Sed quia modeſti⁹ hic loquitur: poſuimus inter eas annotationes: que vtcunq; mitigate ſunt.
Annotationes. cxlii. cxliii. manent.
Annotatio. cxliiii. manet: ſed addit. Neq; video tamen cur Hieronymus dicat: ſe malle vicium ſermonis admittere: quaz ſenſum apoſtoli non integre exprimere: ſiquidem grecis nō ē ſolecíſmus ἁμαρτωλὸς ἁμαρτία. Certe iuxta dyalecton atticam.
Annotatio. cxlv. manet.
Annotatio. cxlvi. manet. ſed eſt inter mitigatas.
Annotatio. cxlvii. manet.
Annotatio. cxlviii. manet: ſed addubitat quia origenes non habent.
Annotationes. cli. cliii. cliiii. clv. clvi. clvii. manent.
Annotatio. clxi. manet. Sed contra id quod dixi Origenem nobiſcum legere in libro contra Celſum.
Omnes quidem dormiemus: ſed non omnes immutabimur. Et in hoc quod ſequitur: et nos immutabimur (vt videtur dicere Origenes) Paulum ſe et ſui ſimiles diſcernere a ceteris: dicis Origenem ſentire tecum in ſecundo libro cōtra celſum. Sed niſi me fallit iudicium: nihil pro te hic facit Origenes. Nam de ea lectione (Omnes quidem non dormiemus: ſed omnes immutabimur) nihil hic locus ſuffragatur. Verum quidem eſt loqui ibi Origenem de viuis immutandis: ſed qui nam ſunt illi viui: longe aliud mihi videtur ſentire: q̄z tu Quod ſi quis legerit eum locum: quem annotaui in quinto contra celſum: forte animaduerter. Nam ibi (ſicuti et ipſemet alibi: et alij greci interpretes/ſuis locis) videtur per viuos intelligere ſanctos/qui imperpetuum cum Chriſto regnabunt. Quam eorum interpretationem certe confirmat/q̄ Paulus nō poterat de ſeipſo dicere (Nos qui viuimus/ſcilicet in carne/et qui reſidui ſumus in aduentu domini/ſcilicet in carne). Quia tunc certo ſciuit ſe nō futurum in carne/in aduentu domini. Verba Origenis aſcribo. Poſt hec celſus/ſiue ſacras literas non rectius audient/ſiue ab his qui bas minus intelligunt/ita acceperit/per nos (inquit) id affirmari. Quum enim tempus illud aduenerit quo per ignem mundus hic repurgetur: nō modo futurum eſt/vt qui tūc reliqui et ſuperſtites fuerint, vez et vita iā prīdē defuncti permaneant/quum minus percipiat vt ineffabili ſapientia quadam apud Jeſu apoſtolum/ſit illud pronunciatū. Oēs q̄dē reſurgem⁹/non oēs aūt immutabimur/in momēto/in ictu oculi/in nouiſſima tuba. Canet enī tuba/et mortui reſurgēt incorrupti/et nos immutabimur (Sequit) fuiſſet aūt illi mox pferēdū/q̄dnā ſentiret q̄ hec loq̄ret. Oñ q̄nōdū morte obūiſſet/nec ſeipm/nec ſibi ſiles/ſi ē ſuperſtites/alios ab alijs ſeiūgēs/dicturus eēt/et nos immutabimur/vbi et mortui incorrupti reſurgēt/dixiſſet.

Vt autē huiusmodi quedā sentiendo aplm: cōfirmemus hec literis mādasse: vel his: que ex prima ad Cor. nup. p duxi epla: ea adiecerim: q̄ et in prima ad Thessalonicēn. habent. In q̄ Paulus ex vita fruens: z vigilās: et a mortuis alienus: hec loquit. Hoc em̄ vobis dicim⁹ in verbo dñi: qz nos qui viuim⁹: q̄ residui sum⁹ in aduētu dñi: non puenient⁹ eos q̄ dormierūt. Quia ipse dñs in iussu: et voce archangeli: et in tuba: dei descēdet de celo. Deide: qui preter se et sui similes: vel alios faret in dño mortuos: et illud subiecit. Et mortui qui in chō sunt: resurgēt primi. Deinde: qui viuim⁹: et qui relinquemur: simul rapiemur cū illis in nubib⁹: obuiā chō in aera. Hactenus Origenes. Ex hoc loco etiā si subobscurus sit: licet o lfacere: q̄ Origenes legerit. Om̄es quidē resurgemus: sed nō oēs immutabimur. Sed et q̄ p viuos intelligat sanctos: q̄s z solos sentit immutādos. Sed z hāc esse Origenis sententiā. Hieronymus in epistola ad Minerii et Alexandrii: aptius testat. Ubi dicit Dydimū: qui Origenem sequit⁹ est: sentire sanctos tantū immutādos: et oēs resurrecturos: et nostrā lectionē amplecti: et alterā dānare. Quin z cōem olim morte futurā: confiteri Origenes in epla ad Roma. his verbis. Cōis hec mors (inquit) omnibus venit: et veniet: etiāsi iusti videant. De Enoch z Helya si quis obiecerit: nō cōtinuo falsa videant ea que de om̄ib⁹ dicunt: si aliqua dispēsatio dei in vno vel duobus hominib⁹ facta est. Hec Origenes. Sz et in apologia Paphili: idem Origenes ait. Melius est ergo dicere: q̄ oēs quidē resurgemus zc. Ex his satis cōstat Origenē pro nostra lectione stare. Et in hac sententia: q̄ nō oēs immutabimur: sed tantū sancti sint immutādi: sunt et alij grecorū: vt citat Hieronymus: Diodorus tharsensis epus: affirmat incorruptionē futuram olim: immutationē p̄ iustos. Unde z apparet illū fateri oēs dormituros: vt apte sequat aduersatiua cōiunctio cū negatiua. Nā male coherent: omēs nō dormiemus: sed non oēs immutabimur. Nec dydimus videt: quo pacto cōmode subsequat (et nos immutabimur) si precedat (om̄es immutabimur.) Idem sequit Acacius Cesaree epus: tantū sanctos immutādos: in q̄rto συλλεκτῶν ζητημάτων libro. Qui et dicit: huic sententie magis acquiescere ecclesiā: vt oēs cōmuni morte moriant. Imo vero quid ex his querim⁹ testimonia: quū scriptura toties inculcet futurā olim mortē. Ecclesiastes dicit. Nō est homo q̄ sem per viuat. Et Dauid in psalmo. Quis est homo qui viuit: et non videbit mortē. Idā z parabolice euāgelū: virginū noīe cōplectēs totā ecclīā quā Paul⁹ despōdit vni viro: virginē castā exhibere chō. Dormitauerūt (inq̄t euāgelū) oēs et dormierūt. Et Paul⁹ ipe. Statutū ē hoib⁹ semel mori. Idēq̄ in h eodē cap. Sicut in Adā oēs moriunt: ita in chō oēs viuificabunt. Et quō viuificabūt: idē monet Paulus. Insipiēs tu qō seminas: nō viuificat. nisi prius moriat. Neq̄ vero quicq̄ impedit priuilegiū paucor⁹. Chī inquā et Marie: et aliorū: si qui forte sint: legē cō em. Nec certe video cur tribuat p̄sentie chī: q̄ reliqui in aduentū eius: non morient: quū apostoli mortui sint: et om̄es quibuscū cōuersatus est in terra. Et que ratio: eximere peccatores a morte pena peccati: quū eam Christus immaculatus ac innocens nō euaserit? Si p̄senia Christi liberabit a morte prima: cur non etiā liberabit a morte secūda? Et quo mō absorbebitur mors in victoria: nisi ab his qui mortui resurgēt. Nam quā da

mortale hoc induet immortalitatē: et corruptibile hoc incorruptionē: tūc absorbebitur mors in victoria. Nā que victoria: vbi nulla pugna. Nec vero mortale hoc induet immortalitatē nisi prius moriat. Nam induere immortalitatem: est viuificari a Christo. At non viuificabitur nisi qō prius mortuū est: vt dicit Paulus. Theodori Heracleotis sententiā: q non sit futura oīm mors: quia sicut Enoch et Helyas translati sunt: sic sancti in corporibus reperiendi: et Apollinaris: qui idem sequit: tollit Origenes dicēs. De Enoch et Helya: si quis obiiciet: non cōtinuo falsa videant ea: que de oībus dicūtur: si aliqua dispensatio dei in vno vel duobus hominib facta est. Ambrosius vtrāq lectionem habet: nostrā amplectit. Etiam Augustinus grecā lectionē citat: nec tamen audet a morte eximere: quos christi aduētus inuenier. Hieronymus vtranq legit: et interpretatur. Sed qō dicit magis quadrare sensui apostolico illam lectionē: omnes quidem non dormiemus: sed oēs immutabimur: qz (vt ille dicit) apostolus hic loquit de sanctis: hoc mihi pace Hieronymi non placuerit. Nam quū sentiant: qui hanc sequūtur lectionē: neminem ex his moriturum: qui reliqui erūt in aduentu dñi: quū in hoc numero inuenient z mali: nō poterit prior pars de sanctis tantū intelligi: vt sancti tantū sint nō dormituri. Quū sceleratī etiā qui tunc viui reperiētur: sint nō dormituri tota hāc sententiam. Etiā non est consentaneū hoc de sanctis tantū dicere: quū antea dixerit. Ecce mysteriū dico vobis: quasi id qō sequit etiā ad oēs pineat: q̄s tūc alloquebatur: et in eis: ad totam ecclesiā. Nempe cōmonendo huius mysterij Corinthios: etiā vniuersam ecclesiā visus est cōmonuisse. Et posterior pars: sed oēs immutabimur: si de sanctis tantū intelligat vt quid (inquit Dydimus) sequitur. Et nos immutabimur. Supuacaneū esset postea inferre: et nos immutabimur: si antea affirmasset oēs immutādos. Illud vero ad Thessalonicēses: nō satis videtur mihi posse detorqueri ad hūc sensum: vt ali qui futuri sint viui in aduentu dñi: qui nō morient: vt totus ille locus probe quadret. Hec sunt apli verba. Hoc enī vobis dicimus in verbo dñi: qz nos qui viuimus: qui residui sumus in aduentu dñi: non preuenientes eos qui dormierunt. Quoniā ipse dñs in iussu: et in voce archangeli: et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in chro sunt: resurgent primi. Deinde: nos qui viuimus: qui relinquimur: simul rapiemur cū illis in nubib: obuiam Chro in aera: et sic semp cum dño erimus. Hec Paulus. Hic si nudum verborū sonū sequimur: Paulus affirmat se supstitē fore: ac residuū in aduentu dñi. Nā dicit. Nos qui viuimus: nos qui residui sumus: qui relinquimur: rapiemur z. se cōprehendens in corū numero: qui residui futuri erāt in aduentu dñi. Et quis hoc credat Paulū sensisse: qui spiritū dei habebat: qui et ab hoc errore Thessalonicēses hec sua verba nō bene interpretatos: reuocauerat: ne putarent instare diem dñi. Nempe hoc sequebatur si Paulus futurus erat residuus in aduentu dñi. Si hoc sensisset Paulus: non dixisset. Cupio dissolui: et esse cū christo. Non scripsisset ad Corinthios. Volumus de corpore exire: et cum dño viuere. Nō ad Timotheū. Ego iam deliboz: et tēpus resolutionis mee instat. Nō dixisset: se mortis respōsum accepisse. Tempus suū expectasset: vt residuus fieret in aduētu dñi. Et iam res ipsa cōprobat residuū nō esse. Igitur nō hoc sensit Paulus: qō verba preferunt: vt ne ex his liceat colli

gere:aliquos futuros superstites in aduentu dñi:qui nō morientur. Nec pa
tur hunc verbor sensum qō sequit. (Et sic semp cum dño erimus.) Si hoc
interpretabimur de oīb:qui resti dui erunt in aduentu dñi:quū nemo dubi
tet tunc futuros etiā malos (nempe aduentus dñi erit: sicut in diebus Noe.
Erunt edentes et bibentes:et nuptui tradentes: et e duobus in lecto vno al
ter assumetur: alter relinquetur.) rapientur ergo et mali in nubib obuiam
chō in aera:et sic semp cum dño erunt. Que si sint absurda:non nudis verbis
insistamus: sed aliū sensum apostolicū queramus. Proinde sunt ex veteribꝫ:
vt citat Hieronymus in epistola ad Minerii:et Alexandrū:qui totum hunc
locum de iustis interpretantur. Et quū dicitur (Nos qui viuimus) vitā eam
intelligant: qua viuitur in Chō. Et qō dicit:residui sumus in aduētu:ad reli
quias referunt Israel que salue fient: vel ad relictorū septē millia:qui nō cur
uauerunt genu ante Baal. Hec copiose disputata apud Hieronymū in ea
epistola licet videre. Hic locus certe obscurus est. Cetex pala est:non id sensis
se aplm. Vnde colligūt suam sententiā: qui affirmāt eos: qui in aduentu dñi
erunt:nō morituros. Anno.cl.xij. cl.xiij. cl.v. cl.vi. cl.vij. cl.viii. cl.ix. manēt.
Annotatiōe.cl.x. Confirmat qō dixit/ne apicē quidem mutādum esse in sacris
literis/quū in Paulo (inquiens) nihil omīno sit otiosum/ vt sic velit intelli
gi/nec in alijs literis sacris. Hoc certe christiane ac catholice.
Annotatio.cl.xij. manet. Anno.cl.xiij. manet. Sz addit/hoc fratrū cogno
men vulgo pene inusitum/quū non sit aliud charitatis nomē plausibilius.
Anno.cl.xv. cl.xvi. cl.xvii. cl.xviii. cl.xix. cl.xx. manēt. Anno. cl.xxi. manet.
Sed qō prius non annotauit/ex sententia Ambrosij declarat/ vnde reprehensus.
A veritate (inquit) euangelica/cui hoc factū aduersabat. Edo. Nec tamē ad
huc satis quadrat. Restiti illi in faciem/quoniā reprehensus erat/quū bñ qua
dret/quoniā reprehensibilis erat. Sed hic aliā affert interpretationē/vt dicat
Paulus sibi datam occasionē obsistendi Petro/ q antea fuisset ab apostolis
reprehensus Hierosolymis/q cū Cornelio sumpsisset cibū Antiochie. Edo.
Plane hac occasione/nō obstitisset Paulus Petro/cum q gentū aplus/tū
q iam intellexisset/ Petri satisfactionē dei ipsius auctoritate cōmunitā/ qui
tertio iussus sit/ que deus purificauit/cōia ne diceret. Quin z idē Petrus in
fine satisfactōis subinfert. Si ergo illam'gram dedit illis deus/sicut et nobis
qui credimus in dñm Jesum Chm/ ego quis erā/ qui possem phibere deū:
(Et sequit.) His auditis tacuerūt:et glorificauerūt deū/dicētes. Ergo z gē
tibus penitentiā dedit deus ad vitā. Hec in actib aplorū.ca.xi. Hic locus a
pte docet/hoc sermone Petri/satisfactū fuisse aplis/de eo q cū Cornelio sum
psisset cibū/ vt nullā in de reprehensionē merereť. Anno.cl.xxij. cl.xxiij. cl.xxiiij.
cl.xxv. cl.xxvi. cl.xxvii. manēt. Anno.cl.xxviij. Sacramentū hoc tē. mānet.
Quedā affert noua:sed que puto a nobis alibi explosa. Videt tñ nōnihil mo
derari rem hoc loco. Anno.cxci. cxcii. cxciii. cxciij. manēt. Anno.cxcv. ma
net:sz testat Chrysostomū p se:quē et ego cito cōtra illū. Anno.cxcvi. cxcvii
manent. Anno.cxcviij. manet. et multū auxit de curiosis:ac pene impijs (vt il
le dicit) theologorū questiōibꝫ. Anno.cxcix. manet. Sed verbis paulo mu
tatis. Nec tamen hic dicit vt prius (Sapienti) additū aduersus Arrianos:

quanquã in margine dicit (Sapienti) videtur additum.
Anno.cci.ccii.cciii.ccliii.ccv.ccvi.ccvii ccviii.ccix.ccx.ccxi.ccxii.manent.
Anno.ccxci manet. Sed mee annotatiõi respõdet. Et qui frigide sperat: languet in pijs operibus. Anno.ccxciij.ccxv.manẽt. Anno.ccxvi.manet. Sz affert vt ego Chrysostomũ. Verũ non male tuetur qõ dixit mea sentẽtia. Ita tamẽ recipio interpretationẽ verbi (irreprehensibilis) vt nõ plñ deliberẽt ipm verbũ. Sed velut dicit Augustinus de fato. Teneat sentẽtia: sed corrigat lingua: ne ansam pbeam9 illis: qui vetus testamentũ ceu malũ: et pfectũ a deo malo: respuunt. Anno.ccxvii.manet. Anno.ccxviii.manet. Sz ppe addit eam q in mea annotatiõe est: interpretationẽ. Anno.ccxix.ccxx.ccxxi.ccxxiij.ccxxiiii.ccxxv.c xxvi.ccxxvii.ccxxviii.ccxxix.ccxxx.ccxxxi.ccxxxii manent.
Anno. ccxxxiii.ccxxxv. manent. Anno.ccxxxvii.ccxxxviii. manent. Anno. ccxxxix.manet. Sed p lcõne ibi adducit authoritatẽ Augustini. Anno.ccxl. ccxli.ccxlii.manent. Anno.ccxliii.et ccxv.posui inter manẽtes. Sed quia vtilitati tue studemus optime lector: ne quid ignores: neue veritati vllo pacto deesse videamur: victorie magis nostre quã communi cõmodo consulentes: nec etiamsi quicquã contra nostras annotationes apud veteres offenderimus: pudebit retinere: si opus sit: aut saltem te commonere. Id quod vt hoc loco: ita etiam in alijs facturi sumus: quoties videbitur fore: operepretiũ.
Ingenue fateor repperisse me apud Augustinum: in opere cui titulo est contra Petiliani donatiste epistolam: capite decimo: paraphrasim mirij actorum: prout sequitur. Primũ quidem sermonem feci de omnibus o Theophile: que cepit Jesus facere et docere: vsque in diem: quo apostolos elegit per spiritum sanctum: mandans eis predicare euangelium. Quibus et manifestauauit seipsum post passionem suam: in multis signis: per dies quadraginta apparens eis: et disputans de regno dei. Et cum conuersaretur cum eis: precepit eis: ne discederent a Hierosolymis: sed expectarent promissionem: quam audistis (inquit) ex ore meo.) Vt hic vnum pro me facit: quod (per spiritum sanctum) refert ad (elegit) vt apostoli dicantur electi per spiritum sanctũ: qõ ego ex alio actorum loco in annotationibus prioris editionis confirmauiram duo videnr pro me ee: q (pcipies) rettuli ad ꝑ/ne discederẽt ab Hierosolymis nõ ad mandatũ pdicãdi mun9: vt Eras. refert. Alter: q hic Augustinus pro (conuescens) (conuersatus) legit: quã veram esse lectionem Erasmus arbitratur: quum ego contra nonnihil contenderim. Hic authoritati non illubenter cedo: ita tamen vt petam rationes: quibus mouebar: expendi. Nam in prioze loco id me mouit q Lucas dicit. Primũ sermonem feci vsq; in diem: qua precipiens ꝛc. Quum ipse Lucas: in euangelio: mandatum fuisse apostolis predicandi munus non testetur: nisi forte eo referri possit illõ: quod (postquã Christus docuisset oportuisse Christum pati: et tertia die resurgere: et predicari sub nomine eius penitentiam: ac remissionem peccatorum in omes gentes: initio facto ab Hierosolymis) subdit. (Et vos estis testes horum.) At preter id quod hic sermo anceps est: quo vel designentur futuri testes: vel moneantur: se hec scire vera esse: vrget etiam nonnihil posteriore sensu: verbum presens: non imperatiuum: vt sit sensus.

Quod passus sum/q̄ tertia die resurrexi: vos estis testes. Quippe qui agnoscitis me/videntes manus meas: et pedes meos: & cōtrectantes me. Quia spiritus carnem et ossa nō habēt/sicut videtis me habere. Et argumentū etiā habetis vere resurrectionis mee: q̄ in cōspectu vestro comedo. Uel forte sic melius. Uos estis testes horum/scilicet q̄ p̄monuerim vos quū adhuc essem vobiscū de his que nunc completa videtis. Nihil tamen repugno si quis alium sensum malit: quem videtur sequi Augustinus. Nec adhuc deest alius scrupulus: q̄ hic sermo videtur fuisse habitus primo die resurrectionis/quū p̄dicādi munus mandatū fuerit nouissimo sermone/vt videt sentire ipe Augustinus. De posteriore loco (cōuescēs) cur id verbi magis placeat/est satis videre ex ipa nostra annotatione/in priore editione/quo te remittimus. Hoc visum est monere/ne prudentes ac scientes te falleremus optime lector.

De his que inter legendū in posteriori editione obiter occurrerunt.

Noue Annotationes in Mattheum.

Annotatio. Prima.

Matt. ij.

ET tu Bethlehem) ibi (Quā-ꝫ autem) Era. Imaginamur p̄phete verba sic recitari/vel a phariseis/vel ab euangelista/vt de suo nō nihil admisceat/qō tamē baudquaq̄ aduersetur sensui prophetie. Si quidē quū p̄pheta sentiret/ antea Bethlehē humilem cōtempramq̄ fuisse pre ceteris Jude ciuitatib⁹/ tamē futurum vt vnius modi partu edito: superet omnes felicitate: celebritateq̄ quod a propheta dictum erat tacuit euangelista. Qō sentit: explicuit/nō ad id tempus respiciens: quo hec scripsit propheta/sed ad sua tpa/quib⁹ (edito Jesu) desijt esse minima Bethlehem/ ac maxima esse cepit. Peride quasi dixisset. Quod olim dictū est a vate fore/vt ex omniū minima fieres omniū maxima/id iā cōtingit. Edoua. Nic sensus si ponatur loco verboꝝ/nihil coheret presertim refragrante futuro/qō sequitur. Ex te eñ egredietur dux. Repetamus verba paulo altius. Congregans scisitabatur ab eis: vbi Christus nasceretur. At illi dixerūt In Bethlehē Jude Sic eñ scriptū est per p̄phetā vt iā ponamus sensum loco verboꝝ. Et tu Bethlehem terra Juda maxima es. Ex te eñ egredietur. ⁊c. Quū iā maxima esset/non erat futurum vt egrederet. Sed vt dicat Erasmus edito primum partu/maxima facta est. Uidetur mihi hebraicus textus posse cōmodius reddi/vt sensus euangelicus fuetur et quadret sibi vtraq̄ interpretatio/sensu saltem/hoc modo. Et tu Bethlehē ephrata/ parū es/t/vt sis in millibus Jude Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Jsrael. Nā (zaír) pōt significare parum aut paruū/vt sit sensus. Dignitatem iam vtcumq̄ habes q̄ numeraris in millibus Jude Nam ea tribu prima omniū erat. At hec dignitas nihil est/si cōferatur ad eam que futura est. Ex te enim egredietur. ⁊c. Et sic nequaq̄ minima erat/cui hoc parū erat/vt numerarer in millib⁹ Jude/quū alioqui viculus esset: nulla pene portio suetribꝰ: iccirco parvulus dici posset in millib⁹ Jude.

Annotatio II.

AD duricie̅m.&c.) Era. Porro / quod hodie passim in scholis dicitant / solo consensu cōtrahi matrimonii / vtinam tam probatum esset / quā receptum est. Ed. Si consensui adiungantur verba / presentem consensum testantia / (nam & hec contractui adhiberi schola cum necessaria) nescio quid preterea exigi possit ad iustum contractū: nisi velit etiā oracula consuli. Si cōsensus, verbis testatus non sufficeret: nihil plane sufficeret citra dei nutū: quum huiusmodi consensu: nihil possit: nec certius: nec firmius excogitari ab humano ingenio. Etenim si fucus est in verbis: quis nisi deus interiora discerneret. Mat. 19

Annotatio iij.

SRa. (thabith): id est attolle oculos: vt possint esse due dictiones hebraice. Edo. Est vnum verbum hebraicū futuri tpis: tertie cōiugationis: qđ bene potest reddi (facies respicias) vel iuxta grammaticam (facies respicere). Nam hebrei sepe vtuntur futuro / vice imperatiui: vel optatiui: seu magis hortatiui. Mar. 5.

In Lucam.

Annotatio. iiij.

ADaperiens vuluam.) Citas ex Origene. Homilia xiiij. in Lucam: q̄ spūs sanctus illapsus sit in vterum virginis Marie / vice seminis masculini. Hoc tū non dicit Origenes: nec ex origenicis verbis erui potest: q̄ sunt huiusmodi. Audeo quid loq̄: quia in eo qđ scriptū est. Spūs sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit te: principiū seminis & cōceptus fuerit: & sine vulue reseratione: nouus in vtero fetus adoleuerit. Hec Origenes. Hinc nihil colligis nisi operante spiritu sancto: fuisse conceptū verbi in vtero virginis. Mihi nō bene sonat: q̄ spūs sanctus illapsus dicatur in vterum virginis: vice seminis masculini. Siquidem vt illic nullum erat masculinū semen: sic nec quicq̄ ibi vice masculini seminis. Luce. 2.

Annotatio. v.

QUi vos spernit: me spernit). Er. Verū est / sed apostolorū similes & Christi negocium agentes. Alioqui tyrannidem appellat. Ed. Nonne legisti. Super cathedram Mosi sedent. Que dicūt: facite. Que faciunt: nolite facere. Proinde & malis obtemperandum est. Ideo Petrus obediendū esse p̄cipit dñis: etiam discolis. Et Paulus: omnē potestatē a deo dicit esse. Et Christus ipse iubet reddere q̄ sunt Cesaris Cesari. Qui potestati resistit deo resistit: (inquit Paulus) Et quū Israel regē peteret / ne pessimi Samuelis filij patri succederet: dixit dñs Samueli. Non te abiecerūt: sed me: ne regnē super eos. Luce 10.

Annotatio. vi.

QUod supererit). Era. Illud annotandum / quum modo fecerit mentiones rapine / in remedio non fieri mentionē restitutionis. Tantum pollicetur eleemosyna data / omnia foze munda. Ed. Sarciendum est quod deest / ex aliis locis / vbi iubetur restitutio fieri / scilicet ex. xxij. capite Exodi. & restitutioni eleemosyna superaddenda / quo placetur deus. Nam iniquus omnis in proximum: etiam in deum peccat. Et restitutio certe equitatis naturalis est. Quod tibi non vis fieri / alteri ne facias. Hec tua annotatio non ingrata erit bis: qui grauatum restituunt male parta. Cetrum vt aliquid dicam meo sen- Luce. 11

su: nihil tamen affirmans: videtur mihi hic locus (τὴν εἰρωνείαν) sapere perinde ac si sensus esset. Vos arbitramini: datis eleemosynis aboleri omnia peccata. Placere vobis ea opinione: quasi innueret longe eos errare: qđ putarēt (εἰρωνεία) talis in Genesi. Ecce Adam factus est: quasi vnus ex nobis. Hunc sensum duo mihi videtur confirmare. Tum qđ videbatur non tam paucis exhortationem intermixturus: inter tot reprehensiones: quę et precedunt: et subsequuntur: cui nec hic videtur esse idoneus locus. Tum id quod sequitur cuz aduersatiua coniunctione. Sed ve vobis pharisęi qui decimatis mentam et rutam: et omne olus: et preteritis iudiciū z charitatem dei. Hic locus videtur mihi priorem interpretari: quasi diceret. Nec eleemosynarum largitio: nec stricta etiam in minimis quibusqz legis obseruatio: quicqz prodesse potest vobis qui preteritis iudiciū et charitatem dei.

Annotatio. vij.

Luce. 22. SEd nunc qui habet sacculum) Taxas Augustinū interpretantē qđ Petrus iussus sic gladiū ferre: sed non ferire. Ridicule (inquis) iubet portare gladiū qui nolit eo vti: perinde ac si iubeat. Circumfer soleas: sed semper nudis incedas pedibus). Edo. Et tñ vtrūqz hoc tā ridiculū iubet christus alterū hoc loco dicens. Sed nunc q̄ habet sacculum: tollat similiter et peram. Et q̄ nō habet: vendat tunicam suam: et emat gladium. Et quū Petrus diceret. Dñe ecce hic duo gladij. christus respondit Satis est. in hoc significans nō sibi displicere: qđ Petrus gladiū haberet. Alterum vero: qđ non licuit Petro gladio ferire: Christus indignatus: qđ amputasset aurem seruo pontificis: declarauit dicens. Repone gladium tuum in vaginam. Qui gladio percutit gladio peribit. Nonne patrem meū rogare possum et exhibebit mihi duo decim milia angelorum? Utrūqz hoc paucis cōfirmat Bernardus ad Eugeniū papam. Dixit dominus Petro. Repone gladium tuum in vaginam. Tuus ergo est/ tuus: non tua: sed militis manu et imperatoris iussu euaginandus.

In Joannem.

Annotatio. vij.

Joan. I. STra. Quoties significatur verus ille ac solus deus: semper additur articulus. Edo. Hoc et prior habet editio: etiam si prius non annotaui. Ceterum si per solum ac verum deum intelligis patrem: nec filius nec spiritussanctus erit: ille verus ac solus deus: Si naturam quando non negabis: et verbum et spiritum sanctum esse solum illum ac verum deū: non absurdum fuerit dici ὁ θεὸς ἦν ὁ λόγος cum articulo: quod tamen ipse non admittis. Nam dicis articulo addito: significari patrem.

Annotatio. ix.

Joan. ij. QUadraginta serannis). Postqz taxasti Augustinuz: qui numerū. xlvi. reperiri dicit in nomine Addam: qđ grecam allegoriā quereat in hebraico vocabulo. subinde dicis. Fortasse nō nihil fuisset: si hisce lris apō hebreos: hic numerus signaretur. Ed. Certe signatur. Nam bis Aleph duo: Daleth semel quatuor: Mem semel quadraginta: etiam hebreis significant.

Annotatio. x.

NOn enim ad mensuram.) Er. Euangelista pronomen omisit τοῦτῷ Joan. 3.
siue αὐτῷ: q ex bis que precedunt: et ex bis que sequuntur: satis liquet de quo loqueretur. Id autem fit crebrius apud grecos: q̄z apud latinos. Nos igitur: ne quid offenderet lectorem: pronomē de nostro apposuimus in versione dūtaxat. Ed. In initio sequentis capitis: miraris: vnde hoc nomē (mediā) ibi (q mediam Samariam) inoleuerit in vulgatus exemplaribꝰ: quum nec in grecis sit: nec in antiquis latinorum exemplaribus magnopere consentiēti/bus. Nisi forte (inquis) aliquis sic interpretatus sit: z postea alius in textum transtulerit. Pari modo mirabuntur posteri: quo pacto irrepserit tuum (illi) in exemplaria: qđ grecum nō habet: nec vllus codicum latinorum. Puto plerisq; non probatum iri: q quicq̄z addas: etiam si iuuet sensum.

Annotatio. xi.

PRo eo quod ecclesiastica lectio habet: (principiū qui z loquor vobis.) Joan. 8.
Erasm⁹ posuit (Imprimis qđ et loquor vobis) diuerso prorsus sensu.

Annotatio. xij.

TE solum verum deum.) Er. Hic locus preter ceteros: Arrianis prebuit Joan.
occasionem erroris: vt dicerent solum patrem esse vere ac proprie deum. Haud scio: an hoc sentientes: quod nostri theologi non negant: solū eum esse principium esse diuinitatis. Edo. Quicquid afferunt pro errore suo. Arriani ex bis locis eliciunt: qui patrem testantur maiorem esse filio: z filij obedientiam: ac subiectionem: patri: At hic locus tantum abest: vt occasionem errandi prestiterit: vt cum hoc: q fateantur patrem solum verum deum: fateantur etiā filium esse verum ac perfectum deum: nihil impediente solitudinis vocabulo: vt specie cum ecclesiastica regula consentiant: sed non sensu. Nam: quem faciunt verum ac perfectum deum: faciunt a patris natura diuersum: parum secum constantes. Naturam enim seperantes filij: a natura patris: deitatem etiam filio adimunt. Quum qui nō sit idem ac consubstantialis deus: deus esse non possit. At hi vtrumq̄z dicunt: natura diuersum esse filium a patre: z nihilominus verum esse ac perfectum deū: vt satis liquet ex disputatione Augustini cum Maximino Arrianorum episcopo. Nam illic Maximinus aliquot articulis suam fidem professus: hec verba habet. Uerus innatus pater: verū genuit filium. Sed quum dicit dominus in euangelio (vt cognoscant te solū verum deum: z quem misisti Jesum Christum: sic solum verum deum dicit patrem: quomodo solum bonum: et solum potentem: quomodo et solum sapientem. (Et antea dicit.) Apostolus: qui ait (Beatus z solus potens rex regum solum dicit potentem patrem: non quia filius non sit potēs. Audi igitur testimoniū de filio: ipsum spūm sctm clamātem et dicentem. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie. Et respondet sum intellige. Dominus fortis et potens. (Et postea dicit) Uñ puto: q ne ipse diabolus ausus est dicere: q pater nō perfectū: genuit antea omnia filiū hec. Maximinus. Sed dum explicat: quo pacto sit solus potens/nōnihil immiscet pro sua hereſi. Unde (inquit) puto/ quod solum potē dicit/ qa solus incōpabilis est in sua potētia. Inde propheta admirans dicit Deus quis similis tibi. Hic satis liquet: q filiū non negat verum esse ac perfectum deum: etiamsi cum euangelio dicat: solum patrem esse verum deum.

Nec iam quadrat interpretatio: vt solus pater dicatur Arrianis verus deus id est solus principium diuinitatis. Quum q; solus dicatur deus verus: nō excluditur filius vt sit deus verus. Et tamen q; solus dicatur principiū diuinitatis: filius prorsus excludit: quū hec sit appellatio non cōmunis nature: sed hypostaseos: et in proprietatibus personarū: non sit cōmunio.

Annotatio. xij.

Eodem. ERas. Nec impium puto: si quis dixerit: patrem solum esse verū deum: id est solum principiū deitatis. Ed. Ut non sit impiū (siquidem vtrū q; tenet ecclesia catholica) certe ineptum fuerit sic interpretari. Iam quis Adā solum hominē dixerit: q; solus sit principiū humani generis?

Annotatio. xiij.

Joan.20. ERas. Annotādum et illud: q; semel atq; iterū precatus pacem: deinde insufflato spiritu dixit. Quorū remiseritis cē. (Postea) Toti turgem⁹ mundano spiritu: et tamē placemus nobis: authoritate remittendi: aut retinendi peccata. Tuere authoritatem. Sed cura vt adsit spiritus: per quē ille tribuit authoritatē. (Et in margine) Authoritas remittendi peccata datur: sed prius dato spiritu sancto. Ed. Quorsum tēdit hic sermo: plane nescio. Si sic monet curandum: vt adsit spiritus: vt etiam si non adsit: nihilominus putet manere authoritatē: bene quidem hortatur et bene sentit: et ego cum eo sentio. Verum si (quod quidā heretici opinati sunt) arbitrer irritā esse flagitiosis sacerdotibus hanc potestatē: ecclesia hanc opinionē execrat et damnat.

In Actus.

Annotatio. xv.

Actuū 19. COnfitentes et annūciantes actus suos. Eras. Vel hinc colligi potest: fuisse et antiquitus nōnullam confessionē male acte vite sed apertā (vt opinor) et in genere. Quā nec ipsam legimus exactam abs quopiā. Cetex que nunc recepta est: clancularia et in aurem fit: videtur ex cōsultationibus priuatis esse nata: que solent apud episcopos fieri: si qui scrupulus vrgeret animū. Ed. Si nullum aliud haberet robur hec clanculatia confessio: nisi ex hominū decreto: posset diffuetudine aboleri: vt cetera iura: que appellantur positiua. Posset etiā pontifex sua authoritate tollere istiusmodi cōfitendi legem. Itaq; cōsequenter irritare authoritatem apostolicā ligandi/et soluendi. saltē in occultis peccatis. Nā si nemo sua peccata prodet sacerdoti: quo pacto soluet? Quis se arbitrū facit eorum que ignorat? At secretū qui possit scire sacerdos: nisi proditū a peccatore? Mihi tum verius: tū tutius videt: dei authoritate fateri preceptum: sic confiteri. Alioqui quo iam abijt illud ex lege? Ite et ostendite vos sacerdotibus? Et quo euanuit authoritas sacerdotibus mosaicis data? vt discerneret inter lepram et leprā: causam t causam: sanguinē et sanguinē? Et bonus pastor q; pacto agnoscet vultū pecoris sui? Aut quo pacto solidabit: qō confractū est: si qō confractū est: nesciat? Hec cura sacerdotibus lege dei cōmittit. Lex dei precipit: vt agnoscant vultum pecoris sui. Igitur et lex dei ouibus precipit: vt personam exuant: quo vultus possit agnosci. Ostēdant se sacerdotibus: si velint discerni suam lepram. Et quū hec lepra intus sit: intima oportet pectoris ape

riant: qui lepra infecti sunt. Nō si quid vel mínimū lepre cōtraxerit: illud facere dos quum non discernat/ nondum est liberatus qui lepram patitur. Mane atrigitur (iubet lex) extra castra immundus. Hec autem in figura facta fuisse nostri: monet apostolus.

Ad Corinthios.
Annotatio. xvi.

I. Cor. 3.

Detrimentum patietur. Erasmus loquens de his quoꝝ opus arserit/ quos designatos in ligno/feno/et stipula/ impios appellat/ prioꝛe editione/ veniam (inquit) consequentʼ/ verum nihil auferent premij. Quod cum a me reiiceretur/ q argumētarer/ non cōsecuturos veniam/ quos ille impios dicit in ligno feno et stipula designari/ hic adhibet pharmacū. Veniam (inquit) consequentur/ si resipiscāt. At hic posterioꝛ lapsus/ peioꝛ est prioꝛe. Nam si impij sunt qui illis resipiscentie spes apud inferos? Lignū vbi ceciderit/ ibi erit (inquit Joānes) in Apocalipsi. In ignem eternū maledictos mittit Christus/ paratū diabolo et angelis eius. Et ne quis interroget/ quomodo nihil auferēt premij/ qui veniam consequētur/ hic etiam adiecit moderamen. Ceterū nihil auferent premij/ qui luserunt operā. Et tamen hos ipsos/ qui luserūt operam/ si resipiscēt/ dicit veniam cōsequuturos. Nō si veniam cōsequentur/ nōnihil etiam auferent premij. Nam quibus deus culpam condonat/ bos etiā beat. Qui adhuc purgantur/ horum iam olim culpa abstersa est/ et beatitudinē incunctanter expectant. Porro qui apud inferos habitant/ quibuscūq receptaculis sint/ siue in puerorū/ quem vocant lymbo/ siue in ipsa stigea palude/ nec culpa vnquam (si quā habent/ qō pro paruulis nondū baptizatj addo) liberabunt.

Annotatio. xvij.

I. Corin. 1.

Liberata est a lege viri ꝛc. Hic cōfirmaturus quātis vndiq potest argumentis/ expedire/ facto diuoꝛtio: permitti libertatē coniugi innoxio nouum mire matrimonij/ protestatur primū: nolle se contentiosi dogmatis authoꝛem esse/ sed iuuādi studio monere studiosos illabefacto iudicio sacrosancte ecclesie. Edo. Grauissime autoritatis theologi quidā nihil putant proesse protestationē/ nisi in dubijs solum/ non in his que per ecclesie authoritatem definita sunt/ si quis velit sciens/ ac prudens dissentire. Nec abre quidem/ ne heretici banc ansam teneāt/ quoties libitum fuerit/ vel nouas gignere hereses/ vel antiquas fouere/ vt protestentʼ se nihil moliri cōtra ecclesiā/ presertim quando iam protestationi/ ipsum protestantis factū aperte repugnat. Ideoq nec dissentire meo iudicio citra cōtumeliam licet/ ab ecclesiasticis dogmatis. Paulus studens ecclesiastice paci/ dicit. Si quis cōtentiosus sit inter vos/ nos talem consuetudinem non habemus/ nec ecclesia dei. Si nec leue quamlibet contentionem ferre debet ecclesia/ quanto minus pati debet/ vt in sacrosancta decreta sua/ quispiam quantumuis doctus/ aut etiam sanctus/ audeat insurgere/ atq os ponere in celum? Certe quisquis id tentat/ nimium sibi tribuit/ et de ecclesia male sentit/ quā putat/ tot presertim seculis/ minus vidisse/ quā ipse viderit. Magnus ille Hieronymus/ non tot literis solum/ sed rara etiam vite sanctimonia clarus/ fidei sue confessionem/ petit a Dama

so approbari. Si hec (inquit) nostra cõfessio apostulatus tui iudicio approbatur: qui cunq; me calumniari voluerit: se imperitum et malivolum: vel nõ esse catholicum comprobabit. Hinc etiam ecclesia authoritate sua freta: hereticum iudicat/ quisquis de ecclesie sacramentis secus senserit: q̃s sit ecclesie determinatum: vt patet in capitulo. (Ad abolendam) extra de hereticis. Sed quod iuuandi studio dicit se monere studiosos illa de facto iudicio sacrosancte ecclesie/ vt sit mihi psuasum eo animo illum facere (quan.p̃ certe mauult deus obedientiam: q̃ victimam) tamen meminisse debuerat: nouum dogma quantum pariat rixarum: vt auide accipiatur: presertim tanta arte: tanto q̃ lenocinio commendatum. Itaq; sepe euenit (quod Augustinus monet in libro de vtilitate credendi) vt glorie: principatusq; causa: nouum dogma secuti: hereticifiant. Nam si quis hoc Erasmicũ iudicium (si tamen iudicium sit: et non magis disputatio) animosus forte q̃s par est sequeretur: is certe hereticus: et esset: et haberetur. Ceterum iam paucis precipua capita huius disputationis excutiamus. Putat expedire: vt leges: ceu pharmaca muretur. Ego ne licere quidẽ puto: in his legibus: que ex prescripto sunt dei cuiusmodi hãc esse postea patebit. Inde etiam patebit nihil ad hunc locum pertinere: an põtifex possit abrogare: quod ab ipsis apostolis est institutum. Nam hoc precepti de non dirimendo matrimonio: dei ipsius decreto nititur: aduersus qõ nihil posse pontificem: nemo dubitat. (Sed non defuisse dicit: qui senserint dirempto legitime matrimonio: cum alia copulari posse. Origenem: pollentium: Ambrosium nominat.) Nec his etiam assentior contra Christi sententiã. Quan.q̃ consentaneũ est pollentium palinodiam cecinisse. tot modis victum ab Augustino. Ambrosius si hoc senserit: miror. Forte disputando lusit: qui veteribus mos erat. Origenes nisi admodum allucinor: nihil pro eo: sed contra eum facit. Nam q̃ dicit Origenem factum episcoporum non damnare: qui permiserint vroribus: facto diuortio: alijs viris nubere: plane contrarium est. Verba Origenis hec sunt. Scio quosdam qui presunt ecclesijs: extra scripturam permisisse aliquam nubere: viro priori viuente. Et contra scripturam quidem fecerunt: dicentem. Mulier alligata est: quanto tempore viuit vir eius. Item: viuente viro: adultera vocabitur: si facta fuerit alteri viro. Nõ tamen omnino sine causa: hoc permiserunt. Forsitan enim propter huiusmodi infirmitatem incontinentium hominum: peiorum comparatiõe: que mala sunt permiserunt: aduersus ea: que ab initio fuerũt facta. Hec Origenes. Hic palam est videre damnatos ab Origene episcopos: qui id permiserunt. Nam cum dicit: contra scripturam eos fecisse: quis dubitat sanctũ virum: damnasse eos: qui fecerint cõtra scripturam? Nec id quic̃q; iuuat: quo minus damnauerit: q̃ ait: eos non sine causa id permisisse. Non quicquid sine causa non sit: statim ceu bene factum probari debet. Multa quidem fiunt nõ sine causa: et tamen nemo admittit ea esse bene factã. Et tamẽ dubitat Origenes Nam (forsitan) addit: dum causam explicat. Et quam causam? Vt mala (inquit) permitterent: ne peiora fierent. Putabit ne Origenes permittenda mala: ne peiora fiant: quando apostolus non permittit: vt mala fiant quo

euentant bona? Et quid est q̄ Judaicum virū appellat/qui sentit/licere viro/repudiata ob adulterium vxore/nouum inire matrimoniū? Nec id cer te verum est/q̄ Origenes non videtur addubitare/quin viro liceat/vxore legitime repudiata/nouum inire matrimonium. Nam plane contra sentit. Hec sunt eius verba. Qua enim ratione adultera est mulier: quamuis legitime nubere videatur: viro viuente: eadem ratione et vir quamuis legitime videatur accipere dimissam ab aliquo viro: non accipit legitime secundum sententiam Christi: sed magis mechatur: quasi alienam accipiens. (Deinde colligit ab equitate: expedire vt hoc liceat: quin vero iniquum et crudele: ac periculosum esse: immeritum arcere a matrimonio.) Et cur hic magis iniquum: vel crudele quam in virginibus deo consecratis: vel in monachis: vel in sacerdotibus vel in viris: quorum vxores perpetuo laborant morbo: aut captiue detinentur? Et quid hic iniquum aut crudele: quū hanc conditionem vterque coniugum volens inierit: vt pro quacunque causa nulla sit alteri: alterius matrimonij libertas altero superstite? Presertim quando hoc vinculum postulabat necessario: sacramenti ratio. Nam vbi est matrimonium quod dirimi aliquo pacto potest: ibi non est sacramentum: vt dicit Augustinus hac ratione probans: inter Joseph et Mariam vere fuisse sacramentū: quia nullum diuortium. (Atque (inquit) iniuria sacramento si paucorum necessitati succurratur?) Immo vero fit iniuria. Quia vir et vxor sunt vna caro: sicut Christus et ecclesia sunt vnum corpus. Et sicut Christus nunquam desinet esse caput ecclesie (etiam si vsque in finem non tollentur ab ea omnia scandala: et non sit futura tota pulchra: donec Christus tradiderit regnum deo et patri) sic pro nulla prorsus causa citra mortem: separatio debet fieri istius vnionis inter virum et coniugem. (Sed Sinagoga (inquit) repudiata: Christus ecclesiam sponsam suscepit.) Mihi videtur synagogam Christi matrem verius dici: quam sponsam: et synagoga ceu matre relicta: adherere sponse ecclesie. Si ad duriciem cordis Moses permisit libellum repudij: sed non sic fuisse ab initio dicat ipse Christus: nunquid puta Christum Mosi libertatem secutum: legem: que ab initio erat contempsisse? (At quis vnquam (ait) audiuit fortunam puniri: si absit culpa: presertim lege diuina?) Fortunam nescio quid dicat. Ego nullam puto. Omnia tribuo prouidentie. Nunquid legit irregularitates legis: statutā lege Mosi habere penam: in quibus tamen omnis abest culpa? In Leuitico habetur. Qui tetigerit morticina: immundus erit vsque ad vesperam. Qui portauerit cadauera: immundus erit vsque ad vesperam: et lauabit vestimenta sua. Et mulier suscepto semine pariens masculum: immūda erit septem diebus: et triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sue. Sanctum nō tanget. Non ingredietur sanctuarium donec impleantur dies purgationis. Et leprosus omni tempore quo leprosus est et immundus: iubetur manere extra castra. Eunucus et bigamus: q̄ hodie repelluntur a ministerio ecclesiastico: num hoc illis contingit vitio suo? Et rogote: si mulier bis virum laboret: q̄ enūerat Hieronymus cōtra Jouinianū: si iracūdia: si fatua: si deformis: si superba: si fetida: addo etiā si suspicax: et zelotypa:

Nũ innoxiꝰ ⁊ modestus vir: molestissimos hos mores necessario patitur sine vlla culpa sua? Sed qõ ad continẽtiam pertinet: si perpetuo morbo teneatur coniunx: quo concubitus impediatur: vel si captiuitas: aut vis aliqua separet quũ sciat maritus viuere vxorem: qua tñ vti non liceat: sic censes iniquũ: vt fraudetur vxoris vsu: vt equum putes aliam illi permitti? Si ob has causas torquetur desiderio vxoris sue: nec tñ iniquũ patitur: cur non etiã citra iniquũ repudiata vxore: prohiberi potest a nouo matrimonio? Proinde nõ satis recte colligit hanc rem palam pugnare cũ equitate naturali. Et certe: hic mihi videtur palam venire contra protestationẽ. Nam quis locus ecclesiastico decreto: si palam pugnet cum equitate naturali? Jã quo minus pontifex possit abrogare/quod ab apostolis est institutũ (etiam si nihil ad hunc locũ pertinet hec disputatio) videtur obstare caput (Sacrosancta) distinctione.xv. Nec illud quicq̃ suffragatur: q nũc moribꝰ Christianis antiquatũ sit: quod in celebri apostolorũ concilio promulgatũ est: vt ex paganismo cooptati in christianos/ abstinerent ab ydolothytis/a suffocato animante ⁊ a sanguine. Nõ poterat ferre decretũ Jacobus/q̃ prorsus abstinerent a talibꝰ: quũ hoc plane esset contra Christi ipsius decretũ/ ⁊ contra libertatẽ euangelicam. Christus antea docuit. Non omne quod intrat per os/coinquinat hominẽ. Et petrus ab eodem monitus est. Quod deus purificauit/tu cõmune ne dixeris. Dñi est terra ⁊ plenitudo eius/clamat Paulus. Sed quum videret Jacobus offendi infirmos adhuc iudeos hoc paganismi ritu/ceu bonus pastor scandalo occurrit. Hactenus quidẽ prohibuit talibus vesci/quatenus iudei offenderentur. (Et tamen postea Joannem Andree: q̃ pontifici liceat dirimere matrimoniũ non cõsummatum). At idem negat irritari posse per ecclesiam matrimoniũ consummatum: vt patet in regula actus legitimi: in sexto in mercurialibꝰ. Idem: Anthonius de butrio: ⁊ Archidiaconus in capitulo (Quapropter). xxvii. questione secunda. Idem Benedictus super capitulo (Ex publico) de conuersione cõiugatoꝝ. Causam ponit hostiensis. Quũ hoc vinculo repsentetur vnio Christi et ecclesie: si quacunq̃ ratiõe rumpi posset hoc vinculũ: ⁊ Christus etiã aliã sponsam desponsare posset: quod (vt ille dicit) est falsum et hereticum. Ex his patet: post matrimoniũ consummatũ rumpi nõ posse vinculum: quacunq̃ de causa. Quũ iam matrimonio consummato: plenior sit ratio sacramenti vnionis Christi ecclesie: vt patet per Augustinũ: ⁊ Leonem papam capitulis. (Nõ est) et Quum societas.) xxvii. questione.ij. Sed vellet nihil minus hic licere: q̃ liceat in alijs preceptis et consilijs euangelicis: que eodem simul loco dantur Matthei quinto. vt scilicet commodã possint recipere interpretationẽ. Hic phibet aliam interpretationẽ: q̃ que vinculũ perpetuũ faciat: ratio sacramenti. Aliam causam ne quere. Nam hec omniũ precipua est. Q̃ deus coniunxit/ homo ne separet. Propter hoc relinquet homo patrem/et matrem: ⁊ adherebit vxori: et erũt duo in carne vna. Hoc sacramẽtũ magnũ dicit Paulus in Christo et ecclesia. Et certe videtur mihi Christus ipse palam preripuisse occasionẽ/ ne alio liceat modo interpretari. Sic habent verba in Matthaeo. Accesserunt ad Christum pharisei tentantes eũ: ⁊ dicentes/si licet homini dimittere vxorẽ suam ex quacunq̃ causa. Qui respondẽs ait eis. Nõ legistis: quia qui fecit hominem ab initio: masculum ⁊ feminã fecit eos, et dixit. Propter hoc relinquet

homo patrem z matrem/z adherebit vxori: z erunt duo in carne vna. Jtaq; iã non sunt duo:sed vna caro. Qđ ergo deus coniunxit: homo non separet. Hec primũ Christus. Hic tam ex interrogatione q̃ subsequitur facile est diuinare: ex verbis Christi: collegisse iudeos: id quod res habet: nullo pacto licere repudium. Propterea subinferũt. Si sint vna caro autore deo: adeo coniunct: vt nequaq̃ separari possint: quid ergo Moses mãdauit dari libellũ repudij: et dimittere? Respondit Christus. Ad duriciẽ cordis vestri: permisit vobis Moses dimittere vxores vras. Ab initio aũt nõ fuit sic: q̃si diceret. Ego iã instauro legẽ que fuit ab initio. Non amplius licebit vobis dimittere vxores vestras: id est: prorsus direpto matrimonio: aliã dicere. Quicũq; dimiserit vxorẽ suã: nisi ob fornicationẽ: et aliã duxerit: mechatur. Et qui dimissam duxerit/ mechatur. Et discipulo q̃ etiã verbũ cõfirmat adeptã spẽ noui matrimonij innoxio: altero adhuc supstite. Si ita (inquiũt) est cã hois cũ vxore: non expedit nubere. Jnde liquet nullo pacto licere: ab hoie dirimi matrimoniũ: qđ ds ipse cõiunxit. Et q̃ ne hoc liceat: fatetur se cõiũxisse: z vnã carnẽ esse viq̃ z vxorẽ: vt nõ sint nec esse possint amplius: nisi vna caro. Et hãc puto vnionẽ interpretatum Paulũ: quũ dicit. Vir nõ habet potestatẽ corporis sui/ sed mulier. Et mulier nõ habet potestatẽ corpis sui: sed vir/ vt sit reciproca potestas: et mulieris caro viri sit: et viri contra mulieris. Sed z puto inseparabilitatẽ cõiugũ demõstrare eundẽ Paulũ: quũ dicit. Caput mulieris vir/ caput viri Christus. Et sicut vir non viuit/ si diuellatur a capite suo christo: (nam viuere mihi Christus est dicit Paulus) sic nec mulier a capite suo viro citra mortem separari potest. Sed ds (inqt) dirimit qđ recte dirimit. Sed nõ recte dirimit: qđ deo phibẽte dirimit. At deus omnino phibet quodcũq; matrimoniũ dirimi. (Sed euãgelizũ (inquit) nõ vetat iterare matrimoniũ: vbi iure dimiseris vxorem). Hoc certe verũ nõ est: vt patet Marci. x. Quicũq; dimiserit vxorẽ suã: z aliã duxerit: adulterij cõmittit aduersus eã. Et si vxor dimiserit virũ suũ z'alij nupserit/ mechat. Jdẽ Luce. xvi. Omnis qui dimittit vxorẽ suã: z aliã/ ducit/ mechat. Et q̃ dimissam a viro ducit/ mechat. His testimonijs nihil apertius. Et quo mins hic suppleri possit/ ex Mãtheo (excepta causa fornicatiõis) vt referat ad totũ sic. Quicũq; dimittit vxorẽ/ et aliã ducit excepta causa fornicationis/ mechat/ obsistit vt prius diximus/ ipse christi sermo cũ phariseis. Vñ satis liquet: nullo modo posse omnino dimitti vxores/ nouo inito matrimonio. Sed an de hoc (inquit) diuortio senserit christus/ vt vterq; maneat inconiugatus/ qñ iudei: q̃ bus respondebat nullũ aliud nouerant diuortiũ/ nisi qđ admeretius repetẽdi dimissam/ et daret ius ducendi alterã.) Nihil hoc impedit/ quo mins hoc senserit Christus/ q̃ iudei aliud diuortij nõ nouerant. Plane hoc nouũ diuortij genus eos docet Christus/ et verus repudij irritat. Nã ab initio (inquit) non fuit sic. Hoc iã docet/ sicuti et alia multa/ q̃ prius nõ audierãt. Moses eorũ nihil ad pfectũ adduxit. Et qđ mirũ si nunc noua audiunt a Christo/ q̃ dixit se noua facere oĩa. Audiũt nũc. Oĩs qui viderit mulierẽ ad cõcupiscẽdũ eã/ iã mechat est in corde suo. Nũc illis preceptũ est/ vt nõ resistãt malo/ z vt inimicos diligant. Hec prius nõ audierũt. Nec id curauit Christus: vt Judeoq; voto rñderet/ sed vt euãgelicã iustitiã traderet/ phariseicã aboleret. Et de h̃ diuortio sensisse Christuz/ Paulus in hoc capite pnunciat dicens. His q̃ matrimonio iũcti sunt/ pcipio/ nõ ego/ sed dñs/ vxorẽ a viro non discedere/ q̃ si discesserit/ manere innuptam: aut viro suo reconciliari. Hũc locũ interptat Augusti-

nus ad ꝓllētiū. Cur (inquit) dixisti apl'e: si discesserit manere innuptā: Licet ne discedere: an nō licet: Si nō licet: cur precipis discedēti: vt maneat innupta Si aūt licet/ꝓfecto est aliqua causa qua liceat. Hec autē quesita nō inuenitur nisi quā solam saluator excepit: fornicatiōis causa. At ꝑ hoc nō ꝑcepit Apl'us mulierē: si discesserit manere innuptā: nisi que illa causa discedit a viro: qua sola ei licitū ē discedere. Ubi em̄ dicit. (Precipio nō discedere: q̄ si discesserit manere innuptā): absit vt cōtra hoc preceptum faciat: q̄ sic discedit: vt maneat innupta. Nisi ergo illa intelligat: cui licet discedere: nō aūt licet nisi a viro fornicāte: quō iubetur: innupta: si discesserit: permanere. Quis est qui dicat: si discesserit mulier a viro non fornicāte/innupta ꝑmaneat: quū ei: nisi a viro fornicante: discedere omnino nō liceat. Hec Augustinus. Uñ liquet cogi: z mulierē innoxiam: si discesserit manere innuptā. Liquet etiā q̄ a viro fornicāte liceat mulieri discedere: vt in ꝫ pari sit cū viro cōditione. (Sed hic multa affert Eraſm⁹ quo discutiat hunc locū. Primū q̄ supplendū sit: (excepta causa fornicatiōis) quasi dicat Apl'us. Quod si discesserit/excepta causa fornicationis/maneat innupta.) Imo etiam si ob causam fornicationis discesserit/maneat innupta. Nā (vt testat Augustinus) Apl'us de ea loquit/cui licet a viro discedere. Nō aūt licet/nisi ob causam fornicatiōis. Que ergo discesserit: etiā a viro fornicāte/maneat innupta. Idem ꝓbant testimonia que supra citaui ex Marco et Luca. Omnis qui vxorem dimiserit/et aliā duxerit mechatur. Si aliā duxerit (inquit Christus) mechatur. (Deinde dicit q̄ hic nō videatur Paulus agere/nisi de leuioribus offensis/ob q̄s potissimū apō grecos/crebra fiebāt diuortia. Id (inquit) colligitur/q̄ reconciliari iubet. Nam que offendit/reconciliatur/q̄ offendit placari debet. (Apostolū de ea causa intellexisse docet Augustinus/ob quā sola licet discedere. At ob leuiores offensas nō licet. De his igitur minime intellexit. (Sed cur inquit reconciliari ꝫ iubet si ipsa nō offendit/sed magis offensa est: Etiam que non offendit/sed offenditur/reconciliatur viro/si cum viro redeat in gratiam. Ad hec (inquit) hic Paulus dūtaxat de muliere loquit: q̄ huic sexui apud Judeos nullū erat ius repudiandi. Uñ ū tm̄ hortatur/ne ob offensas huiusmodi abiiciat vxorē. Nō addit aūt/q̄ si discesserit/maneat celebs/aut vxori sue reconciliet. Id em̄ annotauit Ambrosi⁹/ꝫetiā si Aug⁹ vult vbiq̄ par ei ius tā vxori q̄ viro. Qō vt fortiter ac cōstanter asseuerat/ita nō est quo certū doceat. Antea monebat supplēdū esse ex Christi verbis/si q̄d sermoni desit apl'ico. Nō S. Paulus hic nō dicit/dicit Christ⁹. Si dimiserit vxorē/z aliā duxerit/mechat. Maneat ergo celebs/ne mechet. Et ꝫ hoc⁹ ꝓbat/par esse ius vtriq̄ cōiugū. Nā primū dicit. Omnis q̄ dimiserit vxorē: z aliā duxerit/ adulteriū cōmittit aduersus eam: hoc ad vtq̄ ptinet. Et vxor q̄ dimisso viro/alteri nupserit/mechatur: hoc ad mulierē. Idē videt innuere Paulus/quū dicit. Uir nō habet potestatē corpis sui/sed mulier. Nec mulier habet ptātem corpis sui/sed vir. Hoc q̄d significat/nisi par esse ius vtriq̄ cōiugū erga alterū/vt mutua sit traditio potestatis corporū. Nec hic Paulus tm̄ hortat virū ne velit abiicere/sed mādato Christi vrget/ne dimittat. Nō ego (inquit) precipio/sed dñs. Et sub eodem precepto comprehendit (vir vxorem ne dimittat.) Quod grece est (virū vxorem non dimittere) vt referat ad id q̄d ꝓcedit. (nō ego ꝓcipio/ꝫ dñs) vt sit/si ad verbū reddat. At ꝓiugat ꝫ ꝓcipio/nō ego/ꝫ dñs: vxorē a viro nō discedere: q̄ si discesse

rit maneat innupta: z virũ vxorẽ non dimittere. Quod tamen melius reddi/ tur/ tum a veteri interprete/ tum ab Erasmo ad vitãdam amphibologiam. Et vir vxorẽ ne dimittat/ intellige: etiã preceptũ dñi est. Vñ satis apparet par esse ius vtriq; repudiandi/ ita vt neutri liceat nouum inire matrimonium.

Annotatio. xviũ.

Sed esto. Ego vos grauaui. (Er. Grece est. Sed esto. Ego vos non grauaui: suffragantibꝰ nostris codicibꝰ emẽdatioribꝰ. Ed. Nullus codex quem contigit adhuc me videre/ habet illam lectiõem. (Ego vos grauaui.) Proinde eradi potest illa marginalis annotaciũcula. (Mendũ manifestarũ in nris.) 2. Cor. 12.

Annotatio. xix

Quoniam reprehẽsibilis.) Erasmus. Postremo mihi plane videtur Jacobꝰ cum suis in hac fuisse opinione: vt crederet legẽ Mosaicam: etiã post proditũ euangeliũ: obseruandã Judeis: quoad cerimonias quoq; sicut admonuimus in actis. cap. xxi. Ed. Nõ obseruandam: vt diximus in actis / sed Judeorum infirmitati permissum/ vt obseruarent/ quoad fortiores essent in Christo. Et ne arundo quassata cõfringeretur: cẽsuit Christianos ex Judeis sapientes libertatẽ euãgelicã/ quũ inẽ legi supstitiosos versarent: ob scãdalũ vitãdũ debuisse illi infirmis adhuc in fide: accõmodare sese Jta tñ: vt nullã spem in Mosaici ponerẽt nec sentirent cum libertate Christi obseruanda esse. Jd quod de Paulo appareret. Qui licet cõdescẽdẽs infirmitati: sese purificauerit: tñ scribẽs ad hebreos/ libere pclamat. Translato sacerdotio / necesse est vt legis translatio fiat. Nec plane negabat/ q̃ sibi obiiciebant a Jacobo/ q̃ discessionem doceret a Mose. Censuit tñ cedendũ infirmitati nouiciorum in fide. Ad Gal. 2

Ad Philipenses.

Annotatio. xx.

Hse se equalẽ deo.) Er. Scio magnos auhtores/ Hilariũ z Augustinũ (vt ceteros taceã) sic interptari. Nõ arbitrat⁹ est rapinã q̃ esset eqlis deo Nã qõ erat nature: nõ putauit esse rapine: quũ esset in forma dei/ hõ ẽ/ quũ vere cẽt õs. Atq; hãc pcipuã habent clauã/ qua cõficiunt Arriani/ q̃ solũ patrẽ vere volunt esse deũ (Et postea). Illud aũt cõpertũ/ nusq; maiorẽ vim fieri scripturis/ q; vbi cũ hereticis agẽres/ nihil nõ detorquem⁹ ad victoriã. Tametsi nõ videor/ q̃d hic pprie faciat aduersus Arrianos/ q̃ nõ negabãt dei filiũ/ sed arbitrabãt pfectum aliq; mõ peculiari dici deũ/ q̃ filius aut spũs sctũs nõ diceret. Et adhuc postea) Proinde totꝰ h̃ locꝰ mihi videt violẽtꝰ detorq̃n ad Christi naturã quũ Paulꝰ h̃ agat de specie exhibita nob̃. Ed. Quo mínus possit prior pars huius loci ad Christi naturã hũanã referri: videt mihi ipa aplí verba repugnare/ quũ ea nõ demiserit sese/ nec exinaniuerit/ sed pfectũ hũiliratẽ verbi dei quã spõte suscepit exaltata fuerit. Sermõis ordo hoc poscit/ vt sic interpretẽr. Qui quũ deus esset natura nõ gra/ nec rapina/ sed omino substãtialꝰ ac eqlis/ i tñ sese dimisit/ vt formã fui/ creaturã suã/ hũanã naturã susciperet/ fctus hõ/ z hõ q̃dẽ obediens vsq; ad mortẽ. Propterea ds exaltauit illũ: id est illã hypostasim: q̃ duas naturas cõplectit: dei et hominis: vt tñ hec exaltatio pprie referat ad alterã: id est humanã tñ. Nam diuina exaltata nõ est: nisi pp̃ vnionẽ cum hũana in eadẽ hypostasi. Hãc interptationẽ roborat: qõ sequit. Et dedit illi nomẽ qõ est sup oẽ Ad. Philipen. 2.

nomẽ: vt in noĩe Jesu oẽ genu flectat: celestiũ: terrestriũ: et infernoꝝ ℞. In noĩe. (inq̃t) Jesu. Hoc vero nomẽ ꝓprie est hois: sicut chr̃i nomẽ est ⁊ dei ⁊ hois: vt dicit Damascen⁹. Et hic arbitror Erasmũ quũ (chr̃i naturã) dicit: addidisse (diuinã) sed id verbi in curia typographoꝝ omissum: quũ in chr̃o due sint nature nõ vna tm̃. Nam sic innuisse illũ plane id declarat: qõ sequit (quũ hic Paul⁹ agat de specie exhibita nobis.) Sz q̃ nõ videt: q̃d hic loc⁹ faciat cõtra Arrianos: miroꝝ cur nõ videat. Plane multũ facit. Nã vel hoc solo loco illos eo adegit Augustinus vt fateant̃ se doctos a Paulo: filiũ esse in forma dei: et no rapuisse diuinitatẽ: sed natura esse filiũ dei: et esse verꝝ deũ. Sed in eo qõ sequit̃ (equalẽ deo) ibi herent: quũ tñ potenter vrgeat Aug⁹ his verbis. Si confitetz dei formã: cur non apte dei filiũ deo cõfitetz equalẽ? Proculdubio: si forma filij: forme p̃ris nõ est equal: nõ est verus filius. Scriptũ est añt: vt simꝰ in vero filio eius Jesu chr̃o. Forma ergo veri filij: forme dei p̃ris nõ pot esse inequal. Hec Augustin⁹. Vnde apparet hunc locũ non esse infirmũ aduersus Arrianos: quũ aplus aptissime dicat verbũ esse eqle deo: qõ Arriani prorsus negãt. Nam quẽ magnũ deum ex eiusdẽ Pauli verbis appellant: minorẽ tñ patre faciũt. Qõ dicit comptũ esse nunq̃ fieri maiorẽ vim scripturꝝ: q̃ quũ cõtra hereticos disputãres: nihil nõ detorquem⁹ ad victoriã. Tale quiddã alio loco ꝓ pelagianis: et alibi etiã ꝓ eisdẽ Arrianis visus est dixisse. Qõ nõ satꝭ miror voluisse dicere: quũ hoc sit imputare veteribꝰ: q̃ imposturꝭ hereticos vicerint. Nã vim facere scripturꝭ: ⁊ detorq̃re: quid aliud est: q̃ scripturã repugnantẽ tractare in suã sententiã: et ꝓ se rectã in nr̃am rem detortã facere. Hoc est fuco atq̃ prestigijs: atq̃ emẽtiꝭ vultibꝰ rem agere: nõ chr̃i bellũ gerere: sed diaboli: qui mẽdax est et pater eius. Gratũ ꝫ sane patrocinijs oĩbꝰ hereticꝭ: vt dicant detortũ esse: quicq̃d cõtra se afferat. Si sic vincim⁹: fundamentũ aliud ponim⁹: q̃ chr̃m Jesum. Nõ edificam⁹ supra petrã: sed petrã demolimur. Quis nõ vereatur ꝫ crimẽ impingere veteribꝰ: quin verius hac labẽ aspgere eccl̃ie sancte: q̃ vetex testimonijs: ac interptatioĩbꝰ vtit cõtra hereticos? Certe etiã si ꝫ vex esset: qõ ablit vt vex sit: chr̃iani⁹ fuisset ac prudẽti⁹ dissimulare: q̃ lr̃is mãdare: ne qõ offendiculũ detur euãgelio chr̃i: ne hereticꝰ patrocinio viri tam celebris post hac gloientur: qñ etiã Paulus gaudet annũtiari chr̃m: siue ꝓ occasionẽ: siue ꝓ veritatẽ: vt quũ malit spargi fidẽ a veris aplis: non irritã tñ faciat: que sparsa est et a falsis. Nam fides chr̃i erat. Certe periculũ est: si surgent postbac renouatores hereseũ: ne hoc scuto munit: vetex interptementz nolint cõstringi. Et vnde citra hoc opem suppetit facultas. eos superãdi ex sacris lr̃is: quũ repulsa vetex authoritate: nullã nisi ere sua: interpratione sint admissuri.

Ad Collossenses.

Annotatio. xxi.

Ad Col. I. VErbum dei mysteriũ. Eras. Cur non addũt hic octauũ sacramẽtum: qui quoties in scripturꝭ sacramẽtũ fit mẽtio: volunt de septem illis dici. Ed. Hic plane calumniat̃. Nemo tã ineptit. Sacramenta seu mysteria: quis negat plura esse ꝫ septẽ? Sed tm̃ septẽ sunt: que eccl̃ie ritibꝰ: et suis q̃busdã cerimonijs: ac sensilibꝰ signis: celebrant̃. Nã ꝫ etiã numerꝰ sacer est: ⁊ in septẽ illis columnis sacramento plenus.

Ad Hebreos.

Annotatio. xxij.

Et figura. (Er. Loquēs de verbo ὑπόστασις: ex ꝟ verbo (inquit) nata eſt magna diſputatio: q̄ Arriani exigerēt tres hypoſtaſes: z verbū omouſij nō reciperēt. Res in digna meo ſane iudicio: ob quā orientes et occidentes eccleſiarum ciuilibus bellis inter ſe cōflictarēt̄: et orbis cōcordia turpiter ſemdereret. Ed. Ut nullā puto ſatis idoneā cauſam ob quā pax Chriſti eccleſie rumpi debeat: ita hec cauſa cōtra Arrianos videt̄ mihi tā grauis: ac neceſſaria: vt nullū nō diſcrimen ſubire: nihil nō pati eccleſia debuerit: poti⁹ q̄ hec peſtis Arrianica latius ſerperet. Neq̄ vero ſi ſchiſma ſecutū ſit: hoc eccleſie crimē imputā dū eſt: ſed pertinacie hereticorū: qui ſanā doctrinā nō ſuſtinentes: omnibus ingenijs: opū: ac fortunarū viribus repugnabāt: nullū nō mouētes lapidē: vt impiā hereſim ꝓpagarent: vt peſtilentiſſimū virus diffunderēt. Id quū fieri nō poſſet integra pace eccleſie: eo prouecti ſunt veſanie: vt nullos non tumult⁹ ſuſcitarint: et chriſtiano fere orbi bella accēderint. Ita paſſim graſſatum eſt in eccleſiam: ſcuitū eſt in ſacra capita: in venerādos fidei antiſtites: nihil nū tentatum cōtra catholice cōmunionis pontifices: vt loco cederēt: vt daret̄ manꝰ hereticis. At hi cōtra: ꝛe lo fidei ſucceſſu/agnoſcētes Chriſtiani pectoris officiū/reſiſtunt fortes in fide. Murum ſe opponūt pro domo Iſrael. Quinq̄ lapides e torrēte ſcripture primū collectos: deinde e pera paſtorali petitos: quinq̄ videlicet Pauli verba. q̄ ꝓfert decē millibus verborū in lingua/in caput Goliath impingūt/exprobrantis aciei dei viui. Qō ni feciſſent/nō fuiſſent fortes Iſrael/nō fuiſſent paſtores ſed mercenarij/q̄bus cure non ē de ouibus/non p̄es eccleſie/ſed ꝓditores/ſi vel cū Arrianis ꝓſentiētes/vel non palā ab eis diſſentiētes/oſculo impietatis tradidiſſent Chriſtū dōm. Nō agnouiſſet eos Chriſtꝰ cora patre ſuo/q̄ non confeſſi ſunt eū cora hoibus. Certe alterutrū ſeq̄ neceſſe erat/vt vel fidē ꝓderent: vel Arrianis tā obfirmatis in malitia/tā iuratis in hāc peſtē/odio facti/ſcādala/exilia/ꝓſcriptiones/z ipas etiā mortes/vel ſi q̄d etiā morte grauiꝰ ſit/ ꝓpeterent̄ inclinātibus p̄ſertim in Arrianā factionē/ aliquot imperij Romani ꝓncipibus. Quid putas herbā fuiſſe porrigēdā Arrio/q̄ hic tumultꝰ potuiſſet ꝓhiberi: nō fuiſſe reſiſtendū/ne ſchiſma ſequeret̄? Non audis Paulū q̄ dicit/ Oportet ſcādala eſſe/vt q̄ ꝓbati ſunt: manifeſti fiāt in vob? Quotics legis illū dū Chriſtū p̄dicat: ſcādalo nequaq̄ ceſſiſſe Judeoꝝ? Et Chriſtus ipſe: nū doctrinā omiſit: ne Judeos ſcandalizaret? Nū legis nihil penſi habuiſſe q̄ ſcandalizati ſūt? In .xv. capite Matthei: quū Chriſtꝰ phariſeis exprobraſſet: q̄ irritū facerent mādatū dei: ꝓpter traditionē ſuā: z hypocritas appellaſſet: de quib⁹ Iſaias dicere: Populus hic labijs me honorat cor aūt eorū lōge eſt a me (z poſtea) Sine cauſa colūt me docētes doctrinas et mandata hoim: z deinde: cōuocatis turbis diceret. Audite z intelligite: Nō q̄ intrat in os coinq̄nat hoīem: ſed q̄ ꝓcedit ex ore hoc coinq̄nat hoīem: z ꝓpi accedentes monerēt. (Scis q̄ phariſei audito verbo hoc: ſcādalizati ſunt?) ſtatim rūdet. Oīs plantatio quā nō plātauit pater meus celeſtis: eradicabit̄. Sinite illos. Ceci ſunt z duces cecorum Cecus ſi ceco ducatū p̄ſtet ambo in foueā cadūt. quaſi diceret Chriſtus. Etiaq̄ quātū cunq̄ offendentur Judei: ego obibo mandatū patris mei: z qō ille non plantauit: eradicabo: Illorum cecitate non prohibebor: quin excitabor magis ne ceci alios cecos faciāt: et ꝓtrahāt ſecū in foueā. Nū par erat ꝟ exēplū imitari p̄es: q̄ ſub Arrianica erāt tēpeſtate: quū plātationē viderēt: nō pati celeſtē: ſed

ad Heb. 1.

inimica hois q̄ sup̄ seminauit zizaniā: vt cōstāter eradicarēt: nec sinerēt latius ꝓpagari malum: ne paulatim reptās multos in perniciē traherent. Quam hoī die fidē haberemus: nisi restitissent. Quā diuersam ab ea quam nūc habem⁹? Nunq̄d hi tres deos natura diuersos introduxissent: imo vero nō tres deos: sed duos inequales deos: nec consubstātiales: et spiritum sanctū alterius dei creaturam. Et prorsus abolita fuisset confessio vnitatis in trinitate: et trinitatis in vnitate. Nec deum vnum crederemus: qui deum alterū Arrianicū haberemus. Consentaneum est si semel inualuisset Arrianica apostasia: nemine repugnante: radices tam altas facturā fuisse: vt vix potuisset posteritatibus seculis exterminari: nam sic comparatū est: vitiata hominis natura: vt tenatius hereant que mala sunt: q̄ que bona. Hoc compertū aliquotes in hereticis: qui constātiores sunt ꝓ sectis suis: q̄ plerīq̄ fideliū ꝓ catholica fide. Itaq̄ nos hodie antechristiani essemus: ad inferos damnati: deo et superis inuisi. Que si sint horribilia auditu: quid nō debeamus illis heroibus: qui nullis non spretis periculis: christianam nobis fidem integram seruauerūt: ne vllis peruersorum dogmatum pestibus cōtaminaretur? Etiam si ex illo nata sunt schismata: quid ad illos? Num tam exigui hec res momenti visa est tibi: vt debuissent silere? Num contemptam oportuisse putas causam filij dei: vt consubstantialis patri crederetur potius quā defensam? Si defensam oportuit: quando tam pertinaces erāt Arriani: vt moriendum prius: q̄ cedendum decreuerint: si inde ecclesie concordia rumpebatur: nō ecclesie hoc crimen est: sed Arrianoꝝ. Ceterum quū fide integra: horis discordia prohiberi non potuerit agende sunt gratie his q̄ fidē tutati sunt: execrandi illi: q̄ horis ꝓ concordiā turpiter diruperunt.

Ad Titum.

Annotatio. xxiij.

Ti. ij. MAgni dei et saluatoris nostri Jesu christi. Er. Ita legi potest: vtrūq̄ pertineat ad Christum (dei et saluatoris (aut prius pertineat ad patrē: posterius ad Christū. Chrysostomus vtrūq̄ tribuit Christo: et itē Hieronymus. eruditates aduersus Arrianos seu victores: quū sermo: plane sit anceps. Hec i priore editiōe. Nunc addit. Imo magis pro illis faciat: q̄ pro nobis: Edo. Vt illud (magni dei) possit pertinere ad patrē/ prohibet qđ precedit. Expectantes beatā spē: et aduentū glorie (sequit) magni dei. Illud (aduentū glie) vrget: vt referat ad Christum quū de patris aduentu nusq̄ legatur/ de filij aūt aduentu sepe/ vt ibi primo ad Corinth. i. Qui et cōfirmabit vos vsq̄ in finē sine crimine in die aduentus dñi nostri Jesu. et in Matthei. xxv. Quū venerit filius hois in maiestate sua. Et Marci. xiij. Tunc videbūt filiū hominis venientē in nubibus: cū virtute multa et glia. Nec est infirma occasio aduersus Arrianos ex ō loco: vt merito trūphare possint de Arrianis Chryso. et Hiero. et si q̄ alij hac authoritate nitātur/ vt cōprobēt filiū magnū deū. Nā plane magn⁹ de⁹ nō est: nec etiā de⁹ q̄ nō est consubstantialis patri. Itaq̄ palā contra eos facit. Etenim si deus magnus est Christus: est et deus patri consubstantialis.

In Epist. ca. Jo. primo.

Annotatio. xxiij.

QUi soluit Jesū. Er. Greci sic hñt: ὃ μὴ ὁμολογεῖ ἰησοῦν χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα .i. q̄ nō ꝓfitet Jesū chm in carne venisse. Edo. Hec verba. (Oīs spūs qui soluit Jesū: ex deo nō est.) nostri codices hñt: que Epiphanius grec⁹ vetus author: in eo ope cui tripartita historia titulo est: affirmat sua etate fuisse ab hereticis: in quibusdā codicib⁹ erasa: qui volebāt humanitatē chī a diuinitate separare: vt purus putaret sine deitate homo. Que hereses suos habuit: z auctores: z sectatores/Carpocratianos/Hebioncos/Theodotianos: et Paulianos a Paulo Samosetbano: nec non z Fotinianos: vt narrat Augustinus in lib. de hereſib⁹ ad Quoduultdeū. Uerba Epiphanij hec sunt. Non mihi videt Nestorius: neq; Samosetbanū secut⁹ Paulū: neq; Fotinū: neq; pur⁹ hoīem dixisse chīm: sed sermonē tantū modo: quasi metuendū expauisse: et hoc passum: q; decēter nō erat eruditꝰ. Qui dū naturaliter eloquēs fuisset: se putabat doctū: et libris antiq; interpretū dedignabatur incūbere: oīmq; se meliorē putabat: ignorās q; in canonica Joannis epla in antiquis exēplarib⁹ habeat (Oīs spūs qui soluit deū: ex deo nō est.) Hunc em̄ sensum ex veteribus exēplaribus abstulerūt: qui separare volūt ab hoīs dispēsatione: diuinitatē. Quapropt̄ veteres interpres hoc ipm̄ designauerūt: qm̄ aliqui adulterati sunt banc epistolā: soluere hoīem a deo volentes. Hec Epiphanius. Epist. canonī. Jo. 1. cap. 4.

Annotatio. xxv.

TRes sunt qui testimoniū dant in celo). Eraſ. In greco codice tm̄ B reperio de testimonio triplici: ὅτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, id est. Qm̄ tres sunt qui testificant: spūs/aqua/et sanguis. Et hunc etiā locum ab hereticis adulteratū testat Hieronym⁹ in p hemiali epla in septē epl'as canonicas ad Eustochiū virginē: cui⁹ verba subscribo. Est em̄ prima cat̄ vna Jacobi: duę Petri: tres Joannis: et Jude vna Que si sicut ab eis digeste sunt: ita q; ab interpretib⁹: fideliter in latinū q; verterentur eloquiū: nec ambiguitate legentib⁹ facerent: nec sermonū sese varietas impugnaret: illo pcipue loco: vbi de vnitate trinitatis: in prima Joannis epla positū legim⁹. In qua etiā ab infidelib⁹ translatorib⁹ multū erratū esse a fidei veritate cōperim⁹: trium tantūmodo vocabula: hoc est aque: sanguis z spūs: in ipsa sua editione ponentib⁹: et patris: filij q; z spūs: testimoniū omittentib⁹: in q̄ maxime: et fides roboratur: et patris: et filij: et spiritus sancti: vna diuinitatis substantia cōprobat. Hec Hieronym⁹. Jam secū reputet Ebrian⁹ Lector: an fas sit oracula putare: que greci codices habēt. Suplori annotatione docuimus ex Epiphanio: decurtatā esse catholicā Joannis epl'am: ab hereticis conantib⁹ chī diuinitatē ab humanitate diuellere. Hic rursus adducimus Hieronymū contestantē: et aliam nō leuis momēti portionē ab hereticis omissam/qui vnitatē diuinitatis in trinitate/infestabāt. Et vtrū q; hunc locū sic ab hereticis deprauatū/prebet nobis exēplar Erasmicū/tum in prioze/tū in posteriore editione. Ut nō satis mirer/illū in tale exēplar incidisse/et sic iam bis emisisse/incōsultus (vt par est putare) alijs exēplaribus (quan q; impiū quidd̄ sapit in dogmatib⁹ tā sacris/tanq; verādis/et in loc⁹ fidei tā necessarijs tā supinitus) ne dicā dissimulato/si quid sec⁹ haberēt cetera exēplaria. Nā Lauretius qui se ꝓfitet vsum septē exemplaribus grecis/nihil his locis offenditur/nec quicq; monet/q̄ tamē diligētissime solet/si quid deprehēdit redūdare/vel

Eiusdem. cap. 5.

diminutū esse/vel variare inter se codices grecos. Nec em̄ tam cōtemptibiles loci sunt/vt preteritos oporteat/nisi forte cōniuere volens locoꝝ errata in quibusdā codicib⁹/resarcierit dāna ex alijs/quo ne authoritatē minueret grecis suis exēplaribus. In quo certe/si sic fecerit/probo hominis et iudicij/et diligentiā. Ut qui in tam apertis mendis nec cecutierit/nec hereticis hec corrupa/quibus sacrā fidem impetant/prodiderit/ne quidē insinuauerit. Nunc etenim si resurgeret hereticorū impia turba/que christo suam diuinitatē prorsus adimit/si denuo capita exercerent/vtinā pfunde satis sepulti Arriani/et ceteri heretici/qui vnitatem in trinitate nō confitētur/quā sibi placerent/quā gestirent/quā sibi viderētur triūphare/q̄ quibus olim telis/vel maxime cōficiebantur/nunc viderent irrita loco cessisse/vt ne quidē vestigia illic remanserint. Quantū sibi applauderent testimonio horum exemplariorū? Et quidē non immerito. Nam (exemptis his locis) scrutatus oēm scripturā/nihil tam presens tam irrepugnabile/tam forte inueneris. Ut etiā si alibi sepe satis superq̄ sit/vnde conuincat/fuerit tamē ibi vtiq̄ pretentioi loco⁹/quū hic nullus sit prorsus. Contra hereticū aduersantē vnitati in trinitate/nusq̄ inueneris testimoniū tam simplex/tā apertā/quā hoc est Joannis/in hac catholica epistola. Tres sunt qui testimoniū dant in celo/pater/et verbū/et spiritus sctūs. Et hi tres vnū sunt. Statī hoc plato obstruat hereticoꝝ os/vt ne sibilare quidem vlterius audeat. Hic nullo negotio viceris. Nullus est plane angulus/quo diuertat. Si ex euangelio afferes (Ego et pater vnū sum⁹) adhuc manet scrupus de spū sctō. Ille scrupus h̄ loco tollit. Finge etiā qui clamet christum puꝝ esse hoiem/nec h̄re in eadē hypostasi/cū humanitate diuinitatē. Si queres mille locos ex scripturis/nullus tam ꝓtius erit/nec tam vndequaq̄ obuians hereticorū argutijs/nec tam accōmodus/vnde elicias christi hypostasim vtranq̄ naturā et humanā et diuinam cōplecti/quā iste Joannis sermo/qui alium sensum/si quis locum cōpingat/pati nō potest. Oīs spūs q̄ soluit Jesum/nō est ex deo. Protin⁹/vt hanc profers/obmutescet hereticus. Nā si locum cōferas/si videas illic oīa pertinere ad mysteriū christi: statim reperies hunc germanū sensum esse: nec alium esse posse: etiā quantūuis torseris vt oīs spūs qui separauerit diuinitatē ab hūanitate: vel humanitatē a diuinitate in christo: ex deo non sit. Hoc est soluere Jesum. Audi q̄d ꝓcedat hunc locū. Charissimi nolite oī spiritui credere: sed pbate spūs si ex deo sint: q̄m multi pseudoꝓphete exierūt in mundū. In h̄ cognoscit spūs dei. Oīs spūs qui cōfitet Jesum christum in carne venisse: ex deo est. Hic videres tractari mysteriū christi. (Sequit nullo sermone intermisso) Oīs spūs qui soluit Jesum/ex deo nō est. Oīb⁹ ꝓbe ꝓpensis/quē hic sensum crues/nisi quē veteres interpretant cōtra hereticos vt dicit Epiphanius? Si quidē ꝓtra hereticos/pala est Joannē hunc locū ꝓtulisse. Et nūquid putas hic his triūphaturos hereticos: tum q̄ tā insignib⁹ ꝓtra se testimonijs liberant: tū q̄ fas arbitrabunt in nos retorquere crimē q̄ sacre scripture p nos vitiate sint: q̄q̄ impostur⁹ ac sycophantijs/necnō adulterinis testimonijs: ꝓtra se bacten⁹ certatū sit? Ad hoc/cōtra nos citabūt hos grecos codices. Quib⁹ si fidē faciet celebris authoris fama qui eos emisit/malim alios p̄diuinare: quid inde eueniet: q̄z vt ego dicā Certe nimis q̄z timeo futuꝝ formidabile schisma in eccl̄ia dei. Timeo ne iterū incidam⁹ in Arrianica tpa: et in nunq̄ satis deflendā eccl̄ie sctē discordiā. Se

pe fit vt noua ceu sacra amplectamur: et iudiciũ nõ ex rerũ dignitate: sed ex authoris titulo expẽdam⁹. Qõ si hic fiet: quid nõ sequet̃ tumultuũ: quid nõ factionum/quid nõ rixarũ/quid nõ tempestatũ? Nam ea est authoris existimatio vt quiduis/ab aliq̃t etiã non infimis: vel authoritate sola impetrare possit/vt omittã flumen illõ eloquẽtie quo vel hosti psuadere solet. Et nonnullos video vel solo noĩs illius lenocinio captos: vt nihil pterea spectẽt/nisi q̃ is dixerit/hoc satis rati fore/vt velut oraculo blandiant̃ sibi. Jam vident ecclia an hec tã parua sint vt ꝓtẽni debeant. Exẽplaria plus quater mille/p orbẽ chĩtianum dispsa sunt. Oĩa carẽt his testimoniis/quibꝫ habꝫ scriptura/nulla vel sanctiora/vel magꝭ necessaria: vt ceteros locos taceã/q̃s sparsim annotauimus in grecis penes habere/q̃ꝫ in latinis exẽplaribꝫ. Et tamẽ/vt hec noua p̃ veteribꝫ in pretio ac delicijs habeant̃/cũ alia/tũ illud in pmis efficiet/q̃ noua accesserit oronis facies/et sermonis nitor/et veluti Erasmica quedã mundicies. Siquidẽ b̃ lucri reputabunt fecisse se: qui ꝓptis veteribꝫ exẽplaribꝫ/his nouis inherebũt/q̃ quũ multas sermonis sordes euaserint/tum in b̃ puro ac casto dicẽdi genere plurimũ pfecerint. Deinde ea iã multoꝝ anios inualuit opinio/vt siquid secus habeãt greci codices q̃ nostri/a grecis ptinus codicibꝫ stetur ꝓtra nos. His si accedat typographorũ cupiditas/qui vel modici lucelli gr̃a/qua vident hoĩm pẽsa studia/illac ferant̃/vt nihil nõ ex officinis suis audeãt pmulgare/ꝓpediem fiet/vt nulla e prelis suis orbi daturi sint exẽplaria/nisi ista/q̃ multo maxima doctoꝝ et indoctoꝝ partẽ/aliũ alio nomine istis exẽplaribꝫ viderint inbiantẽ. Et quis libꝝ tam auide amplectit̃/quẽ nolit quãtocũq̃ studio tueri. At hunc tueri nemo põt/nisi simul detrahat veteribꝫ libris/fidẽ authoritatẽq̃. Porro quũ deus aliq̃t sibi relictur⁹ sit semp: qui nõ c[illegible]uabunt genu ante Baal/hi fortiter ꝓtra ꝓphanata ab hereticis exẽplaria stabũt p zelo dom⁹ dei. Sic pugna erit in ecclia dei. Agitabit̃ nauicla Petri fluctibꝫ. Orbis discordia miserãda sequet̃/vt nõ temere timeã futurũ q̃d chr̃s pdixit/tẽpus q̃le nõ fuit ab initio vsq̃ tũc. Demin erit igit̃ ecclia initijs occurrendũ/ne qui fum⁹ esse cepit/fiat ignis/et talis ignis qui nõ facile extinguet̃. Demin erit sepe medicinã sero putari. Ignis paulati irrepens tandem oia ꝓsumit. Proinde opus est/quin ꝛ tps est/vt vigilet pastor in ecclia. Adhucdeo aspirãte saĩ spei est/q̃ nondũ fum⁹ penit ad flammã. Non dormitabit neq̃ dormiet/qui custodit Jsrael/si nõ dormitauerit neq̃ dormierit speculator in Jsrael.

ΟΠΟΙΑ Η ΑΛΗΘΙΝΗ ΠΙΣΤΙΣ ΗΜΩΝ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΗΓΟΥΝ Η ΘΕΟΤΗΣ.

πατὴρ	υὸς	πνεῦμα ἅγιον.
I	θεὸς εἷς.	πρόσωπα τρία.
II	ουσία μία	ὑπόσασεις τρεῖς
III	φυσις μία	ἰδιότητες
IIII	μορφὴ μία	χαρακτῆρες τρεῖς.
V	βασιλεία μία	αρχαὶ τρεῖς.
VI	δόξα μία	λαμπρότητες τρεῖς.
VII	δυναμις μία	κυριότητες τρεῖς.
VIII	βούλησις μία	ἐνέργειαι τρεῖς.
IX	χάρις μία	ἐπιγνώσεις τρεῖς.
X	πίστις μία.	ομολογίαι τρεῖς.

Hanc confessionem nescio quo autore: inuenio in secunda edi/
tione Erasmica: quã vehemẽter optarim explanari. Quo minus
mihi assumã eius interpretationẽ: terrent me noua quedã dog/
mata: que in ea sunt: nisi me fallat iudiciũ. Malim igit: vt Eras/
mus vel author ipse: si quis alius in viuis sit: eam nobis edisse
rat: ne vel impingamus in tam profunda: vel aliene fidei videamur nimium
curiosi exploratores. Presertim: quando forte sermonis impetrati cõmoda
possit interpretatione succurri. Ne tamẽ laruis: aut vmbris: videamur terri/
ti: et quid nobis sapiat hec cõfessio: partim interpretabimur: citra tamen preiu-
dicium authoris: si quis se authorẽ velit profiteri: aut authoris patrocinũ
velit suscipere. Mihi sane a quarto loco: et deinceps quedã sunt absurda: si
tamẽ non allucinor: quedã non intellecta. Quod primũ ponit: pater: filius
spiritus sanctus: vnus deus: tres persone: deinde: substantia vna: subsistentie
tres: et tertio loco natura vna: proprietates tres: bene habet ac catholicũ est. Sz
quod quarto loco: formma ponit vnam: characteres tres: hic nescio an sane
philosoph et author hic. Nam vt liceat nobis grecũ verbum (characteres)
latine reddere: vel figuras iuxta veterẽ interpretẽ capite primo ad Hebreos:
vel expressas formas: iuxta Hieronymũ quem citat Erasmus eodẽ capite:
non puto hanc appellationẽ conuenire patri: vt figura dicat: vel forma expres
sa. Nec puto in scripturis hunc sermonẽ haberi: nisi de solo verbo. Nec tamẽ
inde argumẽtor non posse cõpetere et in spiritũ sanctum: vt z forma expressa
vel figura dicatur. Certe nõ memini me apud veteres hunc sermonẽ de spiri/
tu sancto legisse. Nec prie mihi videtur posse dici: nisi de solo filio: qui a patre
exit: non quõ datus sed quõ natus: vt dicit Augustinus de trinitate: qui z ex
pressissima imago ẽ: seu substãtie: seu subsistẽtie pris. Qõ quinto loco sequit
(regnũ vnum: principatus tres: vel principia tria.) Si tres psone tres habẽt
principatus: vel sint tria principia: tres sunt principes: et cõsequenter tres dij:
tres rerũ creatores: administratores: gubernatores. Contra Paulus clamat
in epistola ad Romanos. Ex ipso: et per ipsum: et in ipso sunt oĩa Ipsi bo/
nor et gloria in secula. Et in epistola ad Ephesios: vn9 deus et pater oĩm: qui
sup oĩes et p oĩa: et in oĩbz nobis. Et Moses vnũ principem: ac creato/
rem oĩm testat. Nec minus tamẽ confitet psonaz pluralitatẽ. Nam qui pri/
us refert deum dixisse: faciamus hominẽ ad imaginẽ: et similitudinẽ nostrã:
in quo vtrũqz aperte insinuat: psonas plures: et creatorẽ vnum: idem postea
expressius dicit. Vidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. In quo
vnũ ponit oĩm creatorẽ: principem: ac principiũ. Qõ si vnum principiũ: et vn9
princeps: vnus etiã est principatus. Deinde q sexto loco ponit. Gloria vnat
splendores vel claritates tres. Et hic credo patrẽ qui a nullo exit: sed est dei/
tatis principiũ: non posse dici splendorẽ: sed prie hoc cõuenire filio: quẽ apo/
stolus ad hebreos appellat splendorẽ glorie patris. Splendor et claritas ex
alio nascitur: nõ ex se subsistit. Si tamẽ placet inter attributa essentialia: que
vocant: numerare: (nam et filius legitur clarificare patrẽ:) vnus est splẽdor/
vna est claritas: quũ in deo omnia vnũ sint: excepto eo qõ dicitur relatiue: vt
dicit Augustinus de trinitate. Item qõ septimo loco facit vni potentie respõ/
dere tres dominatiões: siue tres authoritates: doceor ex sacris literis: tres p/

sonas vnum dominū dicere. Unus dominus (inquit apostolus) ad Ephesios. Idem in Esaia: et in reuelatione Joannis. Sanctus/sanctus/sanctus dominus deus zc. Et in symbolo Athanasij/qđ vniuersa canit ecclesia. Non tamē tres domini/sed vnus est dñs. Si vnus dñs/vna dominatio/non tres dominatiões. Jam octauo loco e regione volūtatis vnius: ponit actiones/siue actus tres. Moses cōtradicit. Vidit deus oīa que fecerat zc. Si vn⁹ deus creator vna creatio. Et filius dicit. Pater meus vsq; modo operat/et ego operor. Et iterū. Pater in me manēs ipse facit opera. Nescitis quia ego in patre/et pater in me est. Et ne quis diuisam arbitret operationē/ alio loco docetur. Oīa que habet pater/mea sunt. Et iterū. Ego et pater vnū sum⁹. Si singule p sone singulas habeant actiões: vel est impotentia in singulis/vel sup uacanea actio. Quod sequit nono loco/charitas/vna cognatiões tres/nescio quo referat. Nam si ad psonas diuinas/ illarū vt est vna charitas/ qua oīa amant/ita vna est cognitio/qua oīa cognoscunt. Sin ad homines/illorū vt diuerse sunt cognitiones/quib⁹ deū cognoscunt/sic diuerse charitates quibus erga deū afficiunt. Pari modo/ qđ vltimū tenet locū nequaq; intelligo. Videtur tñ nisi ad homines posse referri/q; fidem dicit vnā/cōfessiones tres. Si sic loquit vt fides vna in hominib⁹ respondeat vni deo/ et tres cōfessiões trib⁹ personis/aliud docti sumus a Christo in euangelio Joannis. Qui honorificat filium/honorificat patrē. Creditis in deū (scilicet patrē) et in me creditis. Et in epla Joannis canonica Qui negat filiū/nec patrem habet. Qui confitet filiū/et patrē habet. Quāq; hoc nō habet grecū tuū/sed ni fallor erasum/ab hereticis. vt alia quedam in hac epla. Et iterum. Qui credit in me/nō credit in me/sed in eum qui misit me. Quod si qui credit in patrē/ credit et in filium/et qui credit in filiū/credit z in patrem/ psequens fuerit/vt q confitet filium/confiteat et patrem/ et qui patrem confitet/confiteat z filium/z qui patrem et filium confitetur/simul z spiritum sanctum confitcatur/ quia nō sunt sine coeterno amore/pater et filius. Proinde mihi videtur: vna esse trū personarum in vna deitate confessio: cui est gloria sempiterna. Amen.

Finis.

LIBER

ALTER ERASMI ROTE rodami, quo respondet reliquis annotationibus Eduardi Lei.

CVM PRIVILEGIO.

H 59 l

ERASMVS ROTE

RODAMVS CANDIDIS LECTORIBVS SALVTEM D.

DVM HAEC SCRIBErẽ, optime lector, identidẽ pœnituit instituti laboris, neq; eũ arbitror multis annis mihi collocatam operã in ullum argumentum uel cum tedio maiore, uel cum fructu minore. An Leũ sui libelli pœniteat nescio. Nã aiũt illum maioribus etiã copijs instaurare pugnam. Quod si falsum est, & ille pacem mauult, age diuidamus inter nos uictoriam. Dimidiũ laudis ille ferat, ego dimidiũ. Vicerit ille conuitijs, ego ueris. Fuerit ille superior uociferationibus, argumentis ego. Dixerit ille seditiosius, ego moderatius. Quod si uolet solidã auferre laudem ex hoc conflictu, ne tentet denuo iurgijs, & conuitijs, qua quidem re iam omnium, atq; adeo meo quoq; suffragio palmam tulit, nec habebit me posthac concertatorem. Quid enim facilius, quã uel ingerere, uel regerere maledicta, & lusco discere luscę? Mulierum ac scurrarũ ista concertatio est, non theologorum. In promptu est cuiuis labem alieno nomini aspergere, qui suum ipsius probrum non metuit. Vt enim uitæ, sic famæ alienæ dominus est, qui suæ cõtemptor est. Si Leus uult talis haberi apud alios, qualis ipse uidetur sibi, uir eruditus, cordatus, attentus, oculatus, fortis, tueatur bonis argumentis suas illas toties iactatas, & tandem orbi proditas annotationes. Neq; rursus euomat tantum pus conuitiorum, interim pollicitãs mox

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL
CRACOVIENSIS

mox se responsurum argumentis nostris, quod uidelicet præstet ad calẽdas græcas. Si fidit sibi, primũ hoc aggrediatur, quod ad rem pertinet, omittat illud, in quo nemo nõ fatetur illum ualere plurimũ. Si mecum aget his rationibus, quæ doctos uiros deceant, fortassis habebit Erasmũ conflictatorẽ. In hoc genere certaminis nolim experiri uires meas, à quo discedit uterq; & saucius, & inglorius, quod maledicentiæ, non eloquentiæ uiribus nititur, nec aliud laudis aufert uictor, nisi quod habetur uir improbior, & amarulentior. Odi uictoriam, quæ non cõtingit, nisi grauiter læso proximo. Crudelis est uoluptas è fratris exitio triumphum agere. Pulcherrimũ certaminis genus est, unde qui uincit, discedit honoratior, q uincitur, abit doctior. Quod si illi nihil uidetur eruditius, q; maledicere, me non habebit aduersarium, & tamen fortassis nõ defuturus est suus Bitho Bacchius. Imò iam nũc accinctos uideo, qui Leum accipiant pro ipsius dignitate. Quod si scissem, parsissem huius temporis sumptui. Ego posthac huiusmodi tricis non auocabor à melioribus studijs. Alioqui quid facilius, quã tenebrionem, aut rabulam aliquem subornare, qui indoctis & insulsis conuitijs impetat hominis famam? Atq; talis histrio iam adornatus est, arctissimæ religionis professor, sed ausus irreligiosissimi molitor, adeo literarum expers, ut nec hoc conuitiũ, quod quidam in me iaciunt, dum grãmaticum appellant, in eum dici possit, adeo non ingenio sus, ut etiam cõmuni sensu careat, neq; quicquã adferat ad scribendum præter animum omnibus uirulentijs undiq; corruptum. Iuuenis est, & miser prurit nominis, ac famæ parãdæ scabie. Iamque gestit prodire in proscenium magno ordinis sui dedecore, ac Leo sic fauet, ut tamen ei tantã famã subito partam inuideat. Video sic esse fatũ meũ, ut doceam, qui me carpunt, ut nobilitẽ, qui me infamant,

ut ad studia bona extimulem, qui me à bonis auocant studijs. Etenim ni Leus plane uelit ingratus uideri, fatebitur Erasmũ sibi magno cõmodo fuisse. Siquidẽ dum me studet carpere, cœpit attingere nõnihil melioris literaturę, cœpit amplecti studium linguarũ, cœpit euoluere quædam ueterum autorum, nostras lucubratiões undiq; deflorauit, quin & Politiani libros attigit, ne uel hac parte uideretur nihil omnino ualere. Alijs amor stimulos addit ad bonas disciplinas, uti scripsit Plato, huic ad easdẽ calcar addidit odiũ. Fortassis hoc egent stimulo, qui præter se nullos amare possunt. Postremo iam orbi non minus notum est Lei nomen, quã Erasmi. Non contemnet opinor hoc præmij Leus. Id em̃ sensit, ni fallor, cũ scribit ad me in præfatiũcula, qua mihi dicat sacras suas annotatiões. Mihi uero, ingens, quicqd euenerit, nec male, nec infeliciter cadet. Hoc dicit. Vt pessime cadat alea, certe cõtinget innotescere. Id cũ Leo per me contigerit, superest ut eo beneficio recte utatur ad suam, Christiq; gloriam. Quod si non satis habet peperisse famã, ni bonam etiam pepererit apud bonos ac doctos, primũ canat palinodiã conuitiorum, quibus immerentis famã impetijt, deinde fateatur, & emendet lapsus suos, quos innumeros prodidit uno libello, dum in meis uoluminibus paucos conat ostẽdere. Optimũ erat paruisse monẽti, ne tali libro propinaret se deridendum orbi, nunc saltẽ malo doctus hactenus obtemperet consilijs amicorũ, ne se rursus conijci at in rabiosam cõcertationem, & eruditorum calamũ in se prouocet. Siquid laudis parari potest linguæ uirulentia, siquid indoctis uociferationibus, abunde multũ laudis iam nunc tulit Leus. Nos nihil gessimus per insidias, neq; cum adiuratis typographis egimus, nequis inspiceret chartas, antequã esset absolutũ opus. Et Leum sic tractauimus, ut nihil sit in mea responsione tam asperum, ut non grauius lędatur suis ipsius scriptis. Quo magis in promptu

promptu sit illi lapsus suos agnoscere, non omnes, nec enim est numerus, sed aliquot elencho demõstrauimus, non tali, qualem ille præfixit suo libro, qui præter fumos, fucos, technas, & seditiosas calumnias nihil habebat. Hic multo minus pollicetur, quàm præstet opus, & moderatione quoq; respondet. Si me audies lector, nec Lei calumnijs, nec meis apologijs euoluẽdis bonas horas male perdes, attamẽ siquid forte haustum est ueneni ex Lei libello, cõsultum fuerit nostra uti antidoto. Cæterum ab eo, qui uolet exercere censuram, illud petam, ut nostra legat attentius, & si uacat cũ ijs, quæ scribit Leus, conferat. Nam nos ubique, quantum licuit, studuimus compendio, ne in re & inamœna, & inutili nimium otij collocaremus. Quod si hæc est ineuitabilis studiorum pestis, ut qui iuuandi studio scribunt aliquid, cogantur cũ omni monstrorum genere depugnare, cum nusquã desint indocti, stolidiq;, & depugnare parati, cedo totã harenam alijs. Hactenus nemo per me factus est ater, nec fiet, si modo liceat persequi meum institutum. Nihil adhuc scripsi sciens, qd aduersetur pietati, aut gloriæ Christi. Articulos fidei toto pectore complector, dogmata recentium theologorũ sic recipio, ut nolim nec tueri pertinacius, ne impugnare contentiosius. Me nullus habebit nec impiæ doctrinæ magistrum, nec seditionis, aut tumultus uel ducem, uel comitem, Famæ sum satur. Opes non ambio. Hoc ingeniolum, hæ literulæ Christi gloriæ seruient. Huic utinam prober, quandoquidem uix spes est forè, ut placeam quibusdam, qui magis student suo lucro, quàm Christi. Non est ullũ studij genus, quod damnem. Non est ullum uitæ genus, quod insecter, de probatis loquor. Non improbo moderatas, & ab ecclesia receptas cærimonias, sed eos modo, qui his freti negligũt ea, quæ sunt ueræ pietatis. Nemo syncerius amat uerè religiosos, nec inter ullos malim uitam agere, nisi dis-

fuaderet neceſſitas. Eruditionẽ mihi non arrogo. Quod dedit dominus, libenter impartio. Siquis adferet meliora, non grauatim ſequar. Qui mouẽt huiuſmodi tumultus, ipſi uiderint. Quales ſint, ipſi ſe ſuis prodũt libellis, Quorum nullus adhuc tam indocte, neq; tam uirulente ſcripſit, quin hoc Lei libello ſubleuetur. Sed proœmij plus ſatis.

INDEX DEMONSTRANS ALI quot locos, in quibus inſigniter lapſus eſt Leus.

ABerrat toto ſcopo, neque quicquã agit tota annotatione prima, nec aliud facit ſecunda, in qua illud, neſcio quo nomine, ſim donaturus, quod cũ ex ipſius annotatione liqueat, Leum non aliunde quàm ex me reſciſſe, in commentarijs Hieronymi deprauate legi, pro habet, habebit, tamen in indice iactat, me fateri ſic eſſe ut ipſe admonuit, quid impudentius?

ITEM annotatione. clxxxvij. Nouarum. xx. Non intelligit quod reprehendit an. iij. x. xix. xxxiiij. xxxvi. xliiij. xlvi. per totum. LVII. non intelligit, neq; qd ego uoluerim, neq; qd ipſe loquaẽ. Scribit σωτηρίβων per ω mega, cum pertineat ad πνεῦμα. Deinde admonet, σῶτηρίβον non cohærere cum ἀυτὸν, ſed ſcribendum eſſe σεαυτὸν, cum σεαυτὸν cum neutra lectione quadret, ſiue legas σῶτηρίβον, ſiue σῶτηρίβοντοσ, cũ σεαυτὸν ſignificet te ipſum. Hic autem nulla eſt ſecũda perſona, ad quã poſſit referri σεαυτὸν. Quod ſi legas σῶτηρίβον, nihil aliud quadrat, quã ἀυτὸν prima tenui, niſi ſẽſus eſt, ſpiritũ diſcerpſiſſe ſeipſum, q̃ nihil abſurdius, Cæterũ q̃d ait me in ſchedа reſpõdiſſe ἀυτὸν, priore aſpirata idẽ pollere q̃d σεαυτὸν ſuſpicor illum ex ἑαυτὸν feciſſe σεαυτὸν. Sed ut paucis oſtẽdam lector, quid uoluerim. Trifariam hic locus poteſt accipi

teſt accipi σῶτρίβον ἀυτὸν, ut intelligamus ſpíritũ diſcerpſiſſe hominem, Aut σωτρίβοντος ἄυτὸν, priore aſpirata, ut ſenſus ſit ſpiritum diſceſſiſſe ab homine, ſeipſum dilacerante, Aut σωτρίβοντος ἀυτὸν, ut idem ſenſus ſit cum primo, ſed gignendi caſus poſitus ſit pro recto, quod genus eſt illud Ariſtophanis, καὶ ταῦτ' ἀποκρινομένου τὸ παράπαν οὐδὲ γρύ. Hæc quoniam mihi uenerunt in mentem, recognoſcenti quod erat excuſum, uiſum eſt impertire.

ITEM. lxi. lxx. lxxv. lxxvíj. lxxviíj, xcíj. multa. cviíj. cxícxíj. cxxix. cxxx. cxxxi. cxliíj. clx. cxci. cc. cciíj. ccxiíj. ccxxix. ccxxxv. ccxl. Nouarum. i. íj. viíj. xi. xvíj. multis locis. xx.

De níhilo moroſe rixatur. an. vi. víj. ix. per totum. xi. xiíj. xlviíj. per totum. lvi. lxxvi. lxxxi. lxxxiíj. xcix. cviíj. cxxxvi. cxxxvi. ſupernumeraría. ccxxxvíj. ccxxxviíj.
De níhilo excitat tragœdias ac ſeditiones, an. xvíj. xxxi. xlvi. xlvíj. xc. cxiíj. cxxxiíj. cxxxvíj. clx. clxxíj. cxciíj. cxciiíj. cxcvíj. cxcix. ccxxxiíj. ccxliíj.
Poſtulat abſurda. ciíj. cxlv. clxxvíj.
Non conſtat ſibi. An. iíj. xix. cum negat eſſe quicquàm dictu fœdum, cum in inuectiuis longe aliud obíjciat. xliíj. xcíj. cxvi. cxx. Nouarum. xvíj. x.
Palam calumníatur. Ann. iíj. v. xiíj. xvíj. xix. ímmo per totum. xxx. xxxíj. per totum. xxxv. xliíj. multis modis lxviíj. lxxi. lxxíj. per totum. cxiíj. per totum. cxxvíj. cxxxiíj. cxli. clxxíj. clxxxvíj. ccix. ccxiíj. ccxxiíj. ſupnumeraría. ccxxxvíj. ccxxxix. Nouarũ. víj. xvíj. xx
Stulte probat. An. ix. xxxiíj. xliíj. lxx. clxíj. clxiíi. ccxliíi Nouarum. xiíj.
Fœde labitur. xxxíj. lv. ccxvi.
Canit palinodiam, ſed ſuperbe. Ann. xiíj. xvíj. xcíj. cxv. clxxxi.

Falſo.

Falso citat. An. xxx. xxxi. lx. lxxxiij. xci. xcij. multa. xciiij. xcvij. cxv. cxviij. cxlv. ccxvij. ccxxi.

Deprauat quæ citat. An. xxxvi. lxxxvij. cxviij.

Taxat sacros autores cum alias frequenter tum annotationum. ccxxxviij.

Fucum facit gloriam captans. xliiij. li. liiij. lxvi. lxx. lxxij. lxxxix. xciiij. xcv. cxiiij. cxv. cxxij. cxlviij. cxlix. cli. clxxxi. clxxxiiij. clxxxviij. sæpe Nouarum. vi.

Docet quod nõ intelligit. lxxviij. cxxxij. clx. clxi. clxxxvi cxciij. ccxv. ccxvij. ccxxiiij. ccxxxij. ccxxxviij. Nouarũ

Sẽsum hæreticũ approbat. lxx. xcij. Nouarũ. viij. (iiij.

Nihil ad rem facientia. xci. cxxij. clxi. clxiiij. ccxxxix.

Friuola notat. anno. iiij. xxi. xxij. xxiij. xxiiij. xxv. xxvi. xxvij. xxviij. xxix. xxxiiij. xlv. xlix. l. lij. liij. lviij. lix. lxij. lxiij. lxiiij. lxv. lxxiij. lxxiiij. lxxx. lxxxviij. xc. xcviij. xcix. ci. cv. cvi. cxxiij. cxxxiiij. cxxv. cxxvi. cxxxvij. cxxxviij. cxxxix. cxl. cxliiij. cxlvij. cliij. cliiij. clv. clvi. clvij. clxv. clxvi. clxvij. clxviij. clxix. clxx. clxxi. clxxiij. clxxv. clxxvi. clxxviij. clxxix. clxxxij. clxxxiij clxxxiiij. clxxxv. clxxxix. cci. cciiij. ccv. ccvi. ccvij. ccviij. ccxx. ccxxij. ccxxv. ccxxvi. ccxxvij. ccxxviij. ccxxxcclxi. Nouarum. x. xiij.

Absurda, quæq; uideantur & sine mente dicta. An. xxxij. xlvi. lxxxvi. xcij. multa. cxij. cxxxvij. cxlij. clxxxviij. cxc. multa. cxcv. ccx. ccxxxiiij. ccxxxvij. ccxxxviij. ccxxxix. ccxliij.

Falsa congerit. xliiij. cxiij. cxiiij. cxxxvi. cxli. cxlvi. clxxx. clxxxvi. cxciij. ccxxxviij. ccxxxix. ccxlij. ccxliij. sępius Nouarum. xij. xiiij.

AD PRIMAM.

ANNOTATIONEM
Eduardi Lei.



VM IN PRIORIBVS Mat. 1.
schedis, quas habebat D. Ioã. Atensis, quõdam inclytæ Louaniensis Academiæ uicecancellarius, paucis dũtaxat uerbis annotassem, ubi nos legimus, Chri generatio sic erat, 1
apud græcos haberi, Iesu autem Christi generatio sic erat Hic rem prolixa disputatiõe dilatat, mecꝫ meo, ut ait, iugulat gladio. Nam cum annotans in caput epistolæ ad Corinthios posterioris quartum dixissem, nefas esse, siquis in diuinis literis, uel unum apicem sciens ac uolens mutet, huius legis, quam & ecclesia sanxit, & ego meo calculo comprobaui, neglectæ reum agit. Verum hic libẽs rogarim Leum, quid scribæ facturus sit, qui, q̃d frequen 2
ter euenit, unum aut alterum uerbum omiserit in describendis uoluminibus sacris? Nũ hac lege uocabit ad pœnam uiolatæ maiestatis euangelicæ? an excusabit, imprudens fecit, dormitans fecit. Quid si Deus ipse referẽs locum aliquem ex arcanis literis per imprudentiam aut obliuionem omiserit, aut addiderit uerbum, id quod facit aliquoties, num agnoscet legem Deuteronomij, aut Apocalypsis? non opinor, sed excusabit incuriam humanam, quæ nulli nõ obrepit alicubi, quantũuis etiam cauerit. Et mihi ceu graue piaculum uult imputari, siqd omissum sit ab operis typographorum? nam absente

me pars ea fuit excusa. Hæc opinor erat iusta defensio, etiamsi quid cessatũ esset in hac editione, qua ferè nunc utitur ecclesia, cuius autoritatem Leus uult esse sacrosanctã, etiamsi non hac utitur sola. Quis enim hactenus tanta cura, tantaq; religione uel scripsit calamo, uel formulis excudit sacros libros, ut nõ alicubi deprehendatur aliquid immutatum? Nunc hac parte nihil admissum est, tãtum unica uox, quæ in græcis exemplaribus redundat à nostris, omissa est, qua quidem in re nulla est facta iniuria lectioi ecclesiasticæ, imo potius habitus honos. Mihi primũ erat in animo Græcis addere nostra latina, sic ut habent, ac lectori relinquere studium dispiciendi quæ congruerent, quæ dissiderent, & facturus eram, ni quidam ex tempore dedissent diuersum consilium. Proinde non eram tum admodum anxius in hoc, ut per omnia Græca quadrarent ad Latina, adeo ut aliquoties ne contulerim quidem, præsertim in Luca, quod id temporis ualetudinis imbecillitas impar esset tam uarijs laboribus, qs si gustasset Leus, non ageret editionis alienæ tam morosum censorem. Denique patiar, ut hic uincat Leus, ni doceam re ipsa in exẽplari certe altero, in marginali spacio manu famuli ascriptum Iesu. Sed liberemus operas hoc crimine, liberemus castigatores, quorum industriæ ferè fidebam in huiusmodi, sit à me cessatum, & cessatum in utraque editione, quid aliud potest accusare Leus, quàm per incuriam uocem, quæ additur apud græcos, in nostra editione non fuisse additam? Nec est quod hic me stringat mea lege, cum ego dixerim esse nefas, si quis sciens ac uolens mutet quicquam. Quid autem hic causæ fuerat, cur sciens ac uolens omitterem, cum propositum esset, quicquid in græcorum codicibus haberetur, Latine redderem? Quis autem sit tam insanus, ut arbitratu suo mutet, quod est in arcanis uoluminibus? Sino

bis cõ-

bis compertum esset, quid esset scriptum ab apostolis, & euangelistis, impius profecto foret, qui uel apicem conaretur immutare, nunc quum nec græcorum codices, nec latini satis inter se consentiant, quum cotidie depraue-
tur à librarijs, uelimus, nolimus, aliquid est immutandum nõ nunquã. Nec; consequitur, si quis ad hanc prouinciã idoneus id tentet, continuo ius idem fore quibuslibet, etiam coriarijs, id quod Leus ratiocinatur. Si nefas est mutare quod legit ecclesia, cur in utroq; testamẽto tam multa ausus est mutare Hieronymus? Cur in commentarijs suis toties adfert, uel ex hebræorum libris, uel ex græcorum exemplaribus, quod ab hac lectione, quã Leus ecclesiasticam uocat, diuersum est, & sic adfert, ut quod græci legunt, præferat nostræ lectioni. Id sicui dubium est, legat huius enarrationem in psalmos, in prophetas, & in epistolam ad Ephesios. His me tueri poteram, etiã si quid mutassem, & sciens mutassem ex lectiõe recepta. Si nemo deprauasset sacros libros, ocioſus esset castigator, imò etiam impius esset. Si quis audebit dicere in codicibus, quibus nunc utitur ecclesia, nihil esse diminutũ, nihil additum, nihil depraua-
tum, nihil male redditum, patiar reijci quantũuis eruditum castigatorem. Sin res adeo manifesta est, ut negari non possit, nõ tollo quod legit usus ecclesiasticus, certe liceat admonere studioſos. Iam quod ratiocinatur, si quicquã mutetur, ingens imminere periculum, ac breui uacillaturã autoritatem scripturæ diuinæ, non mihi persuadeo Leum esse tam stupidum, ut hæc scribat ex animi sui sententia, Suspicor illũ hanc canere cantionem uel in odium mei, uel in gratiã quorundam, & unius præcipue, de quo uel absq; cribro facile diuinabis lector. Quid fiet græcis, qui ex euangelico codice pronunciant sacras lectiones, & ea gratia nõ nunquã addunt è superioribus repetitum nomen Iesu,

7

8

9

aut uice pronominis, eius, ponunt nomen ipsum. Quid nobis, cum in templo solenniter addimus, in illo tempore dixit Iesus discipulis suis, quod aliquoties non habet in euāgelijs eo loco? Quid fiet diuo Lucæ, q precationis dominicę partē omisit, qd interpreti latino, q coronidē, quæ habet in græcis libris omisit, nō approbante Leo? Sed ne iocari uideamur in re seria, ætate Origenis uariabant græcorum exemplaria, temporibus Ambrosij & 10 Augustini uariabant exemplaria, uariant & hodie non paucis in locis, nec uacillat tamen autoritas diuinæ scripturæ. Spiritus, inquit, sanctus autor est diuinæ scripturæ, atque is non est autor dissensionis, ac mendacij, non est igitur à spiritu sancto, quod uariat, & quod cum illo non consentit, aduersatur, proinde uelut inimicum spiritui sancto reijciendum. Hoc syllogismo labefactat Leus autoritatem omnium sacrorum uoluminum. Si quicquid uariat reijciendum, & uariant alicubi, tum hebræorum, tum græcorū, tum latinorū sacri codices, nihil igitur non reijciendū. Ostendat nobis suo digito Leus, quæ sit illa lectio, quàm dictauit spiritus sanctus, & hanc una 11 amplexi quicquid ab hac uariat, reijciemus. Quod si ille non potest ex collatione linguarum & exemplariorum, ex lectione, ex interpretatione celebrium autorum nobiscum scrutetur, quæ lectio sit maxime probabilis. Verum ad huiusmodi caussificationes abunde respondimus in epistolis, & apologijs nostris, quas multis modis deprehendo non legisse Leum. At qui legisse debuit, prius quàm ad calumniandum accingeretur Leus sic mecum agit, quasi cum quis uolumen ex alia lingua uertit in aliam, ea interpretatio tribuēda sit spiritui sancto. Sed longe secus sentit diuus Hieronymus, multum interesse putans inter uatem, qui spiritu afflatus loquitur, & interpretem, qui tantum reddit, quantum linguarum peritia, dicēdicq

dicẽdiq; facultate poteſt aſſequi. Quod ſi quicquid è ſpi 12
rituſancto nõ eſt, id aduerſatur ſpirituiſancto, & ſi quic-
quid aduerſatur, reiſciendum eſt, cum Hieronymo au-
tore nulla interpretatio ſit è ſpiritu ſancto, qui non dubi-
tat & ſeptuaginta interpretum cellulas, ut mendacio con
ſtructas, ridere, reiſcienda eſt hæc interprætatio, quam
Leus ſolam uult eſſe ſacroſanctam. Iudex cum pronun-
tiat ſententiam, non pronunciat afflatu ſpirituſſancti, an
ideo protinus huius ſentẽtia aduerſatur ſpiritui ſancto?
Immo ſcriptores orthodoxi, frequenter inducunt inter-
pretationem alienam à ſententia eius, qui ſpiritus affla-
tu ſcripſit. Argumento eſt quod ſæpe pugnant inter ſe 13
quæ adferunt, an protinus aduerſatur ſpirituiſancto, q̃d
uir pius pro ſuo captu colligit è ſacris uerbis, etiamſi non
aſſequitur uerum ſenſum ſpirituſſancti? Præſertim cum
pium ſit quod adfert, quanuis non congruens ad eum lo
cum, congruens tamen ad bonos mores? Ad hæc ſi nul
la fides interpretationi uarianti, nulla fides erit enarra-
toribus ſacris, non infrequenter inter ſe diſſidentibus,
nulla fides Hieronymo, qui nonnunquam ſecum ipſe
diſſidet. Etiam atque etiã uide, te quæſo, lector, quibus
dialecticorum argutijs mecũ agit Leus, quibus laqueis
me captat. Mox, ceu rem adamantinis rationibus euici-
ſet, perorat ad hunc modum. Próinde poſteaquam inter
nos conuenit, nihil eſſe mutandum expendamus, an hic
locus in capite annotationum obnoxius ſit mutationi. 14
Obſecro te inter quos conuenit? an iſtiuſmodi friuolis
lemmatis cuiquam perſuaderi putat nihil eſſe mutãdum
in codicibus ſacris? Definire magis oportebat, quid eſ-
ſet mutare ſacram ſcripturam, ſi uoluiſſet uideri dialecti
cus, & eo cõſtituto, pferre Chryſippeas illas εἰσαγωγάς.
Verum hæc qualis qualis eſt diſputatio, quanq; ad hunc
locum nihil attinebat, tamen auxit annotationem per ſe

pusillam, aciciunam, quam in proximam editionem, & hunc annotaram locum, nec hunc solum, uerum & alios nonnullos, quos Leus non attingit. Hic ilico uociferabitur Leus me mendacem, & ingratum. Patiar, nisi producam testes, quibus ostendi locos, in contextu paucos, in annotationibus complures mea manu uel correctos, uel locupletatos, potissimum occasione paraphraseon multa diligentius excutienti. Porró quod ait Chry
15 sostomum consentire cum græcis codicibus, quod apud hunc quoq; reperiatur additum nomen Iesu, posthac nõ clamabit opinor quicquid discrepat in græcis uoluminibus à latinis, ab hæreticis fuisse deprauatũ, nisi forte Chry
16 sostomus hæreticam lectionem sequutus est. Si probat, quod Chrysostomus addiderit Iesu nomen, adimit fidẽ nostræ lectioni, Sin diffidit Chrysostomo, ne posthac urgeat me illius autoritate. Sed quo tandẽ argumento probat Leus, quod Chrysostomus legerit Iesu Christi? an qa sic habetur scriptum in codice? Quasi scribæ nõ subinde chartis illinant, non quod reperiunt in exemplari, sed quod impressum est memoriæ. Certe nullam coniecturam præbet interpretatio, unde queas diuinare, quod Chrysostomus addiderit nomẽ Iesu. De Christo, hoc est de Messia meminit, de Iesu nõ meminit. Vbi nũc est ille
17 cornutus syllogismus, quo me miserũ cõstringit. Si bene habent græca, cur omisisti? Sin male, perperã adderet & latinis. Quasi uero hocagat, ut siqd in græcis codicibus dissideat à nostris, protinus radantur latina. Iam qd sequtur non satis intelligo, Itaq; ex græcis libris, saltẽ hoc loco, ut ne simpliciter dicã, nisi ubi talis locus occurrit, corrũperentur potius, quã castigarentur exẽplaria latina. Si sentit de græcis deprauatis, cur addit, saltẽ hoc loco? an nõ quouis loco deprauarẽtur latini codices, si ad græcos deprauatos mutarent? Deinde qd sentit hic sermo, ut ne simplici-

simpliciter dicã, nisi ubi talis locus occurrit? Non possum refellere quod non intelligo. Et hic mihi tribuit eloquentiam ad inuidiam usq; mirabilem, cum ipse tãto dicat artificio, ut homo non omnino rudis Romani sermonis non 18
assequar. Sed opinor hic ad manum illi non fuisse, qui locis aliquot addidit nitorem, ac mundiciem, ut ipse uocat, Erasmicam, tametsi diuino Leum hoc sensisse, si in codicibus græcis occurrat locus incorruptus, qui in latinis codicibus sit deprauatus, recte in nostris emẽdari, quod uitiatum est. At ubi interim illa lex, quæ uetat quicquã immutari? Ad hæc quàm belle cõmentus est epitasim illam, hoc magis esse nefarium omitti, quo sacratius est nomen Iesu, quasi non multo sceleratius sit in literis sacris omitti pusillum aduerbiolum, non, aut addi non suo loco, quã nomen Iesu, quãuis sacrosanctum, aut quasi sit futurus multo excusatior, qui sciẽs omitteret nomẽ Herodis, aut Pilati, ut ne dicam in Christi uocabulo & Iesu nomen cõprehẽdi. Denicq; negat se uelle, ut libris latinis hic addatur nomẽ Iesu, cuius sacrosanctũ, quasi protinus hoc futurũ 19
esset, ni Leus fieri uetuisset. Hæc est illa lex, qua, sicuti testatur, ppetuo me stringet tota hac disputatiõe. At ista lex nõ minus urgebit interpretẽ hũc, cui Leus nihil nõ tribuit, q; me. Cõstat nouũ testamentũ græce scriptũ, & scriptũ afflatu diuini spũs, hoc mihi cũ Leo cõuenit, at interpres hic nõ paucis locis addit aliquid de suo, uel explicãdæ rei gra, uel coactus idiomate græci sermõis nõ respõdẽtis ad orationẽ latinã, uel animi gra. Cur ille nõ ueret iniuriã facere spiritui sãcto? Sed haꝛ nænia plus satis. Atq; his auibus feliciter auspicatus pgit ad reliqua, ad quæ priusq; respõdeã, uideor mihi meo iure facturus, qñ Leus usq; adeo 20
inclemẽter plumas suas á me reuellit, ut frequẽter auferat & neas, si uicissim hic in illo desyderẽ ingenuã animi gratitudinẽ. In schedula, quã ab Atẽsis scriba qdã intercepat,

prima

prima erat annotatio ex Chrysostomi lectione, Scribendum in Matthæo, Ad uirginem despõsatam uiro, cui nomen Ioseph, de domo & familia Dauid, atque hanc clausulam existimabat uæhementer pertinere ad explicãdam CHRISTI genealogiam. Verum hic errorem suum intellexit partim ex meo colloquio, partim ex annotationibus posteriores editionis, ac prudenter omisit, quod perperam scripserat, nec tamen agnoscit, cuius beneficio uitarit eum lapsum. Siquidem quod Chrysostomus inter
21 enarrandum retulerat, ex euangelio Lucę, Leus existimabat addendum in Matthæo, quem explicabat Chrysostomus. Fateatur oportet hic, quod addi uolebat, non esse in libris latinis, & eos non patitur à quoquam emendari. Græcorum codices omnes habet suspectos, & unde uolebat hoc addi, nisi ex græcorum codicibus? Sed nititur auctoritate Chrysostomi, quasi ego non passim nitar authoritate talium uirorũ. Postremo si fatetur alicubi deesse nostris uoluminibus, detrahit illis omnem auctoritatem, si modo recipimus ipsius ratiocinationem. Omisit & illam, quæ tum erat illi, ni fallor, quarta, in qua me notat, quod ita putarim rectius uertendum, noli timere adiungere tibi &c. quã noli timere accipere coniugem, quod accipere
22 coniugem Latinis dicatur, qui ducit uxorem, At Ioseph iam duxerat, & hic obiicit mihi Chrysostomũ latine uersũ, cũ ego loquar de proprietate uerbi græci παραλαβεῖν. atq; hac quoq; de re illum admonui. Quod si mihi tũ plures annotationes suas communicasset, fortasse lapsus esset in paucioribus, ac melius illi consuluissem inimicus, ut putat, quam ipse sibi nimium amicus consuluit, qui maluerit suæ pariter ac meæ famæ labem aspergere, quã utrisque bene consultum esse.

AD SE-

ANnotaram ex Hieronymi commẽtarijs, quos scripsit in Matthæum colligi, quod is legerit, Ecce uirgo in utero habet. Atq; hãc rem ita perplexe tractat Leus, ut existimem ipsum uix intellexisse quod scriberet. At ne multa repetendo nimium in his teram operæ, relege lector quæ congessimus huncin locum in editione posteriore. Obijcit mihi Chrysostomum, qui legat habebit, quasi istuc negem, aut quasi non idem legam ipse. Obijcit, quod alijs locis Hieronymus citet in utero habebit, quasi uero sit infrequens Hieronymo, uti uulgata lectione, quam tamen alibi reprobet, & fieri poterat, ut hic quoq; librarius pro habet scripserit habebit. Atq; hic mihi Leus citat uerba Hieronymi, quorum nulla erat mentio in schedis, quas habebat Atenlis, uidelicet ut lector ignarus arbitretur me hæc ex huius annotationibus addidisse in editione posteriore. Deinde ex Hieronymi uerbis colligit quædam ἀσυσατα, quibus ipse offensus etiã in priore editione reieci Hieronymianam annotationem. Habet, inquit, præsentis est temporis, quasi quisquam hoc ignoret, sed rem notat præteriti temporis, nempe concepisse. Cũ enim habere in utero nihil aliud sit græcis, quã esse grauidam, nec grauida dicitur, nisi quæ concepit, iccirco Hieronymus meminit temporis præteriti. Sed Leus ne pereat præteritum, uult legi habuit, quod id uerbum sit præteriti temporis. Eadem opera legere poterat habuerat, aut habuisset. Verum habuit nõ congruisset cum eo, quod sequitur, & pariet filium. Nam, si credimus Hieronymo, pphetiæ sermo partem alteram refert tanquã præteritam, alteram ueluti futuram. Iam uirgo est grauida, quæ suo tẽpore pariet, quod in utero gerit. Existimat autem Leus rẽ pulchre posse consistere, si omnia uerba mutentur in idẽ tempus, Virgo in utero habuit, peperit filium, & uocauerunt nomen eius Iesum. Negat eundem esse sensum, quo

Eodem. 1

2

3

ties mutatur tempus. Atqui hoc frequẽter fieri in prophe
4 tarum oraculis docet Hieronymus, cum & latinis uulgo uiciſſe dicantur, quos certum affirmamus uicturos, & periſſe, quos aſſeueramus perituros. Tẽpus diuerſum, ſed ſenſus idem. Tandem huic conſilio diffiſus Leus, decernit hunc locum in Hieronymi commentarijs eſſe ſubditiţium, eoque radendum, mecꝫ obiurgat, qui hoc neglexerim, cum in emendando Hieronymo uerſarer, quaſi ego totum Hieronymum emendandum ſuſceperim, etiamſi Amorbachijs adfui, ſiquando hærebant. Hic non hærebant, nec adfui ſemper Baſileæ. Denique quaſi nouũ eſſet, ſi in his etiam uoluminibus, quæ proprie mihi ſuſcepe
5 ram, reſediſſet aliquid mendarum, ut non dubito quin reſederit. Si ſubditiţium putat, cur iubet corrigi? Sed diſpũgi mauult, etiam nullis exemplaribus ſuffragantibus Leus ilico uult expungi in medijs Hieronymi commentarijs, ſiquid non ſatis approbat. Quanto ego modeſtius, qui ueritus mutilare commẽtarios, quos author agnoſcit, indicaui quid me offenderet. Quod ſi ſemper eſſet eradendum, quod in Hieronymi ſcriptis non probo, nemo me ferret cum mea nouacula. immo Leus ipſe falſarium clamitaret, qui tam ſacrum authorem mutilaſſem mea temeritate. Vides erudite lector, quanta ſit hic iocandi materia, ſi tam iniquus eſſem in Leum, quã ille in me, ac poſt ubi mihi reuellit plumas, demiratur quod adhuc perſiſtã in ſententia, uidelicet tam periculoſa, ſed in qua tandem
6 ſententia? An quod Hieronymus legiſſe uidetur habet, pro habebit? Id negari non poteſt, ac ne Leus quidem negat, At hoc eſt, quod nos annotauimus, & tamen ab Hieronymo diſſentimus, etiam in editione priore. Neque uideo, quid hinc gloriæ ſibi uenetur Leus. Fatetur, inquit, quod ego monui, hunc locum eſſe deprauatũ, quẽ utcunꝫ reſtituit, ut pro habebit legatur habet ſic. Euãgeliſta aũt quia non de futuro, ſed de præterito narrat hiſtoriam, mutauit acci-

tauit accipiam, & posuit habet. Qui enim habet, nequaq̃ accepturus est. Deinde subnectit uerba mea ex posteriore editione. Certe ex hac clausula. Qui enim habet, nequaq̃ 7
accepturus est. palam est Hieronymum legisse habet, nõ habebit. Mox Leus, sic commodius connectit locum. Obsecro quid hic admonuit Leus? an legendum esse, habet, in Hieronymo? Appello eos, penes quos iam menses aliquot fuit exemplar Leicarum annotationum, relegãt, & siquid huiusmodi compererint, credant Leum omnia uera dicere. Quid impudentius, immo quid dementius, cũ ex ipsa Lei annotatione, perspicuum sit Leum ex me didicisse, quod in Hieronymo haberetur, habet pro habebit, tamen in indice sui oblitus, fatetur, inquit, quod ego monui, hunc locum esse deprauatum. Hæc qui scribit, aut frontem non habuit, aut mentem non habuit, aut lectori non putauit ulli mentem fore. Rursus docuit me legendum esse habet, At in hac ipsa annotatione, quàm ex 8
cudit, conatur probare, non posse ferri uerbum præsentis temporis, & contendit legendum habebit. An hoc est admonere, in commentarijs esse legendum habet? Nec aliud dico in posteriore editione, quàm dictum erat in prima, sed quod illic paucis perstrinxeram, fretus ingenio lectoris, hic explanatius refero, iam expertus tantum uirum hac hallucinatum occasione. Si nesciebam in Hieronymi commentarijs scribendum esse habet, quorsum igitur attinent illa uerba mea prioris editionis. Cæterum diuus Hieronymus, hunc enarrans locum, legisse uidetur ἔχει præsentis temporis, non ἕξει futuri. Cur non admonebas, inquiet, loci deprauati? An hoc non est satis admo 9
nuisse, rem ocuus ostendisse? Nolebam esse inciuilis, in opus, quod tum nondum exierat in lucem. Porrò quod sensérim uerbo præsentis temporis, intelligi rẽ præteriti temporis, uel illa uerba declarãt, quæ mox subijcio,

quasi propheta ceu futurũ prædixerit, euangelista respexerit ad id, quod erat factum. Sed hic nõ approbat meam rationem, quum non usquequaq; sit idem, grauidã esse, & concepisse, quum concepisse dicatur, & quæ posuerit uterum. Atqui, quum de ea loqueris, quæ sit paritura, q̃d gestat in utero, prorsum idem est concepisse, & grauidam esse. Sed quin eodẽ lemmate reiecit hoc enthymema Hieronymi, Qui enim habet, nequaquã accepturus est. An quæ semel concepit, non est postea conceptura fœtum alterum? At commode inquies interpretandum, non conceptura est, quod iam concepit. At cur non æque commo
10 de interpretaris mea. Non arbitror hæc à Leo scripta serio, tãtum ulcisci me uoluit, qui, ut ait, prouocarim ipsum aliquando ad palæstram dialecticam. Scio rides iandudũ lector hasce pueriles nænias, sed his urgeor abijs, qui me faciunt incendiarium ecclesiæ Christi. Tandẽ pplexus, & æstuans inter has difficultates confugit ad euangelium hebraicum, quod ait male uersum à nescio quo, quũ mea sententia probabilius sit Matthæum Græce scripsisse, q̃ Hebraice, nec desint autores, qui putent hoc euangelium ab Ioanne euangelista uersum in linguam græcam. Sed à quocunq; uersum est, hactenus eam translationẽ approbauit ecclesia catholica. Quod si ea trãslatio caret fide, nec
11 est alia, unde habemus nostram trãslationem, uides mi lector, quid consequatur. Atqui Hieronymus in catalogo testatur se uidisse euangeliũ secundum Matthæum hebraice scriptum, cur igitur nusquã hinc petit præsidia, cũ frequenter hæreat in Matthæo? Si quid uidit, uidit euangelium Nazorꝫorꝫ, quod quidam uideri uolebãt ab ipso Matthæo conscriptum. Ex hoc subinde citat testimonia, cum ex altero nunq; uerbum adferat, alioqui uir in his rebus non incuriosus. Sed hac de re copiosius alias dicetur, quãdo ad hunc locum non admodum pertinet. Iam quod dissceptat de uocibus hebraicis, quæ sunt in prophetia, respõ

deat lo

deat Ioānes Oecolampadius, quo auctore hoc admiscui meis cōmentarijs, cui uno non paulo plus tribuo, & multis Leis. Ille quantus sit in linguarum peritia, testantur illius editæ lucubrationes. Hic nuper cœpit hebraissare, idq; nullo pene præceptore. Necq; est, quod clamitet me mihi uindicare laudem alienam, cum ingenue testatus sim, hac in parte me Theseo usum, etiam si in posteriore editione plæraq; āputauimus. Et quod in priore fuit admixtū, magis additum est in gratiam typographi, quā ex animi mei sententia, nam hoc agebatur illi, nequis facile posset æmulari, quod tum perpaucis essent hebraicæ formulæ. Hāc opinor annotationem nemo sibi uindicabit, cum sit germanissima Lei. 12

AD TERTIAM.

QVod Christus uetuit suos omnino iurare, quoniā ea dere uidebam sese torquere theologos, cum negari non possit alicubi iurasse apostolos, & hodie inter Christianos adeo receptum sit iusiurandum, ut nihil habeatur fere ratum, nisi interceserit iusiurandum. Iurat populus principi, Iurat princeps populo, Iurant sacerdotes episcopo, Iurant cardinales & episcopi Romano pōtifici. Hic igitur quatuor uijs quærebam exitum ex obiectionum laqueis, Primū, ut distinguamus personam, deinde causam, præterea cōsideremus sermonis tropum, postremo mentem, modūq; iurisiurandi. Quod ad personā attinet, Iudeis, ut imperfectis, permissum est iusiurādum. Christianis, ut perfectæ iustitiæ sectatoribus, īterdicitur. Quod ad causam pertinet, hoc est materiam & argumentum iurisiurandi, propono iusiurandū non esse uitandū in his, quæ pertinent ad gloriam Christi, ac negotiū pietatis, fideiq; Christianę, in rebus leuioribus nō item. Quod ad tropum orationis attinet, ostendo sermones huiusmodi non exigendos ad argutationē sophisticam, sed ad rei summā. Quemadmodū enim Christus cum prohibet, ne Matt. 5. A B

peram aut baculum circũferamus, non hoc agit, ut uidea
C tur euãgelij doctrinam uiolasse, qui baculũ aut peram cir
cũferat, quod citra culpam faciunt & ij, qui profitentur in
stitutũ apostolicum, sed ut liberet suos præcones ea solli-
citudine parandi cõmeatus, qua laborant hominũ legati.
Quod ad mẽtem modumq; iurisiurandi pertinet, etiamsi
hoc quartũ nõ est prorsus diuersum à superioribus, admo
neo Christum non simpliciter uetuisse, ne iuremus, sed ne
iuremus eo more, quo tum iurabat uulgus. Sic em̃ iura-
bant Iudæi, ut existimarent se non obligari ad præstanda
promissa, nisi iureiurãdo aut uoto essent obstricti, propte
rea, quod simplici mendacio nullam pœnã præscriberet
lex. Sic uetuit salutare quemq; in uia, sic uetuit dicescere,
D sic noluit nos resistere malo, sic noluit nos appellari magi
stros, aut patres in terris, atq; hic quoq; Leus miscet dia-
logismos. Nec satis cõmemini, nunquid respõderim. Ma
gis arbitror nihil esse responsum, sed hoc quod dicit me
respondisse desumptum ex posterioribus annotationbus
Verũ hac de re nihil pugno, tametsi stultum sit ea uocare
in seriam disputationem, quæ sic ex tempore notarim, ut
uix crederem eum cui uni scribebantur esse lecturũ. Fate-
tur Leus iusiurandũ esse tributũ infirmis. Infirmos autẽ,
ut opinor, uocat imperfectos. Cũ idem ego dicam, tamen
negat inter nos conuenire, quod perfectos separem à uul
go, immo perfectos separo à Iudæis. Atq; in eum sensum
E accipio illud. Si uis pfectus esse, uade & uende &c. Bonus
erat Iudæus, seruarat præscripta Moysi. Si uis, inquit, esse
meus discipulus, hoc est pfectus, me sequere. Ad omnes,
inquit, Leus Christianos pertinent Christi canones. Hoc
cũ illi nõ sint do naturæ theologoꝝ centuriæ, neq; uetero-
neq; recentioꝝ tamẽ ego largior, nõ quod oẽs Christiani
F perfecti sint, sed quod horꝝ professio, collata ad Iudæorũ
professionẽ sit perfecta, qui pro suis uiribus, adnitũtur ad
exemplar perfectũ, quod est Christus Iesus. Quod si Chri
stiano

stianos appellamus, quicũq; Christum profitentur, quis neget inter hos esse imperfectos, cũ sint & parricidæ? Vt ne commemorem, quod Lei sermo, secum ipse pugnat. Notat me, quod perfectos seperem à uulgo Christianorũ. Si Christiani suum habent uulgus, qui constat, ut non habeant imperfectos? Sed ad rem, Quod hic flagitium admissum est, si demonstraui rationes aliquot, fortasse non tam absurdas, quàm putat Leus, quibus huiusmodi difficultas possit dissolui? Sed illud impingit, quod reiecerim ueterum opiniones, idque colligit ex unica coniunctiuncula, uerum, quæ sit aduersatiua. Vt illi largiar esse uerũ, quod colligit ex illa uocula, Verum, qui minus mihi liceat alicubi, quod ipse sibi sumit Leus, quoties commodũ est? Nũc cum scripserim, uerum opinor, quid aliud, quã meam opinionem illorum opinionibus admisceo, quo lector eligat, quod maxime probet? Atque hic quoq; monet lectorem, me non ceciniſſe palinodiam, nimirum in re tã periculosa. Quæso te lector, quid fructus est, ad hũc modum puerilibus argutationibus conflictari. Atq; hæc nisi scripsisset Leus, religio Christiana uergebat in extremum periculum. G

AD QVARTAM

IN calce precationis dominicæ, græci codices addunt hanc Coronidem, quoniam tuum est regnum, & potentia, & gloria in sæcula sæculorum. Eam admoneo mihi uideri sic additam ex solenni more cultus ecclesiastici, quomodo apud latinos in clausula psalmorum accinitur Gloria patri, præsertim cum nullus interpretũ attingat hanc clausulã, præter Theophylactũ Bulgariẽsem episcopum. At Leus obijcit Chrysostomũ interpretari, atq; ita cõperi in uulgatis codicibus, quos illius nomĩe legimus. Alioqui quicquid fere apud græcos habetur commentariorum in scripturam sacram, Chrysostomo tribuitur. Adeo uidetur huius nomen apud illos fuisse plausibile. Matt. 6. A

Feruntur

Feruntur autem huius commentarij in Matthæum adeo
diuersi, ut aliquoties ex diametro pugnent inter sese. Præ
terea quid me risit, si quis studiosus, quod putaret deesse
in Chrysostomo, adiecit aliunde, quemadmodũ eximius
B theologus Iodocus Clichtoueus, qđ hiabat in Cyrilli cõ-
mentarijs, quos edidit in Ioannem, sarsit ex Augustino?
Postremo demus Chrysostomũ interpretari uoluisse, qđ
haberet solẽnis usus ecclesiæ, non continuo docet hãc esse
partem dominicæ precationis, non magis, quam si quis
enarrato psalmo, nonnihil etiam commentetur in uersus
duos adiectitios, Gloria patri &c. Verum quid tãdẽ hoc
loco sibi uult Leus? Placet addi, an non placet? Si non pla
cet, mecum sentit. Si placet, cũ non possit addi nisi ex græ
cis exemplaribus, his, inquam, quibus utũtur hodie græ
ci, ubi est, quod alibi uetat nostros codices ad græcorum
exemplaria corrigi? Atq; adeo si libet cauillari, si uult ad-
C di, & nos addimus in contextu. Si non placet addi, demõ-
strauimus non addendum in annotationibus. Hieronymus non est dubium quin consuluerit græcos codices, &
Leus uideri uult hanc editionem ab Hieronymo fuisse ca
stigatam, & tamen is ne in commentarijs quidem memi-
nit huius coronidis, nequid loquar de Cypriano, qui pe-
culiarem libellum huic precationi dicauit. Admonet nos
Leus esse tolerabilius, si quis per imprudẽtiam subtrahat
aliquid è sacris uoluminibus, quam si quis addat. Quod si
Leus utrobiq; ponat imprudentiam, non uideo quid in-
terfit, alioqui cur ante tantopere stomachabatur, omissũ
esse Iesu nomen? Deniq; laudat hic me, qui tantum tribuã
D authoritati sanctorum, & ecclesiæ catholicæ. Vtinam, in-
quit, idem semper feciſſes, sic non toties mutasses lectio-
nem ecclesiasticam, uix impero stomacho meo. Quid? an
ego usquàm negligo authoritatem ecclesiæ, aut sanctorũ?
an usquam muto lectionem ecclesiasticam? qui palam te
stor, me mihi nihil tale sumere, sed totam eam prouinciã
relinquere

relinquere primatibus ecclesiæ. Nõ hic querat quod rursus impingit mihi schedas meas, nunquã à me relictas, quibus si uult esse pondus, proferat uicissim, & ipse suas schedas rudes, ac puras putas, quas postea locupletauit leporibus, ac myrothecijs rhetorum, quas elimauit, quas ad amussim absoluit. Arrodit obiter & hoc, q̃d theophylactum appellarim abbreuiatorem Chrysostomi, cum in nonnullis à Chrysostomo dissentiat. Quasi Florus ideo non scripserit epitomen, in Titi Liuij historiã, quod aliquid addiderit de suo. Atq; hanc rem tãti momenti, pollicetur sese alibi annotaturum. Minus, inquit, est periculi in detrahendo, quã in addendo. At non hic discrimen facit lex Deuteronomij, aut Apocalypsis, qua me stringit, Ea nec addi uult, nec adimi quicquã. Deniq; Hieronymus, cum tam multa mutaret in uetere pariter, ac nouo testamento, an nõ deferebat autoritati ecclesiasticæ? Ego quod muto in priuata lectione, non uolo quicquã habere põderis, nisi cõprobet ecclesiastica autoritas. Iam Leonis iudiciũ habemus, an id nihil ualebit, nisi subscribat Leus? Et contemnere uidebor autoritatem ecclesiasticã, nisi ad huius regulam scripsero, quicquid scribo? Tales annotationes scribit, qui tanto supercilio contemnit Erasmum, nihil illi tribuens præter eloquentiam, sibi sumẽs eruditionem, & acumen ingenij. B F

AD QVINTVM.

NOtas, inquit Leus, euangelistam, quod aliquanto coactius adduxerit autoritatẽ ex Hesaia. Imò notandi uerbum, Lei est, non meum. Siquidem hic idem ago, quod agit Chrysostomus excusans Matthæũ, q̃d prophetæ locũ nonnihil deflexerit ad suũ negotiũ, quodq; illic dictum est de passione Christi, deque sublatis hominũ peccatis, hic accõmodet, ad ægrotos sanatos. Sed idem, inquit Leus, facit reuerentius multo Hieronymus. Quasi uero dictũ sit irreuerẽter, aliquãto coactius Mat. 8. A

Hieronymus inquit, ſiquid tale inciderit, tribuit autoritati apoſtolicæ, quaſi ipſe non idem faciã, qui non ob aliud hoc admonui, quàm ne lector offenderetur citatione Matthei. At Hieronymus non ueretur de Paulo dicere, quod fortuitum occurſum in ſcriptionis, torſerit in argumentum fidei, quod teſtimonia ſcripturarũ, apud illum pugnant, quæ ſuis locis non pugnant. Non ueretur excutere teſtimonia euangeliſtarũ, quæ citant ex teſtamẽto ueteri. Non puto, inquit Leus coactius locutum, cuius ſpiritu ille ſcripſit, quaſi totus diuinæ ſcripturæ ſermo, non ad noſtrũ captũ ubiq; balbutiat. Quaſi Chriſtus ipſe nõ multa dicat oblique, nõ multa diſſimulanter, non quædam etiam ironice, uidelicet ſermonẽ ſuum attemperãs ad affectus eorũ, quibus tum loquebatur. Paulus habet conſilium, quod nõ habet à domino, habet domini præceptum, quod ipſe non exegi? Et miramur ſi euãgeliſta, prophetæ ſermonem ad rem ſuam accõmodat? Et tamẽ hoc ipſum bis diminui, Habet eñ mitigationem aliquã, primũ comparatiuũ ipſum coactius, nec eo cõtentus adjcio paulo. Poſtremo quod dico coactius, nõ refertur ad mentem ſpiritus, ſed ad ſermonis ſuperficiẽ, unde mira libertate ſubinde deflectit Paulus, ut alicubi uideri poſſit uiolentior, At non diſcedit interim à conſilio diuini ſpiritus. Iam in indice nõ recipit Leus meam moderationẽ, qui mutarim, nonnihil deflexit ad ſuum negociũ, ſi deflectere, inquit, eſt aliquouſq; errare, nõ recta ire, planẽ temerariũ fuerit de euãgeliſtis ſentire, quod deflexerint. Quis ſic interpretatus eſt deflectendi uerbum? Quoties Chriſtus ſermonem aliorum, ad alterius ſermonis occaſionem deflectit, uelut in colloquio cum muliere Samaritana, de commõſtrata templi ſtructura, De oſtenſo Cæſaris nomiſmate? Quomodo tuebimur Paulum qui titulum aræ torſit in argumentum prædicandi Chriſtum?

AD SEXTAM.

AD

AD sextam illius annotationem, non est cur respõ-
deam, Cum inter nos nulla sit controuersia. Cum Matt. 9
mihi Basileæ primum ederetur hoc opus, suppe- A
ditatum est nobis è Bibliotheca prædicatorum uolumen
græcum homiliarum Chrysostomi titulo, in Matthæũ,
sed imperfectum. Ex eo quamdiu suppetebat, quædam
annotauimus, in quibus & hoc, quòd cum noster inter-
pres legisse uideretur, ἰδὼν quandoquidem uertit, Vi-
dens autem Iesus, admonui in eo uolumine scriptum fu-
isse εἰδὼς id est cum sciret Iesus, uerbo nonnihil immuta B
to, sensu manente qui fuerat. Id cum indicassem in scho-
lijs, sequor tamen, quod in græcis uoluminibus cum no
stra lectione congruebat, præsertim cum eos commenta
rios suspicarer falso inscribi Chrysostomo, cui apud græ
cos nihil propè non inscribitur. Atque hac quidem in re
mihi subscribit Leus. Quid igitur annotauit, aut quid à
me mutatum uoluit? Quandoquidem hunc locum recẽ-
set, inter eos in quibus noluerim παλινῳδεῖν homo peri
culose pertinax. Nam uerto, quemadmodum nos legi-
mus. An id nefas est, uerbo admonuisse fuisse codicem,
in quo haberet εἰδὼς. Iam quod scribit in nonũ Matthæi
Capitulũ non haberi Chrysostomũ latinũ, aut non intel
ligo qd dicat, aut demiror quos oculos, quosue codices
habeat Leus, cum ego reperiã huius enarrationem in no
num caput, quẽadmodum & in cætera, in qbus tamẽ in-
terpres uerterit, uidens, quid græce legerit incertũ. Porrò
quod sequitur apud Leũ, multo minus intelligo. Ait in C
indice, sibi titulũ, quẽ mihi fateor fuisse suspectum, hoc
nomine, sibi magis etiã suspectum esse, quod interpres
Chrysostomi Capitulum hoc omiserit, quod consenta-
neum est non fuisse omissurum, si ullus codex Græcus,
quo is utebat habuisset. Nã nihil dubito habuisse illũ di-
uersa exẽplaria græca, quũ interptaret. Vt demus omis-
sum ab interprete caput, quod ipsa res me tacẽte refellit.

Quid? an interpres habuit omnia græcorũ exemplaria? Sed finge illum habuisse centum, non potuit unum habere, quod in centum non habebatur? Præterea quẽ titulum habet suspectũ Leus? græci codicis, cum nõ uidit, Et cur habet suspectum? An quod interpres nõ uerterit quintũ caput, Imo hoc minus debuit esse suspectus liber ille, quod non fuerit hac parte mutilus, Sed ille liber græcus, ideo mihi fuit suspectus, quod uideret̃ alius ab hoc quẽ nos habemus latinũ. Nec eruditione copiaq; ac stilo uideretur respondere. At mirum est hic Leum meo iudicio subscribere, quod alias nõ solet. Sed placuit illi, quicquid officeret meæ sententiæ, non admodum dissimilis illi mulierculæ, de qua fertur fabula uulgaris, quæ cũ iterum atq; iterum iuberetur, sese interim accedens ab ripa subducere, non desijt abire in tergum, donec in torrẽtem collapsa periret. Quod meũ fatum, ut cogar huiusmodi deliramẽtis respõdere. At quæ frõs, hæc scribentis orbi, hæc scribentis in Erasmũ, hæc pertrahentis ad Christianæ fidei periculum.

AD VII.

Matt. 13.

SEptima annotatio nihil pertinet ad emendationem noui testamenti, Tantum moueram scrupulum lectori, cum apud hebræos fratres dicantur, non solum quibus sint communes parentes, uerum etiam qui sint eiusdem familiæ aut etiam gentis ac tribus, qua quidem in re diuus Hieronymus elegãter irrisérit insciti am ac stuporem Heluidij, qui quod in euangelio legisset fratres Iesu, putarit Mariam semper uirginem, post editum Iesum, alios sustulisse liberos ex Ioseph, demiror, cur idẽ Hieronymus hunc enarrans locum, scripserit, Miraris si errant in fratribus, cum errent in patre? Nam in patre tota errabant uia, suspicantes Iesum uulgari more genitum ex complexu Ioseph & Mariæ. Sed illud disquiro, quomodo errarint in fratribus cum nihil uetuerit eos esse cognatione

B

gnatione coniunctos Iesu. Necꝫ em̃ Iudæi sic existimabant Iesum filium Ioseph, quẽadmodũ narrat Euangelista Lucas. Alioqui non errassent in patre, quod ait Hieronymus. Hunc nodum ita dissoluit Leus, ut dicat, quẽadmodum Ioseph falso putabatur pater Iesu natura. Ita Iacobum, Ioseph, Simonẽ & Iudam falso creditos natura fratres Iesu. Quod si Leus natura uocat fratres cognatione cõiunctos, nihil uetat hos natura fuisse fratres Iesu. Atcꝫ C
hic nihil asseuero, tantũ obiter inqrendum propono. Sed Leus non contentus mihi impingere, quæ sic obiter annotaui, obijcit & ea quæ fortasse plusquã ex tẽpore notaram in schedis illius. Quasi uero sit mihi reddenda ratio omnium quæ quocũcꝫ modo notant. Finge me nonnihil annotare in margine codicis mei, quod mihi præbeat occasionem dispiciendi, num cõtinuo compellar tueri? Si Leus suas schædas quales tũ erant euulgasset, erant autẽ percꝫ ieiunæ, tamẽ à me posceret iniquũ, Cum ille suã p
ocium scripsisset, ego aliud agens ex tẽpore non scribẽ sed notarem. Quod si illi erat in animo ea refellere cur tũ temporis nõ refellebat. Cur nunc demũ iam bis edito uolumine, meas nænias profert? suas occultat? Quod tum D
scripsi, litem adhuc esse sub iudice an Maria & Ioseph fuerint eiusdem familiæ, nihil aliud sensi; quã hac de re nõdum satis cõuenire inter Lyranũ & Paulum Burgensem, inter Iacobũ fabrum & alios quosdã. Nec desunt qui diluant argumentũ legis, uetãtis iungi matrimonio, tribu disiunctos, cum demõstrent ex historijs, ob bella, ob demigrationes, sæpe cõfusas fuisse familias. Quod si possit E
obtineri Ioseph & Mariã diuersæ tribus fuisse, nõ difficile fuerit explicare difficultatẽ, quomodo errarint in fra tribus. Necꝫ me fugit Iudæis fratres dici, qui sint eiusdẽ tribus, cũ hi quocꝫ fratres dicant̃ ijsdẽ, qui diuersæ sunt tribus, modo generis Iudaici. Sed hoc in loco nõ est ueri simile Iudæos de longinqua, uehementercꝫ generali co-

gnatione sensisse, cum ex fratribus & sororibus æstimẽt Christum, quẽadmodum & ex parentibus. Notat & hũc locum tanquã à me relictum, & addit me nõdum sentire, Ioseph affinitatem ad Christum ptinere. Sentio posse atti nere, sed quæro an adeo ptineat, ut propinqua cognatione fratres dicti sint Iudæis, qui cum de Ioseph cognatiõe perperam senserint, uerisimile est, & de fratrum nomine perperam sensisse. Verum hæc ad uiuum excutere, nec tum erat huius instituti, neq; nũc est animus, præsertim cum sit ἀπροσδιόνυσον.

AD VIII.

Matt. xvi. ADmonueram Petrum aduersantem Christo, totidem uerbis repulsum, quibus ante reppulerat diabolum. Imò eodem uocabulo compellatũ Satan. Quod admonui uerũ est. Nam ita constanter habetur in græcis codicibus. Sic legitur in exẽplari Corsendocensi, A sic in Paulino, sic in hoc, quod ex uetustissimis exẽplaribus ediderũt fratres Amorbachij, sic in eo, quod nũc frequẽtissime est in manibus ex editiõe Ioãnis Petri Langedorfij, ac Ioãnis Frobenij. Quid Leus in suis legerit nescio. Nec est quod hic in me stomachetur, quasi dixerim ipsum cẽcutire, quod in illius opinor scheda notaram, in oñibus sic haberi, etiam in antiquis. Siquidem quoties ita loquimur, utiq; loquimur de his exẽplaribus quæ nobis contigerit uidere. Fateor hoc deberi Leo, quod Origenis locũ inspexerim, qui fortasse me fugisset, fortassis & ille occurrisset inter tam multos, quos nullo monitore adiecimus. Hoc laudis nõ inuidemus Leo, si ita uidetur. Quin & hoc illi debetur, quod cũ in editione priore scripsissem, totidem uerbis repulsum Petrum, quibus ante repulsus fuisset satanas, in posteriore adiecerim aduerbiũ penè, quo cauillationẽ excluderem, etiã si totidẽ uerbis dicitur, quod penè ijsdem dicit. Hanc igitur plumulam, si uidebit Leus sibi uindicet. Porrò quod Leus nõ contẽtus dixisse

tus dixisse totidem uerbis, addit, Et ijsdem plus mihi tribuit, quam ego scripserim. Deinde quod Leus semel atq; iterum huius lectionis mentionem faciens recitat, retro me, quid sibi uelit nescio, neque enim hic sermo mihi unquam lectus est, nec à me refertur. Et hactenus sane mihi satis conuenit cum Leo. Cæterum in hoc nondum est mihi placatus, quod in posteriore editione subiecerim, mihi non uideri multum referre, utrum dicas ὀπίσω an ὀπίσωμου, cum alterum sit repellentis à se, alterum inuitantis ad obsequium. Sciebam hæc admonuisse Origenem, qui solet in huiusmodi minutijs nõ infeliciter philosophari. Verum hic lubens rogarim Leum, utrum referat si exiturus dicat famulo, sequere, an sequere me. Tantũdem opinor referet, an dicas ὀπίσω an ὀπίσωμου. nisi sentire malumus diabolum esse iussum, non abire post tergum Christi, sed retrocedere, hoc est in tergum suum abire. Neque protinus qui iubetur post tergum nostrum abire, iubetur sequi nos. Sed is desinit nobis in faciem obsistere, quem repulsum à tergo relinquimus. Cur autem potius offendat nos hic additum pronomen me, quam ipsum satanæ uocabulum, quod Petro tribuit Christus, commune cum diabolo. Cum igitur nec in græcorum, nec in latinorũ codicibus constanter habeatur, quod annotauit Origenes, alicubi duobus uerbis admonui, mihi uideri festiuam & elegantem quidem argutiam esse, quod genus multas reperire licet, tum apud Ambrosium, tũ apud Hieronymũ. quæ cum in commentatione suam habeant gratiam, in seria excussaq; disputatione non essent habitura pondus, & tamen faueo annotationi Origenicæ. Neq; quicquã immutandum censeo in nostris exemplaribus. Cæterum qñ nullũ adhuc græcum exẽplar reperi, quod Origenis annotationem obseruet, nolui dissentire ab eo, quod uertendum susceperam. Si mihi non fidit Leus, uel Aldinam cõsulat editionem, cuius nulli non est copia.

C

D

AD IX

Eodem. A Vscitat mihi tragœdiam, quod ἀντάλλαγμα, quod interpres uertit cõmutationem, ego monuerim uertendum in eundem sensum, sed explanatius. Quid dabit homo, quo redimat animã suam, ac uociferatur me temere mutasse lectionem ecclesiasticam, cũ Hieronymus neget se ausum mutare uerbum clarificandi receptum, cum δοξάζειν magis sonet glorificare. Primũ quãdo desinet mihi Leus calumniose impingere, quod mutẽ ecclesiasticã lectionem, cum eam nõ attigerim? Postremo sic ubiq; insulcit suam ecclesiasticam lectionem, quasi græci non habeant, aut habuerint magis etiam ecclesiasticam. Deinde non uidet aliud esse Hieronymi negotium, aliud meum. Ille nouam lectionẽ inuehebat ecclesijs, ego cubiculis dũ B taxat, ac museis. Ad hæc quæ religio hic habuerit Hieronymum nescio, certe nõ nullis in locis audet dicere in hac lectione, quã Leus appellat ecclesiasticam, redũdare quædam, uelut in eo loco, Quis irascitur fratri suo sine causa, monet, sine causa additum esse à nobis, non scriptum ab euangelista. In ueteris instrumenti libris, quã multa mutauit, quæ tum dissidebant ab ecclesiastica lectione? Quã uero deridet cucurbitarios illos deos in Africa, qui ob uoculam mutatam in Iona seditionem excitarãt? Septuagin ta interpretatio olim erat ecclesiastica lectio, & tamẽ hãc libere damnat Hieronymus, & alicubi mẽdacium appellat. Quod sicubi Hieronymus non ausus est mutare uocem receptam, nihil aliud mouit uirũ, quàm nequid nouitas offenderet uulgus indoctum. Nam id tẽporis opifices etiam latine sciebant, at nunc eius periculi nullus est C metus. Doctis hæc scribuntur, & constat ecclesiæ sua lectio, & constabit per me quidem. Hęc nihil ad populum, nisi quod seditiosi quidam hæc stultissime uociferantur apud imperitam multitudinem, in cuius stultitia summũ illis præsidium esse solet, si quem uelint ulcisci. Postremo

quæ pru-

quæ prudentia fuisset, cum suasu doctorum hominum D
illud suscepissemus, ut nouum testamẽtum liberum à so-
lœcismis, quantum liceret, inoffensum legi posset, ab ijs
quibus placet sermonis integritas, si prudentes etiam ser
monis uicia ueriti fuissemus mutare? Quod olim sic uer-
tit interpres, id imperitæ plebi tributum est, cum Euãge-
lium legeret ab omnibus idiotis, ab agricolis ad stiuam
decantaretur, à coriarijs in officina, à mulierculis in tex-
trinis, ob linguam omnibus utcunq; cõmunem. Propter
hos, & apud hos Augustinus mauult offum dici, corru-
pte, quã os, bene Latine. Nunc hic dies alios mores, aliã
uitam postulat. At uide quã belle probet Leus non fuisse
mutãdum uerbum cõmutationis. Legitur, inquit, in cõ-
mentarijs Origenis, interprete Hieronymo. Legitur in
eiusdem cõmentarijs, quos scripsit in Oseę prophetam. E
Si toties me uocabit inius Leus, & ecclesiasticæ lectiõis
uiolatæ reum aget, quoties secus uerto, quã legit Hiero-
nymus, ingens uolumen annotationũ illi nascetur. Sed
has minutias, cum sint innumeræ, iussit dare locum, sic
enim ille loquitur, ne lectorẽ remorentur. Addit aliud ar
gumẽtum. Hieronymus, inquit, in cõmentarijs, quibus
explicat Amos prophetam, dicit ἀντάλλαγμα significare
pretium. Quid ego audio? Si ἀντάλλαγμα significat pre-
cium, ideo uertendum erit cõmutatio? an cõmutatio lati
nis sonat preciũ? At quanto nos melius uertimus ad Hie F
ronymi sententiam, qui transtulimus hunc in modum.
Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat ani
mã suam? Iam scire uellẽ, qd secut⁹ Leus ex ἀντάλλαγμα
fecerit ἄλλαγμα? An hic nõ ueritus est legem Apocalyp
sis? An hic uolet sibi patrocinari, uel suã, uel typographo
rum incuriam, quã mihi nusquã uult esse præsidio. Equi
dem audirẽ, nisi tam subinde impingeret. Atq; hic quoq;
notor in illius indice, qui rem tam periculosam non mu
tarim, præsertim monitus à Leo.

ANnotaram nec in græcis exemplaribus, nec in latinis emendatioribus inueniri, quod ipse esset Iesus Christus, sed tantum quod ipse esset Christus. Hic Leus, ut memini, submonuit apud Origenem addi
A præsertim in cõmendando. Atq; ita rem habere ex parte comperi. Cum tamẽ sæpius nõ addatur, eodem in loco. Verũ huiusmodi multa solet librarius è sua memoria addere. Certe ex interpretatione Origenis non deprehenditur illum addidisse Iesus. Hic Leus in indice suo reiicit etiam, quod addiderã in posteriore editione, pronomẽ αὐτὸς obstare, quo minus addi possit Iesus existimans pulchre consistere, si sermo referatur ad euãgelistam narrantem, non ad Christum. Si Leus mihi donat hic αὐτὸς esse pronomen uel demonstratiuũ uel relatiuũ, quid aliud fuerit dicere, quoniã ipse Iesus esset Christus quã Iesus
B Iesus esset Christus. Perinde ac si qs ante loquutus de Petro subiicíat, rogaui ut eum abduceres, num addi uellet, ut eum Petrũ abduceres? Nam prorsus αὐτὸς nominis uice positum est. Nisi cõtendimus hoc loco αὐτὸς discernẽdi uim habere, ut intelligamus hunc Iesum discretũ à cæteris. Quod quã sit durum, ultro uides lector. Itaq; nihilo mollior est sermo, siue ad Christũ præcipientem referat, siue ad Euaãgelistam narrantẽ. Porrò quod adiicio de sermonis ordine, aut belle dissimulat Leus, aut nõ intellexit. Nam ut recte dicimus, necui dicas quod Petrus est fur, ita non recte dicat, necui dicas quod est Petrus fur. Leus
C arbitratur utrũq; posse legi, qm̃ ipse Iesus esset Christus, non ita, quoniã ipse esset Iesus Christus. Primũ si q̃d posterius est nõ legitur, quomodo cõstabit utrunq;? Deinde cũ mihi præscribat Leus nequid mutem ad græcorũ codicũ exemplar, qua fronte sibi sumit, ut nullius autoritate fretus, secus legat, quàm habeat ecclesiastica lectio? Habet eñ ad hũc modum, quia ipse esset Iesus Christus.

Sed rixari

Sed rixari non libet. Illud admonebo lectorem, in editione Aldina græce legi, quemadmodum nostri codices habent, an recte nescio.

AD XI.

DE niue & lumine, non est nobis cõtrouersia, cũ & in priore editione fatear, Hieronymũ & Chrysostomũ interpretari, sicut nix. Leus addit ex Origene utrũq; reperiri, sed apud diuersos, ut opinor euangelistas. Quod cum ipse non negem, quid annotauit aduersum me Leus? aut quid est quod hic laudẽ sibi uindicet? Matt. 17. A

AD XII.

ADduodecimã annotationẽ in præsentia nihil respõdeo, q̃d existimem cõmodius esse lectori, si res omnis unico in loco transigat, etiãsi iam alias & in annotatiõibus, & in epistola ad Iacobũ Hochstratũ uideor satis adduxisse dũtaxat ad hoc, ut ab hac calũnia liberer. Diuortio nõ faueo, sed perpetuę copulę, nec reuello morem & constitutionẽ ecclesiæ catholicæ, his de rebus nulla est inter nos cõtrouersia, tantũ hoc inqro collatis argumẽtis, an ex autoritate principũ ecclesiæ, & ex causis idoneis, possint dirimi coniuges cũ animarũ suarũ pernicie cohærentes, sic ut utriq; liberũ sit alteri iũgi matrimonio. Et an in hanc partẽ possint accõmodare sensũ aplici sermonis. Hoc satis esse uisum est interim admonuisse lectorẽ, ne quid suspicetur grauius. Cætera suo reddemus loco, declaraturi tragœdiam quã mihi suscitat Leus de matrimonio, nihil esse nisi fumos. Matt. 19. A

AD XIII.

IN hoc apud Matthæum loco. Verebuntur forte filium meum, annotaram, nec in græcis exemplaribus nec in latinis uetustioribus, addi forte, nec addi in editione Basiliensi postrema, quę simul nobis dedit omnes lucubrationes Hieronymianas. Hactenus certe nihil mẽtitus sum. Sed demõstrat Leus oculatissimus ex ipsa Hieronymi interpretatione, addendũ esse aduerbium forte Matt. 21. A

In quo ſane nondum illi refragor, fingat me tum, ut ſit in
eo tumultu parum attẽte locum eum inſpexiſſe. Non eſ-
ſet tamen, quod uel mihi, uel Amerbachijs, falſarij crimẽ
impingat. Neq; em̃ illi in hac editione ſequuti ſunt trãſla
tionem meam, ſed fidem uetuſtiſſimorũ exemplarium.
B Imò pars ea Hieronymi fuerat excuſa, antequã noſtra in
ſtituerentur. Et fieri poterat, ut quod illic Hieronymus,
aut alius quiſpiam addidit, forte, ſi tamen additum eſſet,
ex euangelio Lucæ adiecerit, ubi certum eſt addi τὸ ὡσωσ. Et
quod illic cõſtat additum hic addi poterat. At ne quis ex-
iſtimet hæc me de cribro, quod aiũt, diuinare, Origenes
tanto diligentior his in rebus, quã fuerit Chryſoſtomus,
& quidẽ in eo opere, de quo nulla eſt dubitatio, quin ſit
Origenis, hunc Matthæi locum enarrans, tota enarratio
ne palam declarat, ſe legiſſe iuxta noſtram annotationẽ,
homilia. xix. mouens huiuſmodi queſtionẽ. Quum pa-
terfamilias, qui patris typum gerit, dixerit, uerebuntur fi
lium meum, & exitus doceat illos non fuiſſe reueritos,
apparet deum ignoraſſe, quid eſſet futurũ. Sed præſtat,
C opinor, ipſius Origenis uerba ſubſcribere. Nouiſſime
miſit filium ſuum dicens. Reuerebuntur filium meum.
Quæres autem quomodo deus mittens filiũ ſuum dicit,
reuerebuntur filium meũ, quaſi qui nõ præſciebat, quod
ei fuerat euenturum. Nec em̃ uidentur ſecũdum textum
præſentem Iudæi reueriti eum. & inuenitur in hoc deus
neſciſſe futurum. Sed dicere aliud eſſe factum impiũ eſt.
Iterum dicere quoniã reueriti ſunt eum coloni, falſum eſt
Sed ut rem in pauca cõferam, ita ſoluit hunc nodum Ori
genes, ut dicat, id quod dictum eſt in genere. Reuerebũ-
tur filium meũ, conſtare, propterea q̃d aliqui, qui Chri-
ſtum amplexi ſunt, non illũ occiderunt, ſed reueriti ſunt.
Iam cum toties hæc uerba repetantur Origeni diſſerẽti,
tamẽ ſemper omittit forte. Proinde nec quæſtio Orige-
nis cõſtabit, ſi addas forte, nec caſu factum uideri poteſt,
quod per-

quod perpetuo non additur. Cum igitur negari non poſ-
ſit, Origenem pro nobis facere, quid reſpondebimus ad
Hieronymi ſcholium, qui loquitur de ambigendo, ac tẽ
perata ſententia? Quid quod eleganter defendi poſſit, &
Hieronymũ idem legiſſe quod legit Origenes? Nam ſæ-
penumero dicimus hoc futurũ, de quo nobis bona ſpes E
eſt. Ita deprecamur pro uapulaturis, Ignoſce, poſthac erit
bonæ frugi. Ad eum modum cũ deus præſciret Iudæos
interfecturos filium ſuum, tamẽ ita loquitur, quaſi ſpes
eſſet fore, ut reuerĩti filium reſipiſcerent. Nec iſta tempe-
ratura ſermonis pendet à forte aduerbio, ſed ab ipſo euẽ
tu. Diſſimulabat enim more hominũ loquens, ſcire ſe, qd
eſſet euenturum, ut illis relinqueret occaſionẽ reſipiſcen
di, ſi uellent. Quod ſi non facerẽt, intelligerent ſe ſuopte
uicio perire, non culpa patriſſamilias. Iam clamet Leus
hoc quod afferimus eſſe ſomniũ, niſi perpetuo Hierony
mus legit, uerebuntur filium meum, quẽadmodum legit
Origenes, cui tribuit ille plurimũ. Quid quod Hierony-
mus ſimiliter ingreditur hanc quæſtionẽ, ut Origenes.
Porrò, inquit, quod iungit, uerebuntur filiũ meum, non F
de ignorantia uenit. Quid enim neſciat paterfamilias, qui
hoc loco deus pater intelligitur. Vides hoc offendi Hiero
nymũ, qd ſecus euenit, quã deus euẽturũ prędixerit. Sed
apertius pro nobis facit, quod legitur eodẽ in loco. Inter
rogemus Arrium & Eunomiũ, ecce pater dicitur ignora
re, & ſententiam temperat, & quantũ in uobis eſt, proba
tur eſſe mentitus. Si legiſſet Hieronymus, forte reuerebũ
tur filium meum, potuiſſet uideri inſcius futuri deus, mẽ
titus uideri non poterat. Nam qui ſic loquitur cras fortaſ
ſe rex appellet, ſi non appulerit, nemini dicetur mẽtitus,
cum nihil certi pronunciarit. Quid eſt igitur temperare
ſententiam? Relinquere locum reſipiſcẽtiæ, dum ſermo-
ne ſuo, ueluti ſpem aliquã ſibi reliquam eſſe ſignificat.
Et qui ſpem præ ſe fert, nonne uidetur ambigẽti ſimilis. G

Quanquã hoc uidetur huc accõmodatum ex prophetía, quã adducit Chryſoſtomus, & ante hunc Origenes. Siquidem ad hunc ſermonem deflexit ex eo quod præceſſerat. Sed ſemper ambigere dicitur deus, ut libera uoluntas homini reſeruetur. Quo quidem loco, pro ſemper cõtenderim eſſe legendum ſæpe. Neq; em̃ ubiq; ſic in ſcripturis loquit̃ deus, ſed multis in locis, hominibus humano more loquitur, nunc minitãs ni reſipiſcant, nunc pœnitens, nũc miſereſcẽs, nunc addubitãs, nunc ſperãs, nũc
H deſperãs, cum horum affectuũ nihil competat in deum. Hæc cum per ſe clariſſima ſint, ubinam ſuperciliũ Lei, ubi procacitas, qua me cęcutientem facit, qua neſcio quẽ nouum falſarium nobis obijcit, qua nobis cum autoritate denunciat, ut & in cõmentarijs Hieronymi, & in Latino contextu, & in græcis exemplaribus locum hunc falſatũ reſtituamus. Quid hoc homine confidentius? Cum græcorũ codices conſentiant, cum uetuſti codices cõſentiant cũ græcis, cũ ſic legat Hieronymus, & interpretet̃, cum ſic legat Origenes & interp̃tetur, poſtulat Leus, ut
I ipſius autoritatem ſecuti, radamus & græcos, & latinos codices. Nam Aldina quoq; editio cõſentit cum exẽplaribus, quæ uidere cõtigit. Et quis tandẽ fuit ille falſarius, qui ſimul hæc oñia potuerit corrũpere? Codices manu ſcriptos, græcos pariter & latinos, exemplar quod ſecutus eſt Badius, in Origene, exẽplar quod ſecutus in operibus Hieronymi typographus Venetus, caſtigatore monacho quodam, nec indocto, necindiligenti. Exemplaria puetuſta, quæ ſecuti ſunt fratres Amerbachij, ſpectatiſſimæ fidei iuuenes, neq; quicquã minus, quam falſarij. Próinde uiciſſim Leo denũcio, ut huius annotatiõis ſuæ canat palinodiã, nec pergat quod recte ſcriptum eſt magnoq; conſenſu comprobatũ, ſua temeritate corrũpere. At pro Leo facit Chryſoſtomus, homilia. lxix. Eſto, ſed unus, & hac ſane in parte non paulo leuior autor, quàm Origenes.

Origenes. Quanquam & hoc fieri potest, ut Chrysosto- K
mus illud forte aliunde huc repetiuerit, quemadmodum
enarrans Matthæum, è Luca rettulit, de domo & familia
Dauid, quod apud Matthæum non erat. Hic rursus des-
dero frontem in Leo, qui mihi nunc obijcit in his anno-
tationibus, quas uult uideri plusquam serias, quod tũ ex
tempore notaui, non alij quam ipsi. Atque ex his contexit
dialogos, arbitratu suo, & locupletat causam suam, ac re-
spondet serio. Atqui tum oportuit idem feciſſe, cum opus
esset in manibus. Quod si feciſſet, fortasse persuasus illius
argumentis mutassem, hoc est corrupissem aliquam par-
tem huius annotationis meæ. Fingat, si uelit, esse uerum,
quod falsissimum esse demonstraui, tamen in contextu
mutare, non est instituti mei, nisi continga t exemplar q̃d
sequar. Neque enim profiteor emendatorem græcorum
codicum, sed interpretem, & aliquoties ea uerto, quæ nõ
probo. Atque id ut citra periculum fiat, adiectæ sunt no-
stræ annotationes, quibus admoneo quid sentiam de le-
ctione græcorum. Illud mihi cogita lector, quã male con-
gruat tam supercilioſa procacitas tam insigni cæcutiẽtiæ.

AD XIIII.

AD. xiiij, non opinor operæpretium ut respondeã,
cum ipse Leus consultis hebræorum libris, pedi-
bus discedat in meam sentẽtiam, etiam si piguit de-
lere, quod male scripserat. Verum utcunq; habẽt hebræi, A
utcunq; interpretatur, aut uertit Hieronymus, negari nõ
potest apud græcos sic haberi, ut annoto. Quid legerit
Chrysostomus non est in promptu iudicare, cum græci
codicis non sit copia. Qui latine uertit, ita reddidit, ut nos
uulgo legimus. Nec satis liquet ex interpretatione, utrũ
legerit τοῦτο, an αὕτη, Mihi subolet ad lapidem angula-
rem rettuliſſe, qui duas inter se maxime dissidentes popu-
los in eandem religionẽ coagmẽtarit, quando ita scribit.

Et ut ui-

Et ut uideant nihil horum deo esse aduersum, sed ualde ac
B ceptum atq; gratum, mirabile præterea, stupor isq; plenũ
à domino istud factum esse, subiũxit, Lapidem &c. Hæc
& quæ sequuntur si conferas & expendas lector, uidebis
Chrysostomũ de lapide loqui, quamuis interpres, aut for
tassis scriba sequutus suam memoriam, lectionem pertur-
barit. Subindicat enim doctores Iudæorum uoluisse ædi-
ficare, sed absq; lapide Christo, qui connecteret utrũq; po
pulum. Certe Origenes, à domino factum est istud, refert
ad caput, Homilia. xix.

AD XV.

Mat. 25
A PRimũ hoc mihi conuenit cũ Leo uelit nolit, in libris
græcorum, sane quos ego uiderim nõ haberi hoc lo
co mentionem sponsæ. Si Leus alicubi uidit, profe-
rat exemplar suum. Ac ne in latinis quidem ullis, ubi cla-
more excitantur ad occurrendũ sponsõ. Conuenit in cõ-
mentarijs Hieronymi, quibus hunc explicat locum nihil
esse, unde deprehendas illum legisse sponso & sponsæ. Idẽ
fateatur oportet, de canone diui Hilarij. Sed gloriatur se
se mihi digito demonstrasse in commẽtarijs Origenis, &
Chrysostomi. Et ò me cæcum, qui ne id quidem uideam,
quod ille monstrator tantus ostendit digito, quasi nõ idẽ
officij nonnunq; præstet, & famulus meus mihi. Quid Le
us legat aut mõstret in suis codicibus nescio. Certe in Chry
sostomo meo ex gemina editione Basiliẽsi, nec in cõtextu
qui præfertur, habetur sponsæ mentio, nec in cõmentario
B quicq; est, unde colligas eum legisse, sponso & sponsæ. Si
libet explorare fidem meam lector, excute Homiliam in
xxv. caput Matthæi. lxxix. Ne uestigium quidem reperi-
es, unde colligas eum legisse sponso & sponsæ. In cõtextu
qui præfertur, scriptum est. Quæ accipientes lampades su
as, sponso obuiam exierunt. Rursus in commẽtario. Spõ
so aũt tardante, conniuerunt omnes & dormiebant. Ac
mox. Quid porrò tubæ uolunt, quid clamore illo dicere?

Sponsus

Sponſus uenit. Quemadmodũ uides hic nullam fieri ſpõ
ſæ mentionem, ita nec reperies uſquàm in interpretatio-
ne. Vnde nactus eſt igitur Leus, quod citat ex Chryſoſto
mo? Erat Leo codex ex officina Aldina, in quo multa in
erant, ut ante dixi, quæ cum hac editione prorſus ex dia- C
metro pugnabant. Certe in Homilia quæ nobis eſt. liſ. ni
hil huiuſmodi legitur. Quãquàm nec in his quæ Leus re-
fert, quicquàm uideo, unde conuincat Chryſoſtomum in
euangelica parabola legiſſe nomen ſponſæ. Siquis agat
cõtentioſius, nam fieri poteſt, ut Chryſoſtomus aut quiſ-
quis ille fuit ſic ſponſæ mentionem adiecerit, quemadmo
dum fecit Origenes. Perinde quaſi ex nomine patris ad-
miſceas & filij mentionẽ. Nec tamen memini, quod hũc D
locum indicarit in Chryſoſtomo, De Origene memini, q
tamen illi non admodum patrocinatur. Primũ em in hoc
nobiſcum conſentit, quod cum exorto clamore uocantur
ad occurſum, ſponſi tantum fit mentio. Deinde, cum pri-
mũ Origenes mentionem facit ſponſæ, ita facit, ut qui oc
currunt ſponſo, eum deducant ad ſponſam eccleſiam, Ex
altero loco quo ſcribit, obuiam eundum eſſe ſponſo uer-
bo, & eccleſiæ immaculatæ, nõ docemur in euãgelio ſpõ
ſæ factam eſſe mentionem, ſiquidem ſponſus non eſt, ni-
ſi ſponſam habeat, & unum ex altero colligitur. Quod ſi
intelligimus ſponſam aliquouſq; occurriſſe ſponſo ſuo ue E
nienti, ac uiciſſim ſponſi comites occurriſſe cum eo ſpon
ſæ, quãquàm ſenſus non eſt abſurdus, tamen nõ eſt quod
urgeat nos, ut credamus eſſe ſcriptum ab euangeliſta, id
quod contendit Leus. Nec tamen odioſe reclamo. Si qs
addat ſponſæ. Iam cum mihi non fuerit addendũ ſponſæ
nomen, niſi repperiſſem in aliquo codice græco, tamẽ Le
us indignatur, quod non addiderim de meo, propter unũ
locum quẽ habet in codice ſuo, cum ad hanc rem mihi nec
Hieronymus, nec Hilarius, nec Chryſoſtomus, immo
nec Origenes ſuffragetur. Hic rurſus impĩgit mihi, quod

opinor ascripserim illius schedis, Imò contrarium est. Vide quantum est periculi cum hoc familiariter agere.

RESPONSIO AD ANNOTATIONES Lei in Marcum aduersus Erasmum.

AD PRIMAM. i. XVI.

Mar. 2. A Hic rursus impingit mihi quæ notarã in schedis ipsius, plusquã extempore, quasi res ea fuisset acta coram notarijs ac testibus, Intantum amat mecũ miscere dialogismos. Atq; in cæteris mecum haud quaquã pugnat, tantũ hoc male habet hominem, quod in ambiguo reliquerim, an lapsu memoriæ nomen pro nomine posuerit Euangelista. Ea uerba mutaui in posteriore editione, monitus ab eximio theologo Martino Dorpio, priusquã Leus mihi de facie notus esset. Et mutaui, non q̃d impie dictũ arbitrarer, sed quod maluerim amoliri occasionem offendiculi. Cur eĩ alioquí uererer id dícere, q̃d diuus Hieronymus non ueritus est scribere in cõmentarijs, quibus explicat quintum Micheæ caput. Eius uerba subscribam. Quod inquit testimonium, nec hebraico, nec septuaginta interpretibus conuenire, me quoque tacente perspicuum est. Item paulo post. Sũt autem qui asserant in omnibus penè testimonijs, quæ de ueteri testamento sumũtur, istiusmodi esse errorem, ut aut ordo mutetur aut uerba, & interdũ sensus quoq; ipse diuersus sit, uel apostolis uel euangelistis, non ex libro carpentibus testimonia, sed memoriæ credentibus, quæ nonnunquã fallitur. Hactenus Hieronymus. Quod siquis obijciat, hæc alieno nomine referri Hieronymo, fateor uerũ esse, sed si hanc sententiã impiam ac blasphemã iudicasset, clara uoce respuisset uir sanctissimus. Verũ hac de re respondimus, & alias in annotationibus posterioris editionis, & in epistola ad Ioãnem Eckium. Illinc petat lector siqd hic desyderat. Et tamen magis faueo sententiæ illorum, qui memo-

qui memoriæ lapsum prorsus adimũt Apostolis & Euãgelistis, quã qui alicubi tribuunt, præsertim in scriptis.

AD XVII.

Cognoscens uirtutem quæ de illo exierat.

AD hanc annotationem Lei, non opinor opus ut re Mar. 5.
spondeam, cum ipse fateatur se deceptum intellectu sermonis mei, quem queritur ancipitem esse. A
At non fuisset, si priusquã carperet nostra, cõtulisset græca, quæ illic adfero, cum uulgata lectione, quæ habet, de illo, pro ex sese. Deinde non turbasset eum uerbum non ferendi, quasi significarẽ aliquid impie dictum de Christo, cum sic ingressus sim annotationẽ. Quæso quod hoc sermonis dedecus? non obscure declarãs, me nihil aliud reprehendere quàm uitium sermonis, quod tametsi nouum non est in hoc interprete, tamen insignem soloecismum uisum est annotare, nequis calũniaretur me temere mutasse. Atq; hac ex re uide quantam excitet tragœdiam, Ecclesiam inquit catholicã hactenus legisse, nullo repugnãte nec admonente, quod ferendum nõ est de Christo, quis audeat dicere, O supercilium, Si quis ad hũc modum loquatur de Christo. Christus regnit unum cum patrem per omnes sæculos, nonne clamares sermonem, nõ ferendum, & tamen de Christo, Deus addidit de suo, cũ nihil huiusmodi sit in uerbis meis. Hic quoniã non multum erat Leo, quod de re diceret, fabulis & cauillis nihil ad rem pertinentibus, explet pagellas, ne nimium breuis esset annotatio. Multa commemorat de suo erga me studio atq; etiam officio, decq; mea ingratitudine, & nescio quã tertiam admonitionem adfert, cũ ille post schedas illas nunq; uel uerbo monuerit qcquã, imò summo studio celarit qd reprehẽderet. Atqui cũ has annotatiões appellet ueteres, cur hic meminit minarũ, quarũ nullã unq; cœpit suspitionẽ nisi ex epistola nuper edita, quanquã eam suspitionem, ni fallor, fingit magis quã habet. Proinde B C

quãdo ueteribus noua connexuit, rectius appellare debu
it παλαιονέαν. Quã uero nõ tempestiuũ cauillũ, Parturis-
se montes, natum esse ridiculũ murem, An ideo sum illi
mons parturiẽs si ille auidus carpẽdi ex meis uerbis par-
intellectis, atrocẽ hausit suspicionẽ? Iam cũ meo respõso,
quod eius opinor schedis addiderã, discussserim suspicio-
nẽ Lei, cur nõ deleuit hoc è suo libello, nisi quod maluit
eũ abundare superfluis, quã exilem uideri. Immo quũ fa-
teatur lapsum suum, cur non moderatus est atrocia dicta,
D quæ præcedunt, quod pro tantis officijs nihil reponã gra
tiæ, præter calũnias, minas, ac publicas infamationes, ut
non queat satis mirari usq; adeo oblitum Christianæ tum
modestiæ, tum ciuilitatis. Hæc contio fortassis alibi locũ
reperisset, hic certe non erat illi locus, ubi fatetur se sine
causa reprehẽdisse. Ac uide quæso lector, quã hic quoq;
sui similis est, quum effugere nõ posset, quin agnosceret
lapsum suum, quem tamen nõ animaduertisset, nisi me
ingerente, Cæterum, inquit, iam paucis tractemus hunc
locum. Cur non potius dixit retractemus hunc locum.
E Si nũc incipit tractare, quid igitur tot uerbis antehac est
actum? Qui tam magnifice loquitur, ubi lapsus est, quid
faciet sicubi res feliciter cesserit? At ita fatetur lapsum, ut
culpam tamen in me cõferat. Debebas, inquit, aliqua ra-
tione lectorem commonere, qua dignosci posset, de illo,
poni materialiter. Sed qua ratione Leo placet hoc fieri?
Cur à me exigit, quod nec à doctis obseruatur, & ab ipso
nondum erat hæc lata lex? An me uolebat addere Arabi
cam opinor uocem, Ly? aut Græcum articulum? Nam
duas Lunulas, quas ille constanter obseruat, nõ in hunc
F solum usum adhibent literati. Sed finge certam esse apud
scriptores huius rei notã, meq; neglexisse fretũ ingenio
lectoris, quid erat piaculi? Nec emĩsta scribimus elemen
tarijs, neq; caudicibus. Scribimus eruditis, certe huma-
no præditis ingenio, non asinis. Vellicat & illud ex sche-
da mea,

da mea, in qua puto notaram, nihil ad rem facere argutí-
as dialecticas, quum ego agerem cum grãmaticis, de cõ-
muni usu loquendi. At Leus nõ uult ad hunc usum exigi
sermonem interpretis, cum sit plærunq; ineptus. Si fate-
tur sermonem interpretis frequenter ineptum esse, cur
mihi succenset, quod eum alicubi corrigam, quũ hoc ne-
gocij suscepissem? Sin sensit usum Grammaticorum esse G
ineptum (nam Lei sermo prorsus est anceps) agat cum
grãmaticis, qui multo aliud profitentur, nempe recte lo-
quendi rationẽ, nisi forte Leus nõ existimat aliud esse re-
cte loqui, quã inepte loqui. Atq; hic testatur, se mihi pro-
picium esse factum, hoc tantũ in me desyderat, quod ad-
huc maneam penes eam partem (sic enim ille loquitur)
quæ uelit elicere, aliquã uirtutem Christo esse incognitã,
ex uerbis euangelistæ male redditis ab interprete. Obij-
cit illud, Nouit dominus, qui sunt eius. Nõ statim, inqt,
sequitur eum non nosse, qui non sunt ipsius. Imò hoc ma
xime sequitur. Quẽadmodum em̃ dominus quodãmodo
nouit suos, quo modo nõ nouit impios, ita quosdam ali- H
quo modo nescit, quo modo nouit alios, quum legamus
Nescio uos, & contra Nouit dominus q sint ipsius. Atq;
adeo nos, qui dicimur esse polũ, qui est ad septentrionẽ,
intelligimur iuxta sensum cõmunem, non nosse polum
australinum. Et qui dixit pecuniam in hũc aut illum colla-
tam periisse, significat in alios collocatã nõ periisse. At po
test, inquit fieri, ut & illa perierit. Quasi uero hic argute-
mur cum sophistis, ac nõ potius de populari sermone lo
quamur, quo scripta sunt euangelia. Postremo sibi uindi
cat laudem, quod in posteriore editione uerbulis tribus
adiectis rem effecerim magis perspicuam, ne quis ad eũ
dem lapidem impingeret, ad quem impegerat Leus. Me
mẽto lector, hoc quoq; deberi Leo, Sed interim nostri te
misereat, qui cogar in huiusmodi nænijs refellendis ope I
ram sumere, quæ ne legi quidẽ possint, absq; summa nau

sea. Et tamen hunc locum in quo nihil agitur, nisi de sarciendo sermonis incõmodo, uide quam odiose recenset in suo illo sæditioso indice. Conatur, inquit, elicere hæresim ex loco, ut ille putat, male reddito ab interprete, sed frustra. AD XVIII.

Quid inter uos conquiritis.

Mar. 9. A

HIc cum ostendam quid legant græci, & quid legisse uideatur interpres, ego uerbulo notaui, qd pharisæi de resurrectione mortuorũ disceptarent, cum discipulis ac turba, nescio quẽ secutus autorẽ, sed ut conijcio theophylactum. Nam in præsentia liber ad manũ non est, Leus mauult referre ad id quod sequit, de dęmoniaco. Qua quidem in re non uideo cur sit nobis digladiandum. Nam ut ex his quæ sequuntur conijci potest, ita nõ potest euinci, quando legimus pharisæos disputasse cum discipulis, nec hos tamen respõdisse Iesu, sed è turba quempiã. Porrò pharisæi resurrectionẽ mortuorũ asserebant. AD XIX.

Erunt duo in carne una.

Mar. 10 A

CVm alias abunde demõstrarim, tum ex græcis interpretibus, tum ex ipso etiam Hieronymo legendũ esse. Erũt duo in carnẽ unam, nõ in carne una, ut iuxta ꝓprietatẽ sermonis Hæbraici intelligamus ꝑ cõiugium, & arctissimã matrimonij copulam, quæ constat magis animorũ ꝯiunctione, quã corporũ, uelut è duobus hominibus unũ fieri, noto quosdã imperitos, qui decepti uicia ta lectione, locum hunc putant ad coitũ proprie pertinere, atq; horum interpretationẽ sordidam uoco, hoc est humilem atq; abiectam, parumq; dignã sensu diuino. Hic mihi Leus, nescio ꝙs Marcionistas ꝓducit, qui senserint oẽm coitum esse spurcũ. Obsecro te lector, qd est, si hæc non est calumnia? An cum sordidas curas dicimus, humiliores significantes, ueluti rei familiaris, num spurcas intelligimus? Nonne sordidiora negocia famulis aut

lis aut sordidioribus hominibus delegamus? Nonne sordidum apparatũ dicimus impendio frugalem, parumq; nitidum? Nonne sordidatos uocamus, qui lugubri, aut simplici, & incompto uestitu utuntur? Nonne rhetores notant sordida uocabula fugienda, quæ tamen multum absunt ab obscœnitate? Nonne sordent munera illi, qui B
ea habet uilia contẽptaq; ? Vide quantũ periculum sit agere cum his, qui Latine nesciunt, qui sæpe postulant, ut ob ipsorum insciti am blasphemiæ, aut hæreseos insimulemur. Atq; ita nisi loquũtur latini, tum me Leus Marcionitis, si uolet, copulet. Sic enim loquitur, Nam & ipsi coitum coniũgalem putauerunt esse turpẽ. Quid sibi uult C
& ipsi, nisi me sentire idẽ, quod sentiũt Marcionitæ? An hic uoluit præstare Leus, quod in præfatione sua pollicitus est, se in alienis libris sycophantam uelle agere? Quã honorifice sentiã de matrimonio, testatur mea declamatio, quàm olim scripsi, nuper edidi, quæ nonnullis theologis hoc nomine uehemẽter displicuit, quod uideretur plus æquo tribuere matrimonio. Nonne sensus historicus humilis est, collatus ad anagogen? Neq; tamẽ continuo spurcus est. Panem nostrũ, si tantũ ad uictum corporis referas, nõne humilis ac sordida sit interpretatio. Nõ D
nego coitum coniugalem esse licitũ, habet tamẽ humile quiddam, & si fas est dicere, sordidũ quiddam, si ad rerũ sacratiorũ puritatem cõferatur. Alioqui cur in ueteri testameto, abstinebant ab uxorũ congressu, qui sacris operabãtur? Et cur habere uasa pura dicuntur, qui à coitu tẽperarunt? Cur sanctus Gregorius uult aliquantisper abstinere ab ingressu templi, nec nisi lotum ingredi, qui cum uxore rem habuerit? Cur eadem de causa diuus Ambrosius scribit matrimoniũ ius ademptum sacerdotibus? Cur ueteres illi, quorum est & Augustinus, uolebant sacratioribus diebus ab uxoris usu temperari. Postremo ut potest cũ uxore congredi maritus absq; culpa,

ita raro

ita raro fit ſine culpa, ni fallor, nonnunquã etiam grauiſſi
E ma. Ne quid adferam ẽ ſcholis theologorum, in quibus
adhuc diſputant, an poſſit coitus ſimpliciter abſq; pecca-
to conſiſtere. Et tamen non memini, Hieronymũ, cuius
autoritate me premit, aut alium quenquã hunc locũ inter
pretari de coitu, ſed de cõiunctione corporum & animo
rum. An iuxta dei ſermonem marítus & uxor non ſunt
una caro, niſi cum coeunt? An hæc uerba non quadrant
F in Ioſeph & Mariam, qui citra coitum, & corporibus &
animis fuere coniunctiſſimi? Corporibus ob indiuiduã
uitæ cõſuetudinem, animis ob mutuam charitatem. Ait
Leus Hieronymũ in commẽtarijs quos ſcripſit in epiſto
lam ad Epheſios, iuxta uulgatam editionẽ legere in car-
ne una, non in carnem unam, uidelicet quia ſic habeatur
in libris excuſis. At ex ipſo ſermonis tenore, nihil tale col
ligitur. Sed donemus Hieronymũ illic legere in carne u-
na, num continuo ſentit de coitu dictũ? Quos igit taxas?
inquiet. Taxo ſtultitiam quorundã imperitorum, qui ſo
lent huc hæc uerba detorquere, non ſine ſpecie ſenſus pa
rum pudici. Nec alio ſenſu dictum putant in una carne,
quam legum tabulæ dicunt, mẽbra in membris habens,
G ſentientes uirum in adulterio deprehenſum. Ne quid in-
terim arguter, quos unum corpus eſſe uolumus, non di-
ci in uno eſſe corpore, quemadmodum inſigniter cõcor-
des unam animã dicimus, non in una anima, ita quorũ
eſt arctiſſima affinitas, una caro dici poſſunt, in una car-
ne eſſe non recte dicantur. Non pergam excutere quod
hic Leus παρέργως adfert ex Hieronymo, nihil eſſe fœdũ
oratione, quod re fœdum nõ ſit. At quis ferat hominem,
qui de coitu loquens coniugali, partes omnes ſuis appel-
let uocabulis, & quicquid marítus nudus agit cum uxo-
re nuda nudis uerbis explicet? Atq; huius ſane rei me pu
det exemplum ponere. Quid quod quædam uocabula
cum idem ſignificent quod honeſta, tamẽ habentur ob-
ſcœna?

scœna? Natura muliebris honeste dicit, cunnus nõ ite. Matthæus cum intelligi uolens coitum uxoris ac mariti, dixit, priusquã conuenirent, an non maluit uerecunde significare, quod alijs uerbis parum pudenter explicasset? Et Paulus cum ait, reuertimini in idipsum, nonne uerecunde tectecq; coitum significauit? Si illa cõiunctio inquit, Leus sordida non est, curtibi ea interpretatio sordida uidetur? Primũ si interpretationem appellat interpretantis, hoc est interpretãdi modum, potest esse sordida, cum res ipsa sordida nõ sit. Veluti siquis de summo principe sordidis uerbis loquatur. Imò sordide laudaret principem, qui nihil attingens de bonis animi, nihil aliud in eo prædicaret, nisi quod esset procero robustoq; corpore, quod bene concoqueret, quod dextre luderet pila, q̃d magnifice cultus esset, Ita sordide interpretantur laudatam illam ore diuino coniugũ copulam, qui totam æstimant ab infima portione. His me tueri poteram, etiamsi quid tale sensissem. Nunc ostendi, quid senserim cum illa scriberem. Hunc quoq; locum Leus recenset, inter eos, quos reliquerim incorrectos, cum existimarem illi satisfactum, præsertim obticescenti. H

AD XX.

Dictum à Daniele propheta.

ERat cur suspicarer, prophetæ nomen additum, q̃d & alibi factum ostendi, Verum hic admisi Lei consilium. Nec enim libet cauillari, potuisse fieri, ut aliquis hoc adiecerit in Origene, nec tamen asseuerabam esse additum, necq; quicquã immutaui de lectione. Postremo siue fuisset additum ab Euangelista siue nõ additum, nihil erat periculi, ne hic sibi magnopere plaudat Leus. Mar. 13. A

AD XXI.

ARrodit quod scribo Marcũ nihil aliud scripsisse, quã Compendium euangelij secũdum Matthæũ, cum in Marco quædã sint à Mattheo diuersa. An Mar. 14. A

ideo Florus aliud scripsit quã compendium historiæ Liuianæ, quod in eo quædam reperiantur quæ in Tito Liuio non sunt? Cur autẽ mihi non liceat dicere, quod ante me scripsit Augustinus? Et sciebam, atq; id Leo tũ fassus sum esse quædam in Marco, quæ Matthæus nõ haberet. Neq; pauca loca faciũt, ut cõpendium non sit cõpendiũ.

AD XXII.

Mar. 5. A ANnotaram in græco codice, pro eo quod nos legimus oẽm ueritatem, haberi scriptum πᾶσαν ἀιτίαν id est omnem causam. Cũ tamen in contextu consentiam cum uulgata lectione. Quid aliud hinc colliget Leus, quam cum primũ hoc annotabam, sic habuisse libros quibus utebar. Post ubi reperi in his quos nacti sumus in Brabantia ac Basileæ, malui consentire cũ nostris exemplaribus. Sed inquiet. Cur id non annotabas? Quasi uero in tanta turba, non quædam suffugiant quantum uis uigilantem, nec erat hic quicquam periculi. Quis eẽ diuinare posset exoriturum Leum, qui ex huiusmodi nugis strueret seriam calumniam tanq; opimã gloriæ messem demeteret?

AD XXIII.

Mar. 8. A EAdem ratione diluendum est, quod obiicit annotationibus xxiij. xxiiij. xxv. xxvi. xxvij. xxviij. xxix. Atque in his ita loquitur, quasi in hoc negotio sim unicum sequutus exemplar, quod ille uult uideri fuisse deprauatissimũ, nihilomagis fauens codici meo, quàm mihi. Ac subinde in suis indicibus impingit mihi suspitionem quasi finxerim esse in codice meo, quod nõ fuerit.

IN LVCAM.

AD XXX.

Luc. 2. A ANnotaram in oẽibus græcis codicibus, quos uel Vallæ uel mihi uidere contigit, pro eo quod nos legimus bonæ uoluntatis, scriptum esse εὐδοκία. id est bo-

id est bona uolũtas. Mirari tamẽ me, q̃d huius rei nulla fieret mẽtio, nec apud Hieronymũ, nec apd̃ Ambrosiũ, quoꝝ uterq; græce norit, satis indicans mihi nõ satis pbari græcorum lectionem. Atque hic mecum rixatur Leus, addere debueras, inquit, istam lectionem apud neminem prorsus interpretum inueniri. Sed qua fronte uult me hoc dicere, cum me tester apud Theophylactum ita dixisse. Nec dubito quin possit & apud alios reperiri, si cui sit græce bibliothecæ locupletioris copia. In homiliarum quæ Origenis titulo feruntur in Lucam. xiij. hæc particula bonæ uoluntatis, relinquitur inexplicata, neque deest B coniectura qua diuinemus, illum græcorum more distinxisse, quemadmodum annotatiõe proxima docebimus. Addit Epiphonema. Miror quod tantopere fidis græcis exemplaribus tuis, quæ habent quæ nullus ueterum legit, nec interpretat. Primũ mea uocat exẽplaria, quę uult uideri mẽdosa quasi meis duntaxat codicibus sim usus, aut quod in meis habetur, non idem sit in aliorum exemplaribus. Postremo dicit à nemine legi, quod interpretatur Theophylactus, scriptor nõ adeo recens neq; malus. C Atq; in indice suo notat, q̃d nõ emendarim græcos codices, quasi hoc suscepерim, præsertim ubi cõsentiunt oẽs. Mox admonet lectorẽ me fateri, sic esse apud Origenẽ & Chrysostomũ, ut ipse citat, ne laudis hoc illi pereat. Quãta glorię parsimonia, Dicas Euclionẽ quempiã esse Plautinũ. Quid aũt si doceo illum Chrysostomi & Origenis testimonio nihil agere aduersum me? Primũ enim græcos codices ille non legit. Nec obscurũ est, quam multa mutãt interpretes ex sua memoria, aut ex alterius loci lectione. Sed plura bibliographi. Qd̃ si demonstro Origenis interpretationẽ atq; item Chrysostomi, nõ pugnare cũ hac græcoꝝ lectiõe, ubi tũ erit Leitriũphus? Pricipio q̃d habet primus liber Origenis aduersus Celsũ, nisi q̃d obiter citat hunc ex Luca locum, Gloria in excelsis deo, D

& in terra pax hominibus bonæ uolũtatis, Cæterum cũ nihil sit in toto sermonis progressu, quod arguat Origenem secus legisse quã nos legimus, & interpres huius libri, palã sit malæ fidei, utpote neq; græci, neq; latini sermonis admodum peritus, postremo cum utrum legatur bonæ uoluntatis, an bona uolũtas, nihil referat, ad id q̃d illic agit Origenes, non uideo cur ex hoc loco sibi tanto pere plaudat Leus. Porró quæ sit homilia Chrysostomi secunda, in cap. Matt. secundũ, uiderit ipse. In meis codi
E cibus nihil reperio tale. Cæterum locus quem adducit ex homilia Chrysostomi. xxxv. de natiuitate Christi, clare demõstrat illũ legisse in hominibus, quẽ admodũ hodie græci legũt, at cõnectit penultimã sermonis partẽ cum ultima, cũ ait. In terra pax, in q̃bus pax? in hominibus. Et quare gentiles pacẽ non habẽt? quare Iudæi pacẽ non habẽt? Ideo adiecit, pax in hominibus bonæ uoluntatis, hoc est q̃ suscipiũt natum Chr̃m. Ex his nõ liquet aperte,
F q̃d græce legerit Chrysostomus, cũ eadẽ interp̃tatio quadret, incolumi græcorũ lectione. Nam quod separet aliquo silentio partem penultimã ab ultima, quodq; eã opponat primæ, palam est ex his quæ præcedunt eodem in loco. Si cotidie, inquit, in cœlo ruinæ sunt, quomodo in cœlo gloria est, & in terra pax poscitur? Videte quid dicitur, in cœlis gloria, ubi nulla dissensio est. In terra pax, ubi bella cotidie. Deinde quod sequitur, in hominibus bona uoluntas (ponamus enim sic illum legisse) connectit cum superiore particula, uelut hæc addita sit ad illam explicandam. Cæterum Hieronymus exponens Hesaię caput secundum, quid aliud, quàm in transcursu citat hunc ex Luca locum, nullum addens argumentũ, unde certũ colligi possit, quid legerit. Sed hic protinus alio laqueo me stringit Leus, in posteriore editione fateris sic interG pretari Origenem & Chrysostomũ, quemadmodũ ego cito. Debebat igitur & hoc annotare Leus, quod ipsi stulte credi-

te crediderim, non attentius excussis locis, idq; pollíceor me in tertia editione mutaturum. Quanquã ego non tueor pertinaciter græcorum lectionẽ, & facillimus est lapsus in εὐδοκία & εὐδοκίας. Certe ad sensum minimum refert. Nam postea quã hæc esset primũ excusa, reperi in cõmentarijs Chrysostomi, quos scripsit in epistolã ad Colossenses, enarrans hunc Pauli locum siue quæ in terra, siue quæ in cœlis, legit quẽadmodũ hodie græci legunt ipsius uerba subscribam διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦντες λέγομεν δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ. καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, ἰδοὺ φασι, καὶ ἄνθρωποι ἐφάνησαν εὐαρεστοῦντες λοιπόν, τί ἐστιν εὐδοκία; καταλλαγή, οὐκ ἔτι μέτοιχόν ἐστιν, ὁ οὐρανός. hic si est, ut titulus certe testatur Chrysostomi, legit nobiscum εὐδοκία, & ad deũ refert, ut intelligamus illius gratuitam beneuolentiam nobis fuisse saluti. Verum quum in hoc nobiscum faciat duobus locis Origenes, & uno Chrysostomus, quod iuxta græcos codices legit, in homilijs, consentaneum est illum & in cæteris consentire. Nec dubito, quin hoc certis argumentis euicturus sim, ubi continget græcorum uoluminum copia. Postremo quum sensus eodem tendat, quorsum attinebat hic tam atrocem suscitare tragœdiam? Quis enim nõ arbitretur subesse magnum periculũ, qui legat, quæ statim in ipso operis limine ingerit lectori. Quiddam, inquiẽs, haberi in omnibus græcis exemplaribus istius temporis, secus quã ecclesia Romana legit, quod nullus ueterũ interpretum, nec græcorum, nec latinorum interpretatur, ut & ipse fatetur, cum lectionem nostrã interpretentur, quod ipse probo ex ueterum commentarijs. Hunc fumum obiecit oculis ignari lectoris, quum Theophylactus interpretetur ac legat εὐδοκία. Cum Leus non euincat ex ueterum commentarijs, quod gloriatur se docuisse, quũ ipse nõ fatear, quod ait me falsum esse. Tantum admoneo me mirari, quod huius uariæ lectionis nõ meminerint Hie-

 ronymus,

ronymus, & Ambrosius. Relege lector, quæ scripsimus in editione priore, & cõperies me uerum dicere. Postremo quũ utriusq; lectionis sensus sit idem, qua fronte negat, quenquam hoc interpretari, quod legunt græci? Nõ de sensu scrupulus est, sed de lectione.

AD XXXI.

Luce. 2 A Hic Leus uerítus ne uolumen ob exíguitatem parũ haberet maiestatis, prolixo dialogismo mecum se ditioſe rixatur, adferens ea quæ tum fortassis schedis ad illum remissis notaui, adeo non in hunc usum, ut ederentur, ut nec exemplar eorum mihi seruarim unquã, ac ne relegerim quidem. Quod si idem alius fecisset Leo, non dubium, quin instituturus fuerit aduersus illũ actionem iniuriarum. Atq; hoc res est iniquior, quod nunc apud omnes respondet, quũtum temporis, ne uerbo quidem contradixerit. Sed uerbosam rixam in pauca conferam. Magno studio refellit meam distinctionem, quàm accommodo ad græcorum lectionẽ, ut gloria tribuatur deo in cœlis, pax terris, bona uoluntas hominibus, uelut medijs inter cœlum & terram. Qui non recipit græcorum lectionem, ei nihil cum hac distinctione, cui nihilo
B plus tribui uolebam, quàm ipsi lectioni. Ei quãtum hoc loco tribuã non dissimulo. Quid igitur est, quod hic mecum rixetur Leus? Poscit à me distinctionis huius autorem, quasi lectio græcorum nõ cogat etiam nos ad eum modũ distinguere. Si singulis partibus additur sua præpositio, quonã alio pacto distingues, quã ego distinguo? Audis in excelsis, in terris, in hominibus. Sic legit & ille,
C quisquis fuit, in homilia, quam annotatione proxima citauimus. Gloria in excelsis deo, & super terram pax, in hominibus bonæ uoluntatis. Id quo certius habeatur, faciunt quæ mox sequuntur. Gloria in excelsis deo, & super terram pax. Hic cum ille finiat orationis particulam, subijcit enarrationem, conferens illud quod alio loco dixit Christus

xit Christus ipse, non ueni pacem mittere super terram. Nonne hanc particulam, super terram opposuit ei, quæ est in excelsis, & distinxit, ab ea quæ sequitur, in hominibus. An non congruit huic distinctioni & illud Pauli, Pacificans quæ in cœlis, & quæ in terris? Sed reclamat Leus nihil interesse inter penultimam & ultimam orationis partem. Donemus hoc ita esse, an non multa docendi gratia distinguimus in oratione, quæ re coniuncta sunt? In decalogo unicum præceptum in duo dissecatur. Non concupisces, non furaberis. Et tamen non adeo nihil interest. Pax nunciatur terris, quod omnes uocarentur ad D
reconciliationem gratuitam. At bona uoluntas tribuitur hominibus, qui non defuerunt gratuitæ munificentiæ dei. Alioqui & illud quod dicitur. Gloria in excelsis deo, ad homines pertinebit. Cuius gloria non aliter illustratur, quàm per homines, ad illius cognitionem conuersos, & illius in se dementiã simul & munificentiam agnoscentes. Iam quorsum pertinet, quod suspicatur Leus, locum hunc à nouatore quopiam, & gloriæ auido, fuisse deprauatum. Non iacit hoc, opinor, in me, cum tot uetusti codices consentiant. Deinde expatiatur in ueterem querimoniam, præposterum esse latinos codices ex E
græcis emendari. Ne semper ad huiusmodi nænias, quas hic identidem occinit, semper respondeam optime lector, lege semel meas apologias, quas præfixi editioni posteriori. Pergit, & ait sibi uideri, hanc fuisse causam, cur Origenes neget ausum fuisse se, nouum testamentum redigere ad concordiam, quod in ipsis fontibus tantam uideret discordiam. Si fas sit, lubens hic rogarim Leum, cum Origenes sæculis aliquot præcesserit, qua frõte ausus est Hieronymus restituere codices latinos, quos utique ad Græcorum codicum fidem restituit. Aut qua fronte Augustinus iubet noui testamenti ueritatem, ad Græcorum normam exigi, si non est fas quicquam corrigere

corrigere ad græcorum exẽplaria, quod alicubi uariẽt? In quem tandem usum Leus discit hebræorum literas? cum horum libri magis uarient inter sese, quã codices grę corum, uel quod ab illis odio nostri studio deprauentur, uel quod ob affinitatem elementorꝫ facillimus sit lapsus. Et tamen habemus uetus testamentum ab Hieronymo uersum. Noui testamẽti translatio cuius sit, incertum est, nisi quod satis constat Hieronymi non esse. Et tamen ait se multa deprehendisse in hebræorum libris, lõge lateꝯ dissidentia ab his quæ nobis prodidit Hieronymus, ma gis etiam ad sensum mysticum quadrãtia, quã quæ uer-
H tit Hieronymus. Sed dubitat Leus, an hæc uersio sit Hie- ronymi. At hoc nomine tamen approbat ecclesia. Rur- sum, sibi notat Leus, non uulgo. Si malum est, quicquid ab hac lectione diuersum est, cur sumit inanem operam? Sin rectum est, cur inuideat & alijs eam utilitatem? Ne semper repetam, quod nos neꝯ mutamus ecclesiasticam lectionem, neꝯ græcorum codicibus fidimus, nisi acces- serint & alia argumenta, quæ fidem illorum approbent. Illud nisi fateor, quod ueretur definire, Origenes ne hoc dixerit, an Hieronymus, quasi eas homilias uerterit Hie ronymus, aut quasi ipse postea ueritus sit latinos codices emendare, quod non poterat, nisi de grẽcorum libris in- ter ipsos uariantibus auderet iudicare. Aliquãto post sic mecum agit. Quod dicis, inquit, non esse tuum emenda
I re codices græcos, præsertim cũ omnes consentiant, cur non æque licebit emendare codices græcos, atꝯ latinos, præsertim pro lectione codicum latinorum interpretan- tibus ipsis græcis, & lectioni græce refragrãtibus? Quid alijs liceat nescio, mihi hoc tum non susceperam. Deinde
K quum uarient græci codices, non poterã in contextu se- qui nisi unicam lectionem. Quod supereſt, lectorem ad- moneo in annotationibus. Postremo nõdum docuit Le- us græcorum interpretationes eorum lectioni repugna- re, nisi

re, nisi quod ut aliquoties diuerse legũt, ita diuersam adferunt interpretationem. Addit lepidum cauillum. Negaueram esse mei instituti in quo tum uersabar emendare græcos codices, hic inquit, ego certe assentior, ut hoc mihi liceat addere, nec etiam latinos. Ita non licebit Erasmo per Leum ullas mendas tollere, è codicibus quantũuis deprauatis, neq; græcis neq; latinis. Dixeram me nõ hoc animo proponere hãc editionem, ut quicquid in ea reperiatur alba, quod dici solet, amussi sequeremur, hic rursus cauillatur neq; certe, pace tua dico, meretur. Non his contentus, impingit mihi flagitiũ impium, idq; ante tempus uidelicet frequenter infulciẽs, siquid habet odiosius, quod in fine apocalypsis, paucula uerba adiecerim græco codici ex nostris latinis. Ne rixosa loquacitate tẽpus tuum onerem lector, quæso ne quid te commoueat hæc ficta tragœdia, donec legeris, quid respondeam illius annotationi. cc. xliij. quæ est ueterũ nouarum postrema. Videbis hos ecclesiæ tumultus, pericula, naufragia, exitiũ, quæ Leus suis uerbis excitat, nihil aliud esse quã fumos inanes. Postremo obtestatur deum optimũ maximum, ne se dies ille reperiat superstitem, quo Romanus pontifex ex hoc opere restituat integritati suę latinorum codices, sicubi sunt deprauati. Si Leus negare potest, in latinis codicibus ineſſe mẽdas, emoriatur potius, quàm uideat eum diem. Si non potest, cur malit orbare mundũ tanto lumine, quã autoritate Romani pontificis habere codices emendatiores? Illud penè suffugerat, q̃d est oĩm bellissimũ. Docere studens, non esse fidendum græcis exemplaribus, Hieronymũ adducit testem, qui in commẽtarijs quibus explicat Ezechielem, scripserit huncin modum. Probare possimus, multa dici facta in scripturis sanctis, quæ in græcis uoluminibus non inueniuntur. Nec debemus nos autoritati eorum acquiescere, quorũ perfidiam & mendacia detestamur, nunc mihi uide hominis L M

artificium. Quod Hieronymus scripsit, de septuaginta,
de Symmacho, Theodotione & Aquila, quorũ alios sæ
N pe testatur uertisse quod nõ intelligerent, alios Iudaizan
tes hæreticos uocat, hoc Leus accõmodat ad nouũ testa-
mentum. Ex hoc fuco, disce cæteros. Alioqui si Hierony
mus diffidebat græcis exẽplaribus, cur ad græcã (ut ipse
uocat) ueritatẽ emendauit noui testamenti uolumina,
cur irridet Iouiniani stultitiã, qui sibi persuasisset codices
græcorũ omnes esse deprauatos? Postremo cũ hic loqua
tur de græcis uoluminibus, non græcorũ, haud illis qui-
dem deprauatis, sed integris ut erãt scripti, qd aliud quã
perfidiam ac mendaciũ impingeret apostolis & euange-
listis, qui græci scripserunt? Et tamen ex illis ipsis, quorũ
perfidiam ac mendacia dãnat Hieronymus subinde citat
uariam lectionẽ, neq; raro pedibus discedit in illorũ sen-
tentiam. Sed redeo ad locum unde digressus sum. Si sum
mus, inquit, pontifex reddiderit nobis codices latinos e-
mendatiores, ut boni consulãt docti, quis erit tumultus
O indoctæ plebis? Clamabit nouatam fidem. Quid clama-
bunt hæretici? Nimirũ inique secum actum quod hacte-
nus ex ea scriptura pronuntiatum sit aduersus ipsos, quę
nunc reijciatur. Ne quid ad hæc tam friuola respõdeam.
Si Romanus põtifex id faciat, ad quod faciendũ & olim
à magnis theologis est prouocatus, an Leus mecũ deliti
gabit, quasi meũ sit tueri, quod faciat ecclesiæ princeps?
Iam si Leus nullum librũ attinget, in quo sit aliquid erra
ti, nedum rosas colligit, incidat in spinas, ac ledat manũ,
sic eũ ille scribit, fortassis ab oũibus abstinebit, ne suos
quidem ipsius libros lecturus. Sed huius rixæ, plus satis.

AD XXXII.

Quæ cum audisset.

Lucę. 2 ANnotaram iuxta Chrysostomi, ut habebat titulus,
lectionem, sacram uirginem duplici nomine fuis-
A se turbatam, & quod uideret iuuenem ingredien-
tem,

tem, & quod audiret salutationem amatoriam, & nescio quid procorum præ se ferentem. Hic Leo uideor parum reuerenter parumque caste loquutus. Quæ, inquit, aures B hoc ferant, de hac tam salutifera salutatione? An sanctissima uirgo præsciuerit se parituram è spiritu sancto, non ausim affirmare. Turbatam legimus, & turbatam ex sermone angeli. Tantum autē erat studium puritatis, ut fieri potuerit, ut primo contuitu atq; auditu iuuenis ingredientis exhorruerit. Quod annotauit & Ambrosius, hūc enarrans locum. Trepidare, inquit, uirginum est, & ad omnes uiri ingressus pauere, omēs uiri affatus uereri. Sed operæpretium est audire, quā religiose concionetur hic Leus. Negare, inquit, non debes, seruatam fuisse semper ipsam uirginem, ne quicquā humile cogitaret, quippe futuram sacrarium spiritus, & habitaculum unigeniti filij dei. Ac mox, uides ergo, quo pacto inuicem constant, immunem prorsus fuisse uirginem ab humili cogitatione. Quorsum hæc tam putida tendunt? Quis dixit Mariæ subisse cogitationem humilem, aut quid Leus appel- C lat cogitationē humilem. An parum pudicā? Hanc sane procul amotā fuisse reor ab animo uirginis, An humilis est cogitatio, cum uirgo eximio quodā studio castitatis, fugit aspectum & colloquiū uirorum etiam tuta timens? Si credimus Petro Lombardo, uirgo mater consenserat & in usum coniugij si sic deo uisum fuisset. Et tamen adamabat uirgineam puritatem. Quid si primo aspectu metus huiusmodi subisset animū illius, ecce iubebor admittere maritum, ut fiam mater, num fuisset humilis illa cogitatio? Sed præsciebat quid ageret. Hoc uiderint qui assueratē. Cur igitur rogat, quomodo fiet istud? Quæ mo D dum interrogat, bonam partē ignorat negocij. Ad eundem modum concionatur paulo superius. Virginem uero ut tam humile quicquā cogitaret, noluit pati spiritus q in ea erat, noluit pati benedictus fructus uentris eius.

Hanc cogitationem maxime alienam fuisse, uere credo à
corde tam sancto, in quo iam erat spiritus sanctus. Quid
his uerbis sibi uelit Leus non intelligo. Ego puto uirgi-
nes illas maxime tangi cogitationibus huiusmodi, qua-
E les ego tribuo Mariæ, in qbus maxime spiritus sanctus
inhabitat castarũ cogitationũ autor. Quo charius amant
pudicitiã, hoc illi tenerius metuunt. Non enim excutiã,
quod fructum Mariæ uocat, priusquã ab illo natus esset.
Rursus aliquanto superius. Quid hic amatoriũ, non syn
cerum, non castum? Quid ego audio? An Leo nihil est a-
matorium, nisi insyncerum & impudicum. Addit. Ama
toris fuisset aut proci, nomẽ primũ compellare uirginis,
& blando quopiam uti exordiolo. Etiam amatoriam ar-
tem docet Leus, si superis placet. At qbus uerbis primũ
Ioseph sponsus futurus, salutauit Mariam sponsam futu-
ram. An non uerecunde, sed tamen amanter eam cõpel-
lauit? Postremo nõ dico angelum fuisse procum. Iam eñ
sponsum habebat uirgo, sed forte suspicabat aliquid ad-
ferre iuuenem noui. Postremo, an nõ satis blandum ex-
ordium est Aue dilecta? Hic uideor obiter deprehẽdisse
F Lei errorem, qui putarit totum hunc sermonem angeli
fuisse, quo uulgo salutamus uirginem deiparam. Scribit
enim hũc in modum. Aue gratia plena dominus tecum,
& quod sequitur, Benedicta tu in mulieribus, & bene-
dictus fructus uentris tui. Non hæc amatorum uerba, sed
miram & nouam gratiam explicantia. Ex his Lei uerbis,
satis liquet, illum etiam Elizabet sermonẽ angelo tribu-
ere. Cuiusmodi lapsus si mihi contigisset, quibus modis
ille traduceret insciti am meam. Et tamẽ ego toties uocor
immodestus, acpetulans, quum ipse sit exemplar Chri-
stianæ modestiæ. Sed pergit concionari, respondens ijs,
quæ subnotaram in schedulis. Non sum, inquit, stoma-
chatus, doluí uerius, quàm stomachatus sum, quod tam
G lasciuis, Quibus uerbis uis te moneri, in re tã seria, si hic
stomachus.

stomachus est? Primũ non erat illi satis dicere, quod lasciuis, nisi addidisset, quod tam lasciuis. Deinde nugamentum hoc, quã ille serio rem seriã uocat. Sed pgit. Vt permittam tibi personas & schemata, dum rem ipsam, ut gerebatur, ueluti ostentas ad oculum, quo ipse modus rei gestæ, alioquin obscurus sit manifestior, ita non permittendum, dum ueritatem historiæ sectaris, ut quicquã fingas præter id, quod uere gestum est. Et secus facere in historia sacra, etiam impium iudicauerim, & eo magis impium, quo est turpius, & à sacris mysterijs magis alienũ, quod fingitur. Quæso qd hic agit Leus, quũ pauca paucis narrent Euangelistæ, an non licet quædam ex ijs, quæ natura sunt, conijcere? An nõ passim id faciunt interptes sacri? An non multa cõminiscitur Bonauẽtura? Quis autem tam insanus est, qui fingere uelit, quod factum non sit? an quicquid scriptum non est, factum non est? Nec ego adfero nouã historiam, sed quod scriptũ est interpretor, sequutus nõpessimũ, opinor, autorem Ambrosium. Atq; hic obiter impingit, meã interpretationem esse turpem, quum ante lasciuam dixerit, in qua quid est turpe, nisi ei, cui turpia sunt etiã honesta. Sed horret Leus proci nomẽ, horret amatoris nomen, horret pronubi nomẽ, clamitans me his uerbis lasciuire, quasi senserim hic aliquid parum pudicum. Cur non horret totum illud canticum amatoriũ, quod hodie usus ecclesiæ accõmodat ad uirginem matrem? Cur non horret quoties Mariam dei sponsam dicimus? Cum dicimus ob insignem animi puritatem ac modestiam adamatam deo? Si procus est, qui ambit, ut fiat spõsus, qui turpius est proci, quã sponsi uocabulum. Quanquã Horatio proci Penelopes sponsi uacantur. Quo tandem animo fert animus Lei tam tenere castus, uirginis Agnetis uitam ab Ambrosio depictam? Quid est procorum aut amatorũ, quod illic non accõmodetur ad uirginem Christo dicatã? Quid quod ante me

H

I

K

Ioannes Damascenus coniugij cœlestis allegoriam explicuit. Adamat deus pater, mittit angelũ paranymphũ, q uirginis assensum impetret, quæ nisi se præbuisset amplexui cœlesti, non erat cõceptura filium dei. Simul atq; assensa est, iam spõsam suam obumbrat uirtus altissimi, Is erat ueluti quidam connubialis complexus. Illabitur
L spiritus sanctus in uterũ uirginis, ex hoc oritur nouus fœtus. Et pater filium suum, quem ineffabili modo semper gignit ex sese, rursus alio quodã modo genuit ex uirgine. At ne Leus clamitet hæc mihi artificio rhetorico, uel confingi, uel attolli, autoris ipsius uerba subscribam, quæ referũtur theologicarũ sententiarũ libro tertio dist. iij. §. Mariã quoque. Post consensum, inquit, sanctæ uirginis, spiritus sanctus superuenit in ipsam, secũdum uerbum domini, quod dixit angelus, purgans ipsam, & potentiam deitatis uerbi receptiuam, præparans, simul autem & generatiuam. Et tunc obumbrauit, ipsam dei altissimi per se sapientia & uirtus existens, id est filius dei, patri homusios, ideſt ↄ substantialis, sicut diuinum semen,
M & copulauit sibijpsi, ex purissimis ipsius uirginis sanguinibus, nostræ antiquæ conspersionis carnem, anima tam anima rationali & intellectiua, nõ seminans, sed per spiritum sanctum creans. Hactenus Ioannis Damasceni uerba recẽsuimus. Ad quæ licet non respõdeat adamussim nostrum cõmentum, mihi tamen satis est, quod hic quoq; per allegoriã fit allusio, ad ea quæ fieri solent in coitu coniugali. Exposcitur assensus, præparatur uis conceptiua & generatiua illapsu diuini spiritus, fit mentio diuini seminis, opifex spiritus hoc agit in hac cœlesti conceptione, quod in alijs agit semen uirile, qui uelut actus est in conceptu. Sed horret Leus dici quicquã fuisse uice masculini seminis, in ea conceptione. Atqui cum legimus, Quod in ea natum est, de spiritu sancto est, perinde sonat quasi dicas, non est ex uirili semine, quod tu

suspicaris

ſuſpicaris, ſed ex ſpiritu ſancto? Nonne ſpiritum ſanctũ N
oppoſuit ſemini uirili. Rurſus in hymno, quẽ canit Cho
rus eccleſiaſticus. Non ex uirili ſemine, ſed myſtico ſpi
ramine, palàm idem fecit Prudentius. Impium exiſti-
mat Leus dicere quicquam illic fuiſſe ſeminis maſculini
uice? At quid aliud eſt hoc dicere, quã negare illic fuiſ-
ſe ſemen maſculinum, ſed quod in uulgaribus concepti
bus iuxta naturæ curſum effeciſſe ſemen uiri hoc in Ma-
ria ſupra naturæ ordinem effeciſſe ſpiritũ ſanctum. Quæ
ſo te lector, quid hic eſt, quod debeat caſtas aures offen-
dere? Imò quid non potius dignum illo cœleſti coniu-
gio? At non placet Leo, quod κεχαριτωμένη, græcis ſo
net gratioſam, aut unice charam. Eſt enim participium
à uerbo χαριτόω, quod eſt gratioſam facio. Sed χαριτόω
inquit, in meo Lexico eſt, gratia impleo. Quid facias, ſi O
ſic habet lexicum Lei? Non opinor licebit refragari. At
qui Homerus Achillem ſic loquentem facit ad amato ſuo
patroclo, ἐμῷ χαριτωμένε θυμῷ. Deinde ſtomachaſ quod
ſibi obijciam græcum uocabulum, cum probabile ſit an-
gelum hebraice loquutum. Demus iſtud, aut ſi mauult
ſyriace, ſed ego tantum tribuo Lucæ, ut uocem illam
qua uſus eſt angelus, bona fide reddiderit græce, niſi ne
gabit Leus Lucam græce ſcripſiſſe euãgelium. Tandem
his non ſatis fiſus Leus, ait ſe citaſſe ut legit eccleſia, cui
plus tribuit quã græco meo. Quæſo te lector, quis poſ-
ſet hæc abſque riſu legere? An meum græcum eſt, quod
ſcripſit Lucas? An quod legit eccleſia latina? utcunque
uerſum, plus habet autoritatis, quàm quod ſcripſit Lu-
cas? An quoties uerſamur in explicandis myſterijs di-
uinæ ſcripturæ, non licebit aliud afferre, quàm quod le-
git eccleſia latina? Atqui quoties id facit Hieronymus, P
quoties Ambroſius, quoties Auguſtinus? Nec ideo ne-
go Mariã gr̃a plenã fuiſſe, ꝙ κεχαριτωμένη ſonet dilectã.

Quid eñ

Quid eñ pios homines implet gratia, niſi charitas, qua deus illos complectitur? & ad ſe trahit? Poſtremo nouũ non eſt Hieronymo, uulgatam lectionem ſequi, præſertim, ſi id obiter fiat. Cætera non ſatis digna mihi uidentur, quibus reſpondeatur. Nec eñ mihi neceſſe eſt, ad omnia reſpondere ſerio, quæ ille profert, ex ſchedis meis non in hoc ſcriptis. Satis hoc illi ſit, quod hoc auctario libellum ſuum auxerit. Atq; hunc quoq; locum ſic adducit in primo indice ut taxet me? quod de ſalutifera illa ſalutatione petulantius quiddam ſim loquutus.

AD XXXIII.

Lucę. 2

HIc totos populos in me concitat, eorum qui mendicitatem profitentur, quod Chriſtum noluerim mẽ dicaſſe, quemadmodum nũc uulgo mendicatur. Ac ne cauillis Lei reſpondeã, quibus interim locupletat librum ſuum & miſerũ lectorẽ onerat. Ait admodũ probabile ſibi uideri mendicaſſe Chriſtum, quod apoſtolos tantopere inuitarit ad mendicandũ. Etenim cum ſuos legatos emiſerit ſine cõmeatu, neceſſe fuit eos mendicare. Imò iubet eos ingreſſos uicum aut oppidum explorare, qui ſint probi & auidi uitæ melioris, doctrinæq; Euãgelicæ, cuius iam nonnullus rumor apoſtolorum prædicationem præceſſerat. Apud hos iubet eos diuertere à quibus erant cupide excipiendi. Quos ſi nullos reperiſſent, iubet ut excuſſo pedum puluere, demigrent alio. An hoc eſt ad mendicitatem uocare? Deinde refellit, quod dixerim Chriſtum non aliter dictum mendicum quã uermẽ, quod uermis dicat tranſlate, mendicus uere. Non me fugit, quid philoſophetur Auguſtinus in nomine uermis,

A

B At mihi uidetur magis hyperbole quã metaphora. Sequitur enim, & non homo, & ut homo uehemẽter abiectus, non homo dicitur, ὑπερβολικῶς, ita dicitur uermis. Atq; eadem ratione qui ſunt admodum tenui fortuna mendicos dicimus. Reiicit & illud, quod annotaram in ſchedis

πτωχόν

πτωχόν græcis & pauperem dici. Id negat hoc loco consistere, quod mox sequatur in psalmo, ὁ πένης. Ita futurũ ut bis dicatur pauper. His argumentis tantus theologus, ut uideri uult, agit cum Erasmo, nimirũ homine stupido. Quasi uero non hoc solẽne sit hebræorum libris, ut rem eandem, aliis atq; aliis uerbis inculcent. Quod si uertas. Ego sum egenus, & pauper, quid erit incõmodi?

AD XXXIIII.

Et non cognouerunt parentes eius.

HIc mecum delitigat, quod cũ in annotationibus admonuissem haberi duplicẽ lectionẽ apud græcos, quarũ alterã suspicarer esse mutatã, sequutus sim eam quæ mihi magis probaretur. Atq; hic aut ego sum egregiæ stupidus, aut Leus nõ satis intelligit quid ratiocinetur, Non sequeris, inquit, hanc lectionẽ quã dicis in græcis codicibus haberi, Nam in contextu iuxta græcũ reddis, & parentes eius. Et in annotatiõe huius loci, credis immutatam à quopiam lectionẽ qui timeret Ioseph uocare patrẽ Iesu. Quid ergo dicis te sequi, quod magis tibi probatur, cum hanc lectionẽ (Ioseph & mater eius) nec sequaris nec probes. His atq; aliis uerbis me Leus obiurgat, nec uideo, quid stomachetur. Aio quod in nonnullis codicibus legit, Ioseph & mater eius, à nescio quo mihi uideri mutatum, pro eo quod in aliis recte scriptum arbitror, & non cognouerunt parentes eius, fortasse ueri to ne Ioseph uideretur uocare parentem Iesu. Hoc quod suspicor inductum, non sequor in cõtextu, quod Germanum puto, sequor. Hic quid Leum offendat non uideo, nisi fortassis errat, in hoc quod mutatã dico lectionẽ quã non sequor & intelligit me loqui de ea, à qua mutatio facta sit, neq; sentit id etiã mutatũ dici latinis, quod ab alio uersum est. Porró recte ne putarit mutandum ille quisq; fuit, non est meũ defendere, cum illius mutationẽ non approbem. Ft tamen hoc à me exigit Leus. Luce. 2 A B

Luc. 3

CVm argumentum genealogiæ Christi uehemẽter perplexũ sit ac prorsus inexplicabile, quod & ipse fatetur Hieronymus, nec inficiatur Leus, adduxi
A & ipse quædam in mediũ, quæ possent adminiculo esse, rem altius uestigare cupientibus. Nam testor superstitiosam hac in re diligentiam penè Iudaicã esse, & inutilem. Neq; dissimulo ex qbus autoribus hauserim, quod adfero, nimirum maxima ex parte ex Annij cõmentarijs, & ex Philone quẽ ille nobis latinũ proponit. Quorum autoritati ne quis plus satis tribueret, lectorẽ his uerbis præmoneo. Ea quanquã admodum probabilia sunt, tamen quoniã Annius non tam certo citat, quã uellem præsertim in re controuersa, neq; nobis erat græci Philonis copia, paucis attingenda iudicauimus, & in hoc duntaxat quo lectori diligenti cætera peruestigandi præberemus
B ansam, præsertim cum hæc penè παρεργα sint huic instituto, Ad hunc modum ingressus hunc locum, hoc pacto claudo. Hæc pauca è multis carptim delibauimus, ne nihil lucis præberemus auidis eadem exactius inquirendi, præsertim cum ad historiæ fidẽ faciant. Neq; rursus probarim in huiusmodi quæstionibus, uel anxie distorqueri, uel contentiose digladiari, in quibus haud multo plus fructus esse uideo, quã in illa nobili pugna theologorũ,
C de conceptione deiparæ uirginis, Et Paulus non uno in loco monet, pijs hominibus huiusmodi genealogias, & nunquã finiendas quæstiones esse uitãdas, quod non solum nihil conducãt ad pietatem, uerumetiam pariant lites & contentiones, pestem Christianæ concordiæ. Hæc cum testatus sim rem esse perplexam, uarias esse scriptorum opiniones, me Annio, & Philoni quem is adducit, non usquequaque fidere, nimirũ libero me periculo disputationis. Et tamen Leus ita mecũ agit, quasi unus ipse sim au-

sim autor ac propugnator huius totius negocij, ne Fabri quidem Stapulēsis usquam memor. Hæc præfari uisum est candide lector, ne expectes à nobis ut hic totis copijs congrediamur cum Leo. Nam siquis uelit in re perplexissima repetere quid diuinet Augustinus, quid Ambrosius, quid Hieronymus, qd Origenes, quid Nazianzenus, quid Philo, quid inter recentiores Annius, quid Lyranus, quid Burgēsis, quid Iacobus Faber, eaq; uelit inter se conferre, nec exigui uoluminis nec exigui temporis fuerit negocium. Tantum in transcursu quædam attingam, ne protinus Leo, tanquam certum uictori triūphum decernat credulus lector. Primum hoc male habet Leum, quod scripserim etiam Hieronymum in hac propemodum esse sententia, ut dicat Nathan cuius Lucas meminit in genealogia Christi, fuisse prophetam illum, à quo legimus obiurgatum Dauid, ob adulterium homicidio copulatum. Mihi nondum satis liquet, quid senserit Hieronymus, certe loca quæ adducit Leus, docent quidem Nathan quendam fuisse filium Samaæi patruum Dauid, at non docent hunc esse Nathan, quem Lucas recenset in genealogia Christi, per quem stirpis series instauratur. Porró cum quidam, quorum de numero sunt Augustinus, & Ambrosius, Nathan prophetam, quem eundem coguntur magnopere longeuum facere, uelint adoptatum fuisse Dauid in filij uicem, quis unquam adoptauit patruum suum, ac fortassis natu maiorem? At ego cum præter Philonis autoritatem, ex præfatione, quæ titulo Hieronymi præfertur Lucæ, doceam hunc cuius meminit Lucas in genealogia fuisse filium Dauid, non fratrem, Cum idem doceam ex autoritate Gregorij Nazianzeni, qui in carmine quo prosequitur Christi genealogiam, duos recenset Ναυΐδας Salomonem & Nathan, Nathan ex æquo coniungens cum filio naturali, nec ullam addens mentionem adoptionis.

(Etiamsi nõ inficior huius autoris sermonem sub obscu rum esse,) Cum ex.i.Paralip. libri.ca.iiij. doceã Nathan recensẽri, inter filios Dauid & ita recensẽri, ut non possit accipi filius adoptiuus, quũ nominatim dicantur filij Da uid ex Bersabea, nihil horum refellit Leus, cõtentus ad- ferre quædam, quæ neq; causam ipsius admodum iuuãt, neq; mihi palam aduersantur. Atq; hæc quidem, ut fate- or non esse satis ad explicandam totã huius quæstionis difficultatem, ita puto sufficere ad refellenda, quæ Leus tanquã ineuitabile telum produxit aduersus meã annota tionem. AD XXXVI.

A Rrodit & illud, quod scripserim in priore editione Lex erat, siquis sine liberis decessisset, ut huius fra ter instauraret posteritatem defuncti, Itaq; qui sic
A natus erat duos habebat patres, alterũ naturalem ex quo natus erat, alterũ legalem in cuius nomen & progeniem succedebat, nempe defuncti Quo quidẽ in loco nescio q̃ consilio siue Leus siue quis alius, mea uerba tribus in lo- cis uiciauit, sermonẽ ex bene latino barbarũ reddẽs. Pro itaq; mutauit, ita quod, pro habebat, habet, pro succede- bat, succedat. Atq; interim ne coheret quidẽ sermo, Præ- cessit erat lex, & cõsequitur habeat, possideat. Quod idẽ si mihi permissem in ipsius sermone recitãdo, ut graue flagicium imputaret. Clamaret me falsariũ, qui florem o- rationis ipsius cõtaminassem. Verũ ut his neglectis rem tractemus. Hic arguit me Leus insciti æ, sed quę mihi fue rit cum Augustino cõmunis. Nam Augustinus putauit
B eum qui natus esset ex eo, qui ex uxore relicta instaura- uit stirpẽ fratris defuncti, sumere sibi nomen, non patris, sed patrui mortui, ut si illi nomen fuisset Petrus patri Io- annes, natus nõ diceretur Ioannes, sed Petrus. Hanc opi- nionẽ, quoniã retractauit Augustinus, miraꝛ me quoq; non ceciniss palinodiã. Atqui quod Augustinus sensit, ego nec scripsi, nec cogitaui. Latinis eñ dicuntur in no-

men su c

men ſuccedere qui aſciſcuntur in familiã, etiam per adoptionem, non quod idẽ nomen ſortiantur, ſed quod præ nomine, aut adnomine teſtentur ſeſe cooptatos in familiam uelut in nomen piorum Antoninorꝝ, Piſonũ, Africanorum, Ciceronum, Naſonũ. Porró quod apud Romanos erat prænomen, aut adnomen, hoc erat apud Hebrẽos additum patris nomen, Iacobus Alphei, Iacobus Zebedei. Atq; ideo dixi ſic natum in nomen defuncti ſuccedere, quod is notãdus eſſet, non patris adnomine, ſed patrui. Ac ne quis erraret in uocabulo nominis addo, in nomen & progeniem, uidelicet explicans quid dixiſſem nomen. Progeniem enim dictam eſſe conſtat à progignendo Atqui hic non erat progenitus ab eo, cuius dicitur filius. Vides optime lector, errorẽ quẽ mihi impingit Leus, nõ in meis uerbis, ſed in ipſius oculis fuiſſe. C

AD XXXVII.

REfellit quod ſcripſerim Solomonis ſtirpẽ defeciſſe in Ozochia. Cum libri Regũ. iiij. cap. xi. legamus Ioas filium Ozochiæ, ſubreptum è manibus trucidantium filios regis. Rurſum. ij. lib. Paralip. cap. xxij. res eadem iteretur. Cæterum cum in priore loco narret ſublatum eſſe omne ſemen regiũ, & in poſteriore, legamus nullam ſpem fuiſſe reliquã, fore ut poſthac regnaret aliquis ex ſtirpe Ozochię quomodo cõſtabit quod ſcriptũ eſt, Si ſupereſſet adhuc filius Ozochiæ? Dicet nõ eſſe locum tergiuerſandi, Cũ utrobiq; dicatur Ioas filius Ozochiæ. Hic ex autoritate Philonis reſpondeo, Ioas dici filium Ozochiæ, non natura, ſed tantũ iure ſucceſſionis. Si hoc Philo non aperte pronũciat, me ſi uolet in ius uocet Leus, Sin eſt ut cito, cũ illo pugnet potius quã mecum. Sed Philonem habet ſuſpectũ ut Iudaiſſantem. Atqui tãto magis potuit hæc ex hebræorũ commentarijs cognoſcere, præſertim cum uir fuerit, id quod negari nõ poteſt, incomparabili doctrina, reiq́ue Iudaicæ peritiſſimus. A

B Neq; enim hic agitur de fide euangelica in qua tutũ non fuerit Philoni credere, sed de narratiõe ueteris instrumẽti. Iudaissat & Iosephus, & tamẽ huius in historia grauis est autoritas. Iam an aliquis existimet plus tribuendum coniecturis, quas ex suo ingenio Leus adducit, an Philonis autoritati, quod ad me pertinet lectori liberum esto.

AD XXXVIII.

A ATq; eadem opera responsum arbitror, ad annotationẽ illius. xxxviij. quæ nihil agit aduersum me, nisi Leus efficacibus argumẽtis doceat, Nathan q recensetur apud Lucam in genealogia Christi, nõ fuisse filium Dauid. Atqui id non esse factum iam demonstraui. Quod si maxime fecerit, cum Philone illi res erit, potius quã mecum ille autor est, ego sententiã alienam, nullo meo periculo recenseo.

AD XXXIX.

A OPpugnat & illud quod ex eodem autore annotarim Iehoiakim, quẽ corrupte dicimus Ioachim, bi nominem esse, quod idem alias dicatur Elich, addens hunc fuisse naturalem patrem Mariæ, Auum Iesũ Christi secũdum carnem. Id refellit Leus hoc Lemmate. Cum Elich inquit decesserit non relictis liberis, non potuit esse pater Ioseph, Atque huius rei citat autores Augustinum & Hieronymũ, quorum utercq; tamen sequutus sit Aphricanũ. Iacob inquit frater Elich uterinus suscitauit fratri defuncto semen iuxta decretum legis, & genuit Ioseph, qui sic erat legalis filius Elich. Quod si fate-
B ar esse uerum, conuincit esse falsum quod annotaui Lucam sequutum esse lineam naturalem, cũ Matthæus contra legalem sequutus sit. Ad quæ ne nihil respondeã, subscribam Hieronymi uerba, quibus enarrat primũ Matthæi caput. Hunc inquit locũ obiecit nobis Iulianus Augustus, de dissonantia euangelistarum, Cur euangelista Matthæus Ioseph dixerit filium Iacobi, & Lucas eum filium

lium appellarit Heli, nõ intelligens cõsuetudinem scripturarum, quod alter secundum naturam, alter secudum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen deo iubente præceptum, ut si frater aut propinquus absq; liberis mortuus fuerit, alius eius accipiat uxorem, ad suscitãdum semẽ fratris uel propinqui sui. Super hoc & Aphricanus temporum scriptor, & Eusebius Cæsariensis in libris περὶ διαφωνίας τῶν εὐαγγελιστῶν plenius disputarunt Hactenus Hieronymus, Atqui ex his ýbis nihil potest euinci, uter fuerit pater Ioseph naturalis, uter legalis. Tantum hoc repertum est ad explicãdum nodum quæstionis, potuisse fieri, ut alter fuerit naturalis, alter legalis, C
atq; ita neutrum Euangelistam fuisse mentitum, cum Ioseph ad hanc rationem duos habuerit patres. Nec est uerisimile Aphricanum aut Eusebium aliquid exploratius super hac re prodidisse, sed tantum ostendisse, rationem explicandæ quæstionis, Alioqui siquid attulissent certius, ut si fuissent eo præsidio nostri, qui laborant in huius quæstionis angustijs, At Augustinus libro quæstionum Euangelicarꝝ secũdo, nullum nõ mouens lapidẽ quo possit ab huius quęstionis angustijs elabi, proponit rationes quatuor. Primũ ut accipiamus patrẽ Ioseph fuisse binominẽ, uerꝝ hãc ilico reijcit ipse. Secũdam, ut intelligamus Ioseph duos fuisse patres, alterꝝ à quo fuerit genitus, alterũ à q̃ fuerit adoptatus. Tertiã ut intelligamus, ab altero D
euãgelistarꝝ poni nomẽ patris, q genuerit Ioseph, ab altero nomẽ eius, in cuius stirpẽ uult eũ lex imputari, q ex eo natus sit, q ducta uxore defuncti sine liberis, instaurauit posteritatẽ fratris, aut propinqui. Et hãc reijcit Augustinus, sed inefficaci argumẽto, ꝙ q sic essent nati, ferrẽt nomẽ defũcti, in cuius ꝓgeniẽ ascribunt. Ita futurꝝ fuisse, ut Ioseph nõ debuerit appellari Ioseph, sed uel Iacob, uel Heli. Q̃clarius etiã asserit in quæstionibus sup Deuteronomij lib. v. quæstione. xlvi. mox tamẽ aliter interpretans. E

Sed hũc

Sed hunc errorem suũ agnoscit in libris retractationum. Quartam ut accipiamus ab euangelistarꝝ altero, positũ esse nomen eius qui genuerit Ioseph, ab altero pro patre, auum, aut proauũ, aut atauũ, fuisse nominatũ, quod factum est apud Matthæũ, qui cõtexit seriem stirpis, omissis in medio nominibus aliquot. Hæc tanquã diuinãs refert Augustinus, nec tamẽ ausus est pronũciare, uter euãgelista posuerit nomẽ patris naturalis, aut proximi, uter adoptiui, aut remotioris. Is qui scripsit ueritates in Augustinũ, pbabilius esse putat ut credamus, naturalẽ ac proximũ patrem esse positũ à Luca, quã à Matthęo. Atq; idem mecum sentit de Nathan, quod is non fuerit propheta, neq; frater Dauid, sed filius, ita natu maior Solomone, ut fuerit illi proximus. Verum quod hic non excutit Augustinus, conatur explicare libro de consensu Euangelistarum. ij. cap. iij. Atq; illic uidetur in hanc coniecturã propensior, ut existimemus à Luca nomen esse positũ patris
F adoptiui. Nihil eñ hic meminit de altero genere patris legalis, offensus opinor ea ratione, quã superius retuli. Sed huius coniecturæ non aliam adducit causam, quã quod cum Matthęus scripserit, Iacob genuit Ioseph. Lucas abstinens à gignendi uerbo, tantũ dixerit Ioseph fuisse filiũ Heli. Filium autẽ recte dici etiam ad optimũ. At non gignit, nisi pater naturalis. Quanquã ipse mox hanc causam, ut imbecillem propemodum reiecit. Alioqui si non dicit genuisse, nisi uerus pater, quomodo tuebimur Matthæum in recensendis nominibus, aliquot transilientẽ, cum perpetuo tamen utatur uerbo gignendi, præsertim cum in sacris libris genuisse dicantur, qui ueri patres nõ sint. Hæc cum ita differat Augustinus, quid aliud efficit,
G quã ut rem in dubio relinquat? Tractat hoc ipsum argumentũ quæstione super Deuteronomiũ. xlvi. nihil attingens de superiori coniectura. Iam quod adducit Leus, ex carmine genealogico Nazianzeni, non uideo cur huius

autoritas

autoritas nos urgere debeat, nisi rationem adduxerit graviorem, quã adduxit Augustinus. Nec em̃ is alios habuit autores, quã Hieronymus, nec ullis utitur argumẽtis.

AD XL.

IAm eadem opera responsum arbitror ad annotationem. xl. Nec est animus pluribus hanc refellere, nisi Leus certioribus argumentis euincat Nathan non fuisse filium Dauid, & Heli non fuisse naturalem patrem Ioseph.

AD XLI.

REpetit quod ante iam dixerat, mihi nõ recte uideri, Nathan cuius meminit Lucas, eum fuisse, qui obiurgarit Dauid, cum à me dissentiat Origenes & Hieronymus. Nõ adducam hic eius operis incertum autorem, tantũ hãc ueniam petã à lectore, ut mihi quoq; liceat aliquoties ab Hieronymo & Origene dissentire, quod sibi permittit Leus, quoties est commodum. Quãquam hic non meam tueor sententiam, sed alienam qualis qualis est recẽseo.

AD XLII.

QVod annotaueramus de Achesarim Leus hoc argumento contendit esse somniũ, quod huius rei nusquã meminerit Hieronymus, alioqui talium rerum longe diligentissimus, neq; Paulus Burgẽsis, licet in synagoga educatus. Sed negari non potest hoc prodi tum à Philone, cui diuus Hieronymus plurimũ tribuit. De Paulo Burgensi mirum uideri nõ debet, cum Philo, quãuis Iudæus, Græce scripserit, cuius linguæ Burgensis erat ignarus. Postremo fieri potest, ut & Hieronymus alicubi meminerit huius rei, neq; em̃ omes illius lucubrationes extant nobis, & fieri potest, ut ille librũ hunc, Philonis aut non legerit aut non meminerit, q̃d legerat, præsertim cum in catalogo scriptorum fateatur nõ omneis huius lucubrationes ad manus suas peruenisse. A

AD XLIII.

REfellit quod annotaram ex libri Regũ. iij. cap. iiij. propemodum colligi posse, Nathan fuisse Ahisar institutũ, hoc est, regiæ stirpis instauratorem. Sic enim & illic appellari filium Nathan Ahisar. Hic me lapsum existimat, quod existimẽ illic Achisar esse dignitatis uocabulum, cum Philo Achisar interpretetur fratrẽ principis, equidem hactenus cum Leo cõsentio. Quid tum postea? An ideo nõ erit dignitatis uocabulũ? An ideo nõ declarabit instauratorẽ stirpis regiæ? Porró quod addit fratres uocari cognatos, hoc aut nihil ad rem facit, aut pro me facit. Sed huic sententiæ diffisus Leus, alterã profert, ut ipsi uidetur cõmodiorem, Zabud fuisse fratrem principis Azariæ, qui etiã fuit filius Nathan, & præfectus simpliciter. Superius ita loquebatur, quasi Nathan hic esset dictus Achisar, cum de filio dixerim, nisi Achisar pronũciemus gignendi casu. Hic ait Zabud fratrem Azariæ filium Nathan fuisse præfectũ simpliciter. Hoc an ab Hieronymo proditum sit nescio, certe constat in hoc quẽ modo citato uiri loco, Zabud fuisse sacerdotem & amicũ regis. Quod si sermo Lei (nam est anceps) sentit Azariam esse eundem, qui est Achisar, id quod reperio in scheda, quã ut ante dixi, describendam curauerã mihi uidetur reclamare locus ipse, ubi primo loco recensetur Azarias filius, ac paulo post Achizar, præpositus domus. Nec illi tamen Azariæ tribuitur simpliciter præfectura, uelut omnibus præsideret, sed recensetur inter scribas. Verũ hoc nec admodum ad me pertinet, & ego ceu cõiecturam leuem proposueram, cum aio, propemodum colligi.

AD XLIIII.

ARrodit & illud, quod ex eodem autore scripseram tribum Beniamin ptinuisse ad Achezarim. Christus, inqt, de Iuda erat, nihil ergo illi cũ istis Achezarim. Atq; hic protinus me respondentẽ facit, Nõ dico Achezarim.

Achezarim fuisse de tribu Beniamin, sed terrã tribus Beniamin ptinuisse ad Achezarim, ut lector arbitretur hæc uerba annotasse me in chartulis, quas mihi toties impingit, cũ Basilæa proxime reuersus annotationum mearũ uolumine iam absoluto hoc illi respõderim in colloqo, posteaquã deprehẽdi hominis errorem. Res humilis est, sed tamen obsecro te lector, ne pigeat cognoscere, quandoquidem huiusmodi fumis traducimur. Cũ in templo diui Petri colloqueremur, & efflagitarem proferret unũ aut alterum locum, experturus an possem tueri, nec ab illo posset extundi quicquã, tandem ipse memor chartæ, quã ab Atensis scriba interceperã, nam ipsa charta mihi perierat, nondum tota perlecta, profero annotationem, quæ tum illi prima erat, nunc nulla est, quod ex oratione B
mea deprehenderat errorem suum. Profero alteram de παραλλάξειν, in qua cum ego notassem proprietatẽ græcę uocis, ille mihi obiecit Chrysostomum latine uersum. Et hanc omisit, non dubium quin & alias cõplures omissurus, si proposuisset omnes. Tandem propono de genealogia Christi. Quid inquã hic periculi est? Quicquid à me recensetur, non meo periculo recensetur, sed illorum quos cito. Deinde quid hic est periculi Christianæ religioni? Tum ille, uultu ad seueritatem composito, maximum inquit. Nam transfers Christum ẽ sua tribu Iuda, in tribum Beniamin? Id cum uehemẽter admirarer, atq; efflagitarem, ubi nam loci prodidissem illud, noluit indicare locũ, sed constãter asseuerauit rem sic habere. Atqui prorsus insanirem, inquã, si id facerem, & mecũ ipse pugnarem, quũ faciam per Nathan instauratã stirpem Dauiticã, qui cũ fuerit filius Dauid, qui potuit esse tribus Beniamiticæ. Quũ nihil ad hæc respõderet Leus, sed tantũ C
perseueraret in asseuerando, tandem in mentẽ uenit, q̃d suspicarer illi præbuisse causam erroris. Fortassis, inquã, alicubi scribo tribũ Beniamin ptinuisse ad Achezarim.

Fassus est ita esse, neq; negauit hunc esse locum, quo fuisset offensus. Tum magis etiã sum admiratus, quod ex illis uerbis, eam concepisset imaginationem. Nam si dixissem Achesarim pertinuisse ad tribũ Beniamin causam fuisse futuram, cur suspicaretur me sentire, quod interpretaretur. Nunc non aliud intelligi posse, quã si dixissem
D Hannoniam pertinere ad D. Ferdinandum Caroli principis fratrẽ, si pars ea fuisset illius ditioni destinata. Hæc cum audisset Leus. Ita ne inquit? Verum hoc erat explicandum. Eumq; sermonem semel atq; iterum repetens ἐδαττολογήσατο, Atqui latine inquam dixi, nec potui multo lucidius dicere. Nec aliud tũ actum est super hac re inter nos, neq; tum temporis neq; postea. Nunc dissimulat quo tempore, quaq; occasione id responderim. Et cauillatur me tum cum hæc scriberem, non hoc sensisse, quod post sum interpretatus, uidelicet admonitus a bamico quopiam. Quasi sim usq; adeo stupidus ut non sensurus fuerim, mea uerba secũ ex diametro pugnare, nisi monitore amico, Imò nunquã suspicaturus eram quenquã hoc ex sermone meo somniaturũ fuisse, q̃d somniauit Leus, nisi se casu Leus, pdidisset. Erat fateor apud me
E scheda Lei, sed nondum lecta, aut certe non perlecta. Si uerba mea sonant hoc quod interpretor, qua coniectura Leus collegit me aliud sensisse, quã uerbis expresserim? Addit aliud Lemma, cur inquit, hanc responsionẽ in annum distulisti, cum schedã meam habueris, & licuerit illico respõdere? Causam accipe cur id factum non sit. Ideo curatam eam chartã describendam quia non uacabat legere, quæ nisi per ocium legeretur frustra legeretur. Postremo quid erat necesse ad oñia respondere? Quasi nõ & alia dissimularim, quæ mihi uidebantur friuola. Nec his contentus, aliud addit commentũ. Si hoc sensisti, inquit, quod nunc interpretaris, quid erat opus, ut ad An-
F gliam hanc annotationem mitteres, consulturus quendã illic,

illíc, in sacris líteris summatem? Quod te feciſſe, ipſe mihi faſſus es. Si huiuſmodi cõmentis agerem cũ Leo, protinus exclamaret me mortaliũ omnium mendaciſſimũ, qui nõ uererer illi, hæc in os ingerere. Annotatio Lei hactenus ſic apud me fuit, ut nunc demũ cum hæc ſcriberẽ mihi ſit perlecta, nec unquam cuiquã eſt miſſa, nec infimati, nec ſummati. Nec unquam cuiquã mortaliũ id ſum faſſus, quod mihi ne per ſomniũ quidem uenit in mentẽ. Et tamen ſuſpicor unde Leus cœperit occaſionem huius erroris. Nec eñ libet illi impingere, quod hæc data opera cõminiſcat. Narraui illi in familiari colloquo, me cũ eſſem in Anglia tum primũ ac recens ædito nouo teſtamẽto, reperiſſe theologũ illũ, quẽ ille ſummatẽ uocat, & merito uocat, occupatũ in explicãda genealogia Chri, atq; hac gratia conſuluiſſe Capnionẽ per líteras. Cæterũ ipſe tum nihil minus cogitabam quã futurũ, ut Leus mihi de genealogia moueret bellum, ipſe nullius oraculũ conſului, neq; quiſquã de Tripode reſpõdit. Pergit cauſificari. Quid facit, inquit, ad explicandam genealogiã ut doceas, quæ prædia Achezarim ſortiti ſint. Hoc mihi impoſuit, quod ſuſpicarer nihil illíc dictum, quod non pertineret ad eum locum. Si Leus fatetur ſibi impoſitũ eſſe, cur argumentatur me aliud ſenſiſſe, cũ illa ſcriberem, quàm nunc interpreter? Cum quæ Philo diſſeruiſſet de Acheſarim, contraxiſſem in compendiũ, uiſum eſt & hoc adijcere, ne quod ſuſpicatur Leus, ſomniũ eſſe uideret nomen Achezarim. An alias dixerim Chriſtũ non eſſe de tribu Iuda, ſuo diſcutietur loco. Hãc argumẽtationem ita claudit Leus. Hæc dixerim, quod nolim uideri calumniator, quo nomine, ut audio, tu me notas nominatim pro præſenti annotatione. Imò nunquã illi nomen calũniatoris tribui, ob hũc ſane locũ. Verum apud Atenſem, & alios aliquot teſtatus ſum Leum non intellexiſſe locum hunc, unde moueret tragœdiã. Inſcitiã impegi, non calumniã.

G

H

Nam Calumniator, sciens ac prudens intẽdit crimen in-
I nocenti. Hic Leus per errorem peccasse mihi dictus est,
non de industria. Videndũ igitur, ne quod scribit me no
minatim sese insimulasse calumniæ propter hũc locum,
propius sit calumniæ, quã quod ea reprehendit, quæ nõ
intellexit, etiam si hoc quoq; turpissimũ est, præsertim si
K quis hoc agat tãto supercilio, tanq; atrociter. Iam pergit
pugnare cum Philone, quem nescio, cur meũ uocet au-
torem, An ego solus habeo, aut lego Philonem? aut huic
addictior sum quã quisquã alius? An huius sententiam
tueor, quã recito duntaxat? Quod si Philonem habet au
torem quisquis ex eo citat aliquid, quid uetat quo minus
& Leus hunc suum autorem appellet? quãdoquidem ex
hoc etiã mea refellit, aut certe conatur. Atq; huic impin-
git odium, odio mei, ac fidem abrogat, ne mihi fides ha-
beatur. Mihi inquit, uidetur sapere Iudæorũ fermentum,
quibus puto in hac parte minime fidendum, cum Hiero
nymus in cõmentarijs in Micheã dicat a bhis multa era-
sa, ne Christus de tribu Iuda ortus uideatur, & sic nescio
quid ueneni subsit. Nam idem ipsum uideor mihi posse
elicere ex dicto autoris tui. Hactenus Leus cuius sermo
quod fermenti genus sapiat, uiderit ipse. Mihi cum Phi-
lone nihil est negocij, nec illũ defendam, sed innocentiã.
L Philo Iudæus fuit negari nõ potest, Sed hoc illi fuit cum
apostolo Petro cõmune. Sed hunc Iudæũ Hieronymus
inter ecclesiasticos scriptores recenset, huius opera præ-
clara laudibus uehit, testans illi & cũ Petro apostolo fuis
se necessitudinẽ, ac bene uoluisse Marco Euangelistę q̃d
libro edito, cui titulum fecit περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν.
id est de contemplatiua uita supplicum laudibus ornarit
ecclesiam Marci, hoc est Petri sectatores. Quod si Iudæo
rum talium libris nulla sit habenda fides, quæso cur Hie
ronymus toties adducit Hebræor̃ testimonia, aut unde
sumpsit quæ prodidit de traditionibus hebræor̃? nonne
ex illo-

ex illorum cõmentarijs? Cur tãtum tribuit Ioſepho? Cur Egeſippo? Cur ipſe magna mercede conduxit cum alios Iudæos, tum nocturnũ illum præceptorem Barhamina? Non eſt fidendum Iudæis, quẽadmodum fidimus ſcripturis canonicis. Necꝫ tamen reijciendum ſiquid adferãt probabile. Sunt enim permulta in ueteris inſtrumenti libris, quæ nõ poſſunt à nobis intelligi, propter inſcitiam antiquitatum eius gentis. Hæc à quibus potius petenda ſunt quã abillis? Porró quod Hieronymus negat illis fidendum, quid ad Philonem? An ille eraſit aliquid in uo luminibus ueteris teſtamenti, Nam illic profecto Hieronymus non agit de libris Iudæorum, ſed de codicibus Hebræorum uitiatis. Atcꝫ huiuſmodi friuolis argumentis Leus colligit hic neſcio quid ſubeſſe ueneni. Verũ in his quæ ſubijcit, propius urget. Nam idem ipſum, inquit, uideor mihi poſſe elicere, ex dicto autoris tui. Audiamus igitur ſolidam argumentationem exipſa re. Dicit inquit ad Acheſarim pertinuiſſe poſſeſſionem tribus Beniamin. Sed cum in ſacris literis in libro numerorum non licuerit tranſferri poſſeſſionem à tribu in tribum. Nam præcipit ut hæreditas permaneat in familijs, nec ſi bi miſceantur tribus, Conſequens igitur fuerit Achezarim fuiſſe de tribu Beniamin. Ex illo loco in numeris, probat Annius Mariam fuiſſe de tribu Iuda nec conſentaneum eſt Beniamin fuiſſe ſine poſſeſſiõe. Quin & ſatis erat Achezarim ſi erant de tribu Iuda, ut gauderẽt poſſeſſione tribus ſuæ, quæ multo amplior erat, quã cæterarum tribuũ. Itacꝫ ut uidetur alterũ neceſſe eſt ſequi, uel Achezarim de tribu Beniamin fuiſſe, uel ad Achezarim terrã tribus Beniamin non pertinuiſſe, cum unius tribus terram, in aliã tribum tranſferri cõtra legis præſcriptũ eſſet. Hactenus Leiȳba recitauimus. Necꝫ dubito quin ſtatim occurrat lectori uel idiotæ, qd ad hæc poſſit reſponderi.

M

N

O

Nimirꝫ

Nimirum aliter terram à príncipe poſſideri, aliter à priuato domino. An ideo Phriſij depellerentur agris ſuis, ſi uenirẽt in ditionem Caroli noſtri? An Dauid rex in unicam duntaxat tribum Iuda, ditionem habebat? An nõ leguntur poſtea deſciuiſſe à Roboam imperio, quæ parue
p rant Solomoni? Atq; hæc facta ſunt non permixtis poſſeſſionibus tribuũ. Alioqui ſi Achezarim poſſidebãt tribum Iuda, qd habebat ſtirps regia? Sic ſenſit Philo, Non ipſas poſſeſſiões eſſe traditas Achezarim, ut priuatos dominos excluderẽt, ſed ut ex tributis ac uectigalibus eius tribus more príncipum uiuerent. Id ſi nõ poteſt, niſi qui ſit eiuſdem tribus, eſt aliquid quod ratiocinat Leus? Sed hoc nõ ſolum falſum eſt, uerũ etiam dictu ridiculum. Et ubi tãdem eſt uenenũ, quod hic uidit ſubeſſe Leus? Vbi cornutus ille ſyllogiſmus, è duobus alterũ neceſſario colligens? Vbi Maria periclitans, ne è ſua tribu, in alienam depellatur? Sed in his inamœnis labyrinthis nimiũ diu uerſamur, & meus animus à nullo argumento magis abhorret.

AD XLV.

QVod hic annotat Leus, non uideo quid faciat contra meam annotationem. Nam eſſe participiũ incipiendi apud græcos, ἀρχόμενος, & eſſe præſentis temporis nemo tam impudens eſt qui neget, quod negari nullo modo poteſt. Sed quid interim peccaui, ſi cõmonefeci lectorem, quid ſermo Græcus declararet Latinis auribus? An ingredi Latinis non ſignificat incipere? Sed in priore inquit, editione, ita uertis. Imò teſtatus ſum antehac, cum uentũ eſſet ad Lucam, me multa reliquiſſe ut erant. At in poſteriore editiõe ſecus uerto. Et ipſe Ieſus incipiebat eſſe fermè annorũ triginta, ut putabatur filius Ioſeph. Hoc an annotarit Leus neſcio, certe quicquid eſt, nihil ad me ptinet, niſi quod ille noluit perdere laudẽ cõmonſtrati loci, ſi tamẽ commonſtrauit locum inutilem.

AD

ETiam atq; etiam obsecro te lector, tametsi non dubito, quin iam sis propemodũ enectus tædio muliebrium rixarum, ut hic paululum expergiscaris. Quod legimus apud Lucam.cap.iiij. Et stans super illã, & imperauit febri, & dimisit illam, quoniã & Græcus & Latinus sermo habebat amphibologiã, quã adeo putat uitandam Augustinus, ut malit manifestum solœcismũ, quam sermonem ancipitem, admonui addito pronomine, posse tolli hoc quicquid esset incõmodi, uidelicet si legamus, Stans super illam increpauit febrẽ, eaq; reliquit illam, ut absq; errore lector intelligat, quod sensit Euangelista, post increpationẽ Christi febrem abisse, nõ Christum. Hic cum ille nescio quid stomacharetur, quasi parũ caste, loquutus essem de puella & Christo, nec adhuc sentirem hominis errorem, respondi in schedis, quæ ille recenset, mihi non uideri, cur ille quicquã in me stomacharetur, si uolui sermonem euangelicũ carere incõmodo amphibologiæ. Et adieci dictum, quod illi uisum est plusquã crimen læsæ maiestatis. Sed meminisse cõuenit, quod ut hominẽ mones, ita mones homo. Nam post hoc dictum ille desijt amicus esse, cum ille in toto hoc libro, quo mecum conflictatur nullum habeat dictum humanius, etiam cum uult humanissimus uideri. Nec adhuc suspicari poterã, quid ille lasciuiæ suspicetur subesse in uerbis meis, sed tamen ex responsione, quã postea uulgauit orbi, priusquã mihi liceret audire, deprehendi in quo erret. Siquidem hæc mea uerba, ut ne cauiller, ille refert ad ea quæ præcedunt, quasi in his quæ dicta sunt Stans sup illam reliquit eam, lateat aliquod cauillum parum pudicum, cum palam sit hoc pertinere ad ea, quæ sequuntur, ut ne cauiller, & surgens ministrabat illis, parum cõmode redditum, cum dicendum fuerit, erecta ministrauit illis, siue surrexit ac ministrauit illis. Cum eñ ostendissem

Luce. 4

A

B

C

priorem locum esse parum cõmode redditũ propter amphibologiam, per occupationem, addo & alterum parũ commode redditum, ob neglectam temporis rationem. Et postea miratur me non correxisse locũ illum, qui tam esset obscœnus. Hic uides optime lector, quibus modis illudere possem Leo, si mihi luberet, aut si uacaret talibus nugis occupare bonas horas. At hic quã seuere monet, quàm grauiẽ obiurgat, quã me mihi reuocat oboculos, qui totus excideram mihi, quã religiose me cõmonefacit geminæ religionis. Si senex nonagenarius sic deliraret, nemo putaret ferendum. Hic iuuenis sic delirans, etiam sibi supercilium sumit erga senẽ, & mundum uocat ad seditionem. Cui ridere uacat, legat illius annotationem, dicas Areopagitæ cuiuspiam esse, cum prorsus nõ intelligat quod loquitur. Iam uero mihi uide, quã atrociter hunc locum notat in seditioso illo indice. Petulantius inquit, quã par est, ab eo dictum de Christo annotatione xlvi. Primũ negari non potest, quin Leus hic tota, quod aiunt, aberrarit uia, nec intellexerit locum, quem exagitat. Et tamen cum Areopagitæ supercilio nos obiurgat, incessit, ac propemodum blasphemiæ reum agit. Quod si mihi uenisset usu, puderet me prodire in conspectum eruditorum hominũ. At interim ille sibi plaudit, & quasi re præclare gesta, parare dicitur alios libellos huius farinæ, quo suam denobilitet Britanniam. Ignoscí poterat primo calori, ní contemptís omniũ eruditorum amicorum cõsilijs, hæc euulgasset, quibus si uisa fuissent illa uirulenta, quę post adiecit, multo acrius obstitissent, ne dũ mihi studet labem aspergere, ipse tum suo, tũ gentis suæ nomini dedecus uix eluendum conflaret.

AD XLVII.

Ita ut penè mergeretur.

Lucæ. 5 Hic ascripserã. Lector aliquis nolẽs illic perire apostolos, addidit penè. His offẽsus Lei δυμόσ ἀγνίνωρ.

Et hoc

Et hoc inquit, nasutum. Ad id cum in scheda respondissem, Quid hic nasi est, si rideo lectorem, qui de suo addidit pene, præter euangelicã ueritatem, hic cum id temporis nihil respondisset, nunc tandem oratione Stoica, uel cẽsoria potius, obiurgat quod præter exemplum oĩm & ueterũ, & recentium theologorũ, tribus uerbis iocatus sim inscribam. Quid est hoc quod ego audio? Nusquã iocatur Hieronymus, qui tota ferè disputatione naso suspẽdit Iouinianũ, Heluidium, & Vigilantiũ. Nusquã Cyprianus, nusquã Augustinus? An nõ pudet hæc dicere, quę nemo non intelligit esse falsissima. Ipse Leus, cũ nasum non habeat, quoties tamẽ conatur uti naso, etiã cum ipse est maxime deridiculus. Et qui scis, inquit, an exemplar græcũ interpretis habuerit penè, aut an liber tuus græcus male careat hoc uerbo, quod uidetur bene quadrare sensui? Doceat Leus alicubi reperiri penè in græcis codicibus. Ego monui nusquã mihi lectum esse. Quod si nõ est illi codicis copia, certe cõsulat exẽplar ex Aldi profectũ officina. Atq; hanc bellã annotatiunculã noluit sibi perire in elenchis. Sed in primo etiam ostendit nasos meos.

AD XLVIII.

QVoniam uidebã theologoꝝ uulgus, neglectis euãgelicis præscriptis, tanq; simplicibus, parumq; cõmodis, ad ostentandã eruditionẽ, totam ętatẽ cõsumere in quæstiunculis & argutijs Scotistarũ, & Occanistarum, uolui lectorem attentum reddere, ut animaduerteret hæc quantũuis, ut habentur simplicia, tamen esse ea, quæ nos redderent uere Christianos. Hac occasione Leus mouet nobis grauem inuidiã apud theologos neotericos, quasi sim illis parum æquus. Nec approbat, quod illorũ argutias posthabuerim philosophiæ Chri, sed ꝺd loco nõ suo mihi dicta sint hæc. Atq; hic quoq; impingit mihi, quæ tũ annotarã in schedis, quæ tñ sic ex tẽpore pie dicta, saniora sunt, q; quæ hic biennij labore, totisq;, ut ait, Lucę. σ A

ſtudijs ſuis poſtpoſitis elimauit. Recenſe inquit, annota
B tionem meam, diligentius inſpice, an hoc tibi imputaue
rim, quod Scotiſtarum argutijs præferas doctrinã Chri-
ſti, annotaui te captaſſe occaſionem contra Scotiſtas &
Neotericos, intempeſtiue, hoc eſt, loco non ſuo, nec do-
ctrinam Chriſti poſtpono argutijs neotericorũ, ſed tan-
tum aſſero eorum doctrinam ab hac calumnia, quod nõ
ſit impia, nec abhorrens à doctrina Chriſti, quin potius
utilis ad pietatem. Hactenus Leus. Non uideo cur exiſti
met hoc non ſuo loco dictum. Etenim cum uellem com-
mendare ſimplicem quidẽ, ſed multo ſaluberrimã Chri-
ſti philoſophiam, & uiderem hanc à nonnullis negligi,
ſuſpicientibus Scotiſtarũ argutias, an non tempeſtiuum
erat hoc admonere? Deinde demus eſſe in libris Scotiſta
rum & Occaniſtarꝝ, quæ cõducant ad pietatẽ, non taxo
libros illorum, ſed argutias duntaxat, in quibus cũ pluri
mũ ſit difficultatis, minimũ eſt fructus. Deinde qd opus
C erat, ut Leus doctrinam horũ aſſereret à calumnia, cum
ego non dixerim illorũ doctrinam eſſe impiã, & abhor-
rentem à doctrina Chriſti. Nihil eſt in Euclide, quod ab-
horreat à doctrina Chriſti, & tamen ſtulte fecerit theolo-
gus, qui neglectis euangelijs, totam ætatem, in illius ar-
gutijs terat, Poſtremo an ſummates theologi nihil habi-
D turi ſint, qd reſpondeant de re Chriſtiana, & an nullo in
loco aberrarint à doctrina catholica, putc neminẽ eſſe,
quin intelligat iuueniliter eſſe dictum, quod genus eſt &
illud, quod nuſquã deciſcũt à ueterũ decretis. Si ſoli Oc-
caniſtæ habent quod conſulti de re Chriſtiana reſponde
ant, quid habebat Ambroſius aut Hieronymus quod re-
ſponderet? Atqꝫ has Leus uocat annotatiões, ac ceu the-
ſaurum munerat etiã, & ne quid intercidat, repetit & in-
culcat in dice triplici, identidẽ inculcans me taxare neo-
tericos theologos quo uidelicet horũ turmas in me pro-
uocet.

AD

AD XLIX.

Secundum hæc enim faciebant prophetis.

HIc cum esset in græcorum codicibus duplex lectio, nam in alijs erat prophetis, in alijs pseudoprophetis, in posteriore editione sustuli, è contextu, pseudoprophetis, & mutaui prophetis, quã lectionem mihi magis, pbari demonstrarã & in editione priori. Nec uideo cur huic annotationi sit respondendum. Eodem.

AD L.

Si sit, sicut magister eius.

NEq; uideo quid habeat momẽti hæc annotatio. Et tamen quod Leus negat quicquã à me mutatum in posteriore editione, secus esse cõperiet, qui obseruarit. Eodem.

AD LI.

Sapientia à filijs suis.

NEc hic est inter nos controuersia. Tantũ illud est admonendus lector, cum petissem à Leo ut indicaret locum apud Hieronymũ, ubi legeret ab operibus, tum obticuit. Nunc indicat, non mihi sed orbi. Nã mihi sero nunc indicat. Sed ita tamen crescunt dialogi. Lucę. 7

AD LII.

Lachrymis cœpit rigare.

NEc in hac est quicquam, quod ad me pertineat. Eodem.

AD LIII.

Cuidam fœneratori.

NEc hic quidem est, cur operæpretium sit digladiari, præsertim cum quisquis fœnerator est, idem sit creditor. Porrò an fœneratores soleant condonare debitori tenui, uiderit Leus. Mihi tales nondũ fama cognita sunt, nisi cõdonat, qui non aufert uestimenta nudo, cũ cupiat, si queat. Eodem

AD LIIII.

CVm hic pugna sit Leo aduersus Vallam, nõ aduersus me, Et obstupuerunt parentes eius, &c̃ Lucę. 8

A sus me, non est cur huc pluribus respondeam. Porrò q̃d sibi laudē hanc asserit, quasi monitus dissenserim à Valla, prior editio satis declarat mihi ne tum quidem approbasse Vallensis annotationem, ut quã appellarim argutationem. Etiamsi non defuturũ sit Vallæ, quo sese tueatur aduersus Leum. Primũ enim cõuenit in Matthæo & Marco adiectum esse, eiectis foras omnibus, deinde negari non potest, in græcis codicibus, hic quoq; addi. q̃d illic additum est. Deinde si intelligamus promiscuã turbam stantem pro foribus, si intelligamus aliam fuisse turbam in ædibus interioribus, si intelligamus in eo cubiculi, in quo positum erat funus puellæ, non defuisse quædam officia domestica, quod est admodum probabile, deinde accipiamus turbam, quæ reperta est Christo, ad primas fores, & quæ ipsum comitabatur, uetitam ingredi, præter paucos discipulos. Rursus eiectos omnes ecõ
B clauí, præter discipulos treis, & parentes puellæ, quid habebit Leus, quod argutetur aduersus Vallam? Et ubi erit hoc sophysticum enthymema, qui cõstat omes eiectos, & hos tamẽ adfuisse? Atqui hic dicet Leus, cur igitur mecum sẽseras? Non mihi placuit argutatio Vallæ, Sed multo minus ociosa deliratio Lei, cui nunquã tantũ tributurus eram, si tum ædito libello præbuisset certius ingenij sui specimen. Nam posthac mihi suspectum erit, quicq̃d illi magnopere placuerit. Saltem hanc ueniam mihi donabit Leus, si in aliis mihi non potest ignoscere.

AD LV.

Permitte primũ renũnciare.

Luce. 9 NOn me fugiebat Latinos omnes hoc sanè loco pro ἀποτάξασθαι legere renunciare, uerũ quoniam renunciare uerbum erat ambiguum, maluí ualedicere, quod anceps non esset. Nam renunciat, qui rem factam nunciat, renunciat uxori, qui repudium nunciat, & ab uxore diuertit. Ne quid obiter notem, quod Leus existimat

existimat Origenis homilias in Matthæum, ab Hieronymo uersas, quod si maxime sit, nihil tamẽ aduersum me faceret.

AD LVI.

In testimonium supra illos.

AD hanc, quoniam nihil habet præter, dialogismũ, quem ex meis suisq; post adiectis cotexit, præterque iurgium illud iam nimis frequenter obuium, me durius tractare, quàm par est interpretem, non debuisse me quicquã immutare, post nouum testamentum ab Hieronymo castigatum, atq; his adsimiles nænias, non arbitror operæpretium in his refellẽdis, bonas horas terere. Cum & hæc & alia plura satis diluerim, in apologijs meis. Quod si Leo cordi est, huiusmodi querimonijs me cum agere, refellat illas prius, & longos dialogismos cõficiat licebit. Illud obiter attingam, quod ait illa ætate raros in ecclesia fuisse qui græce scirent, cum adeo uulgata fuerit id temporis græca lingua, ut apostoli græce scripserint Romanis. Deinde quod criminatur me ridere interpretem, quod illum appellem sacrosanctum. Imò Leum potius rideo, qui postulet hoc honoris haberi interpreti, ueluti sacrosancto, ut nefas sit usquã ab illo dissentire, cũ toties ab eo dissentiat Hieronymus. Neq; ferendum putet, quod illum in schedis appellem supinũ, hoc est, oscitantem, ac dormitantem alicubi. Assentiat Leo, nisi nũc græcæ uocis genus oblitus, relinquit latine, nunc è duobus genitiuis græcis, alterum uertit in auferendi casum, alterq; relinquit. Aliaq; huius generis pmulta, quę in posteriore editione etiã elencho demõstrauimus studiosis. Negat nouũ testamentũ sæpius uersum, cũ Augustinus clamet suis tẽporibus penè totidẽ exẽplaria fuisse, q̃t erãt codices, & ut qsq; paulũ qddã græci sermonis attigisset, ita sibi ỹtere nouũ testamentũ. Incusat q̃d impietatis etiã illum arguã, Marci cap. v. q̃d ita uerterit locum quendã. Eodem.

ut ex illius.

ut ex illius uerbis posset absurdus elici sensus, cum illic nihil aliud agam, quã ut ostendam Græca male reddita latine. Cætera quid aliud habent, quàm inane iurgiũ, q̃d dicas esse morosę cuiuspiã mulieris, nõ theologi, quanq̃ in his quoq̃ q̃d aliud quàm rixatur? Itaq̃ præstat ad cætera properare.

AD LVII.

Dilanianseum.

Eodem

NE hic quidem inter Leum & Erasmũ ulla est cõtrouersia. Indicaram apud græcos uariam esse lectionem, sequor eã, quæ uel hoc nomine mihi magis probatur, quod cum nostra cõsentit lectione. Leus agnoscit, quod recte admonuerim de ἀυτὸν, etiamsi hoc mauult debere Laurentio, quasi nihil omnino didicerit ex meis lucubratõibus. Rursus in indice sic loquitur, quasi mihi non fuisset, nisi unicũ exẽplar, & quasi σωτρέθοντος non possit ferri, cum eandem sententiam reddat genitiuus casus & nominatiuus, si res ita postulet. Imo cum συνξίθοντος duplici ratione cõsistat prior hæc est, ut sensus sit spiratum discessisse à puero discerpente seipsum, idq̃ fieri si in ἀυτὸν prior sit aspirata, ut idem ualeat quod ἑαυτὸν. Altera, ut συνξίθοντος paternus casus positus sit, p recto casu. Quod genus est illud Aristophanis in pluto κἀμε προσβιάζεται καὶ ταῦτ' ἀποκρινόμενον τὸ παράπαν οὐδὲν γρύ. Quin & illud ridiculũ, quod ut arbitror in schedulis quas mihi toties ingerit, annotarim, ἀυτὸν, iam pollere q̃d ἑαυτὸν, ille nõ intelligẽs ex ἑαυτὸν fecerit σεαυτὸν, cum σεαυτὸν hoc loco nulla quadret ratione, siue legas συνξίθου, siue συνξίθοντος, cum σεαυτὸν nihil aliud significet, quã teipsum, cui pronomini hic nullius est locus. Vix addubito, quin hæc diuinatio uera sit. Sed tamẽ fingamus me uel aliud agentem, uel calami lapsu, uel ridendi gratia scripsisse σεαυτὸν pro ἑαυτὸν, ubi erant oculi, Imo mens Lei, quæ hoc non deprehenderit esse palã absurdũ?

surdum? Nam nec in annotatione nec in indice uidetur hoc sensisse.

AD LVIII.

Hic maior est.

HIc non uideo quorsum spectēt, quæ prolixo sermone mecum agit Leus, In græcis codicibus constanter habetur ἔσται. Negari nō potest, ille mauult est, quā erit, cum tamen fateatur apud Marcum haberi uerbum futuri temporis. Si quis uult primus esse omnium, erit nouissimus, At ueretur Leus ne si Christus usus fuerit uerbo futuri temporis, Qui ēm minor fuerit inter uos omnes, hic magnus erit, apostoli somniarēt in regno q̄d expectabant in hoc mūdo præcellentem aliquam dignitatem. Primū nihil fuerit absurdi, si Christus aliquandiu reliquerit illos in crasso affectu, quem nondum prorsus uidebātur exuisse. Cum esset tollendus in cœlum, unde exprobrat illis duritiā cordis. Sic & de gladio passus est illos errare, quo post efficacius eximeret uindictæ cupiditatem. Deinde nihil refert ad sensum utrum utaris uerbo futuri temporis an præsentis, quādoquidem hic præsens tempus, ad rem refertur non ad actionem quæ fit in tempore. Deinde quod præcedit τίσ ἀνήκει cum sit uerbū ὁριστικὸν ob coniunctionem expletiuā additam, magis sonat futurum tempus quā præsens. Postremo nihil esset incōmodi si pro ἔσται legatur ἐστὶ, si modo suffragetur codex græcus. Id cum nō esset, an oportuit ad Lei iussum, radere quod constanter habebant exemplaria? Eodem

AD LIX.

Si perseuerauerit pulsans.

ANte testatus sum diebus aliquot me ne contulisse quidē in Luca, cū latinis græca, Sed eam prouinciam alijs delegasse me, quod cōsulerem corporis imbecillitati, nec ualetudo sufficeret oneri laborū. Neq; ēm arbitrabar ingens esse periculum, sic ubi græca dissi- Lu. 11.

derent à latinis, Atq; hic rursus contexens dialogum Leus, expatiatur in locum communẽ, grauiter arguens supinitatem meam, & inexpiabilis flagicij reum agit, qui res tam sacras tractarim tã indiligenter. Negat sibi in animo esse docere, priusquã didicerit, subindicans opinor, me docere, quod nunquã didici. Addit millies olfaciendum quod ad iudicium omniũ, pferatur. Id si Leus præstitit in hoc tam exiguo libello, non deprecabor supinitatis culpam, in opere tam longo tamq; perplexo, præsertim cum eodem tempore sustinerem. Hieronymianam editionem, pręter alia non admodum facilis negocij. Quod siquis indice prodat quoties in hoc libello, in quo quota portio illius est, hallucinetur, quoties dormitet, quoties sibi contradicat, quoties quod carpit, nõ intelligat, quoties in diuersum sensum adducat autores, quantus nasceretur elenchus? Si millies olfaciẽdum est, quod in re sacra uersans adfers in medium iuuandi studio, ter millies olfaciẽdum est, quod æque uersanti in re sacra, scribitur ad carpendum, ubi simul uocatur in periculum, & sacra doctrina, & fama proximi. Et tamẽ hinc hoc sibi laudis uindicat, quod in editiõe posteriore, latina submouerim, ne quid à græcis discreparent, Tam est gloriæ sitiens.

AD LX.

Lucerna corporis tui.

Eodem

OStenderam apud græcos, in priore parte quæ uelut absoluta profertur de corpore cuiusuis animãtis, non addi nec apud Hieronymũ, nec apud græcos pronomen tui. Sed duntaxat in parte posteriore, qua quod in genere dictũ erat, ad rem animi accõmodat. Si oculus tuus simplex &c. Hic Leus primũ sic mecũ agit, non ut refellat, quod à me positum est, sed ut ostendat utranq; lectionem consistere. Quod si uerum est, cur mecum liti-

cum litigat, quod re in æquilibrio sita, in alteram partem me pertraxerit græcorum autorum consensus, etiamsi Hieronymus pro me non faceret? Illud durius, quod Leus autoritatem Chrysostomi, quã pro me citaram retorquet in me, ac ne qua possim elabi, constringit me & urget ipsius uerbis. Ea sic habent. Lucerna corporis tui est oculus tuus, Prius commemorare debemus, quia non de corporali oculo loquitur, nec de hoc corpore, quod uidetur à foris. Alioqui dixisset si oculus tuus sanus fuerit, aut infirmus, Nunc autem dixit, simplex & nequã. Ex his uerbis Chrysostomi quid aliud euincit Leus, quã in ea sermonis parte addi pronomen tui, in qua & ego demonstro addendum? Sed addit ex eodem Chrysostomo. Postquam ergo dixit. Thesaurizate uobis in cœlo, quoniam, ubi Thesaurus tuus fuerit, ibi erit cor tuum, conuenienter subiunxit. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Immo ex his quæ mox sequuntur, conijcere licet, Chrysostomũ legisse ut nos annotamus, Ait enim. Quod enim oculus corpori, hoc intellectus animæ. Cæterum in applicando descenditur ad propiora. Adducit similẽ locum ex Hieronymo. Cuiusmodi etiamsi decem adducat, non euincet tamen hanc esse germanam lectionem, Cum frequeter accidat, ut librarius ex suo animo, aut memoria uoculam aliquam addat, aut autor etiam ipse sermonem ad rem præsentem accommodans, addat nonnihil de suo. Ad hæc conatur docere sententiam catholicã posse consistere, si quod sub persona secũda dictum est, per ἐτέρωσιν ad quamuis personam pertineat. Quemadmodũ dicimus, quid facias, pro eo quod erat simplex, quid faciat aliquis. Primũ quid opus erat ad hunc tropũ confugere? Deinde non sentit Leus quod à me dictum erat absolute, & καθολικῶς non solum pertinere ad oẽme corpus humanũ, sed simpliciter ad oẽme corpus animãtis cuiuscũq;, Mirum est autẽ, q̃d Leus huius annotationis,

nec inter manẽtia meminit nec inter correcta, præsertim cum ille rem faciat clariorem, quam ut in ea uelit mecum pluribus agere.

AD LXI.

Lu. 12. QVod interpres uerterat, In sublime tolli, subindicaui græcis esse, non μεγαλοφρονεῖν, sed μετεωρίζεσθαι quorum prius illud quadrat in eum, qui de seipso magnifice sentit, Posterius in eum, qui sublatis in altum oculis sublimia sectatur, quod solent ij, qui cursus syderũ obseruant. Hic Leus contendit μετεωρίζεσθαι ad fastum pertinere, propterea quod ubi Matthæus habet, & quomodo operiamini, Lucas posuerit in sublime tolli, quod diuites ostentent sese splendido uestitu. Imò nõ hoc agebat hoc sermone Christus ut suos deterreret à fastu, sed ut adimeret eis sollicitudinem futuri. At qui laborant hoc morbo, solent ab astris petere, futurã felicitatem aut calamitatem, & siue quid illa minarentur discrutiari metu, siue quid pollicerentur spe suspendi. Ab huiusmodi curis, Christus uult suos esse liberos, non aliunde pendẽtes quã ab ipso Christo. Iam quod adducit aduersum me, nõ nullis in locis sacræ scripturæ inuitari nos ad contemplationem machinæ cœlestis, quo miremur conditoris sapientiam bonitatem, ac potentiam, non huc pertinet, ut probetur astrologorum curiosa uanaq; sollicitudo, neq; uel tantillũ contra me facit. Porrò quod ex autoritate Lactantij docet Socratẽ, celebri dicto quod fertur, Quæ supra nos, nihil ad nos. uoluisse tollere religionem, quis nõ uidet declamatoria quadam impudentia detortum esse? Qualia permulta licet in Lactantio deprehẽdere. Iam in indice suo miratur me non ceciniisse palinodiã huius erroris, sed tamen agnouisse quadantenus errorem meum, q̃d in editione posteriore fassus sim, me non uidere, quomodo hæc particula quadret cum præcedentibus, ac sequentibus, atq; hic quoq; sua subnectens, dialogum efficit. Et

cit. Et certe nulla ratione quadrat si sic interpreteris ut prius (Ne curemus ea quæ supra nos sunt, ut satis liquere puto ex mea annotatione. Etiam atq; etiam te rogo lector, ut libeat hic paulisper animaduertere qualis sit artifex qui nunc mecum agit in editione posteriore, submonui, quod ait Lucas, ad Genethliacos & astrologos esse referendum, Ex uerbis autem meis Leus priorem partẽ adducit, reliquis omissis, ex quibus lector poterat intelligere quid illic agerẽ. Atq; ad eum modum imponit parum attento lectori, & sibi falsam gloriolam uenatur, uerum ne quis addubitet, hæc esse uera, locum ipsum ut habet subscribam. Nec uideo, inquã quomodo hæc particula quadret, cum præcedentibus ac sequẽtibus, nisi sentiatur de his, qui ex astrorum cursu procul in futurũ consulũt, qui fere mos est diuitum ac principum. Hoc admonere uisum est, ut intelligas, quã non sit fidendum huius fucis, quibus passim insidiatur simplicitati lectorum.

AD LXII.

CVm confessus fuerit me, & confessus in me iuxta sermonis Hebræi proprietatem idem polleant, tantũ annotaui quid haberetur in græco codice. At Leus obiicit Hieronymũ Origenis in Lucam interpretem, qui legat, confessus fuerit me, & confitebor eũ Vt demus hoc opus esse Origenis, ut demus Hieronymũ interpretem, ut demus nihil à scriba mutatum, quid hoc contra me facit? Et tamen certum est alibi legi in me, & in eo. Sed has annotationes putauit addendas, ne non expleret numerum suum. Et hunc locum recenset inter ea, quæ non retractauimus. Eodem.

AD LXIII.

HVic simillimũ est, quod sequitur, cum græci legãt τίνι ἔσται id est cui erit, nec aliud tamen efficiat sermo, quã si dicas, cuius erit, quẽadmodum & Paulus loquitur, si fuerit alteri uiro, iuxta proprietatẽ, ut opinor, sermonis Hebraici, quid hic à me commissum est, Eodem.

etiãsi Hieronymus aut alius quispiam legat, cuius erit?

AD LXIIII.

Lu. 14. POst hæc uerba, gustabunt cœnã meam, admoneo in nonnullis græcorũ codicibus addi, quod in nostris hoc sane loco nõ habetur. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi, & quod dixi in nonnullis haberi, quoniã in alijs non reperi, malui in contextu id sequi, quod congrueret nostræ lectioni. Et tamẽ hoc quoq; Leus recensẽt inter ea, quæ non retractarim. Quid autẽ uolebat hic corrigi Leus?

AD XLV.

Eodem CItarã in annotationibus ex græco codice ἀπιέχεται συμβαλεῖν, id est abijt ut conligat, quũ in contextu sit πορευόμενος, eodem sensu. Quid aliud hic diuinari potest, quã mihi fuisse aliud exemplar cum hæc annotarem, diuersum ab eo, quod secuti sunt castigatores. Et hũiusmodi uarietates, quoniã nihil ad sensum faciunt, & uitari non possunt bibliographis frequenter uocem aliquam mutantibus, ueluti cum pro accedit uenit, aut pro dixit, ponũt dicebat, ut leuioris momẽti crebro neglexi. Sciebam emi lectorem ex ipsa re deprehẽsurum, etiamsi ipse nihil admonuissem.

AD LXVI.

Lu. 15. COmpereram in priore editione, negligentia operarum aut fortasse costigatorũ ὧδε positum pro ὅδε. Nam id non esse factum meo uicio, uel illud argusit, quod in annotatiõibus huius rei nullam facio mentionem. Id in posteriore mutatũ est. Huius rei laudem Leus sibi uindicat, quasi submonuerit. Et addit ex autoritate sua, in cæteris quoq; locis, plusquã Salomon hic legendum esse ὅδε non ὧδε. Cur nõ addidit etiã, ubi legimus, Ecce Christus hic legendum ὅδε, si tantũ autoritatis sibi sumit Leus. Atsi Christus demonstrasset seipsum ilico reclamassent pharisæi.

AD

AD LXVII. Lu. 1.7

OBiecit, quod cũ in priore editiõe uertissem in annotationibus, è regione quæ sub cœlo est, in eam quę sub cœlo est, in cõtextu ferat̃ translatio diuersa, E regione supę cœlesti, in eam quæ sub cœlo est, Ac uerę dicit Leus. Sed sæpenumero iam testatus sum mihi tũ annotationes scriptas, cum nõdum esset in animo quicquã immutare, ex uulgata trasslatiõe. Nam eius mutãdæ cõsilium, in ipso negotio natũ est ab amicis, mihi quidẽ parę auspicato. Proinde cũ uerterem, consentaneũ est græcũ codicẽ habuisse ἐπ' ὀυρανὸν & ὑπὸυρανὸν atcę id tũ uerti, q̃d illic offendebã. Qua quidẽ in re hoc minus erat periculi, quod annotatiões huic lapsui succurrerẽt. At cõferre debebas inquiet? At in tã innumeris difficile est nuscę nõ dormitare. Sed an hic debeatur Leo, q̃d sibi indicat, nescio.

AD LXVIII.

QVoniã in Luca reperi additũ fortè, Fortè uerebuntur filium meũ, uerti q̃d scriptũ est apud græcos. Lu. 20.
Hic Leus me rogat, cur nõ & hic addiderim, aduerbiũ adiectum à quopiã, qui uerebat̃ ne deus mẽtitus uideret̃, aut inscius futuri? Cauillator, cur dicerẽ additũ esse, q̃d constanter habet̃ in græcis codicibus? Et tamẽ nihil phibet alibi non additũ esse. Necę mihi reddẽda ratio est q̃d hunc aut illũ stulte moueat, cũ hac occasione reperiamus non pauca loca mutata in libris sacris.

AD LXIX.

QVod in editione priore, scriptum reperit Leus. Et facti sunt amici Pilatus & Herodes, in ipsa die, Lu. 23.
Cũ græcis addatur μετ' ἀλλήλων id est inuicẽ, quod tamẽ addidimus in posteriore, quĩd aliud suspicari potest, aut p obliuionẽ esse relictam uulgatã lectionem, aut operarę incuria, omissa duo uerba, aut me neglexisse, cũ idem esset sensus. Nam qui fiunt amici, inter se fiunt amici, præsertim cũ mox sequat̃ πρὸς ἑαυτὸν id est inter se.

IN IO.

IN IOANNEM.

AD LXX.

Ioan. i.

A



NNotaram nõ ex capitis mei somnio, sed ex græcorum cõpluriũ sent ẽtia, quãtam uim habeat græcus articulus addi tus aut omissus. Et tamen alicubi fateor quod illi annotãt, non à deo perpetuo seruari, qn alicubi, seu casu, seu librariorum incuria, reperiatur aliqua ex parte non obseruatũ, Cæterum quod Leus existimat in hoc sermone καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, nihil offecturũ sententiæ Christianæ, siquis addat articulum, nimirum, ausus est sutor ultra crepidam iudicare. Nam Leo reclamabunt, quicunq; græce norunt Cæterum quod à nobis est annotatũ, non uidetur satis animaduersum à Leo. Siquis demonstrans lapidem dicat, hoc non est terra, sentiens lapidem non esse naturæ terreæ, si uelit articulum addere, τοῦτο οὐκ ἔστιν ἡ γῆ, ridiculus erit omnibus græcę lingue peritis. Item siquis tenue uinum demonstrans dicat, hoc est aqua, si addito articulo dicat, τοῦτο ἐστι τὸ ὕδωρ ridebitur consimiliter, siquis de homine uehemẽter stolido dicat, οὗτος οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος ridicule loqueret, nisi sentiret, non esse eum hominẽ, de quo prius esset loquutus. Itaq;

B

cum dicimus, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, cum intelligimus uerbum esse & ipsum naturæ diuinæ, non potest addi articulus, & si quis addat, sensum hæreticum expresserit. Nec minus absurdum, quã si quis dicat, filius est pater. Non animaduerterit Leus, toto hoc sermone quoties de personis habet

nis habetur sermo, non omitti articulum. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ὁ λόγος dixit, nō λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. Non est omissus articulus, quod sentiat filiū fuisse apud patrem. Ac rursus. ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν addidit articulum, quod filius non dicatur adesse diuinæ essentiæ, cum sit ipsa essentia, sed adesse patri, Vnica tantum in parte omissus est articulus, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ὁ λόγος habet articulum, quia personæ designat proprietatem θεὸς non habet quod naturam significet non personam. Iam loca quæ Leus aduersum me congerit, nihil aduersum me faciunt. Nam quod Paulus epistolæ ad Romanos cap. iij. γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθής, addidit deo græcum articulum, primū dicere poteram illic ὁ θεὸς pro patre positum. Sed demus ita positum, ut totam trinitatem complectatur, demus ut hic naturam diuinam significet, tamē ita ponitur tanquā certum quiddam, quod ueluti sub ratione unius personæ possit demonstrari, quēadmodum ἡ γῆ aut, τὸ ὕδωρ, aut τὸ πῦρ, aut ὁ κόσμος recte dixerit, qui totā terram hanc aut totum elementum aquę, aut totum elementum ignis, aut totam hāc mundi machinam, tanquā unū quiddam demonstret. At si quis horum aliquid de re singulari prædicaret, quā uellet significare terreæ, aqueæ, aut igneę naturę, intolerabilis esset additus articulus nō minus quā si quis dicat, ἄνθρωπός ἐστι τὸ ζῷον, id est homo est animal, cum nullum certū animal significetur, quod demonstrari queat, sed ipsa duntaxat ratio animantis. Hac ratione diluta sunt & cætera quę Leus adfert, aut adferre poterit. Porrò quod existimat uehemēter absurdū, si articulus additus deo, demōstret patrem, cum Paulus aliquoties dicat, ὁ θεὸς καὶ πατὴρ. Nam implicatur, inqt, primo loco, quod additur secundo, ut hoc sit, si reddatur deus, qui est pater, & pater, Cum nihil plus significet pater primo loco, quā secundo, nempe personā patris, si eā uim habet articulus. Hæc ille. Nullus hoc docet esse ne-

ceſſe, ſi addas articulum deo, continuo patrem ſignificari, poteſt ſignificari filius, poteſt & ſpiritus ſanctus, ſiqs eum referat de quo ſit ante facta mentio, aut ueluti demõſtret. Etiamſi uerum ſit in euangelio Ioannis, hoc certe loco articulum efficere, quod dico, ſed quid habet abſurdi hic ſermo, ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ὁ θεὸς referatur ad patrem, donemus. Ergo non eſt alia ratio uocabulorũ patris ac dei? Si filius regis de patre ſuo loquens dicat, ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ μου, num abſurde dicet. Atqui cum ὁ βασιλεὺς referatur ad patrem propter articulum, tamen addit patrẽ, nõ quod idem bis dicat, ſed quod eidem perſonæ, nõ eadem ratione duo quædã tribuat, primũ quod rex ſit, deF inde quod ipſius pater. Alioqui dicetur eadem eſſe abſurditas in pronomine. Hic pater meus. Hic demonſtrat patrem, quid opus erat addere pater? Ita Paulus cum ait, ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, unum quẽdam demonſtrat, qui idem ſit deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. Itaq; demiror Leum hæc, quę non intelligit, tanta cum autoritate uelle docere, & qui uult uideri tam acutus, in his tã craſſis nihil uidere. Porrò quod alicubi reperiatur articulus omiſſus, quemadmodum legitur Ioannis cap. xx. mirum uideri non debet, cnm idem & alibi reperiatur apud græcos, at non ubiuis. Cæterum rationes omnes, ubi liceat, ubi non liceat, nõ eſt huius loci perſequi, qui uolet petat ex Apollonij fragmentis. Necq; tamen hic locus, quẽ adG ducit ex Ioanne, magnopere facit pro Leo, imò nihil illi prorſus opitulatur. Non enim animaduertit articulum præceſſiſſe, qui refertur ad cætera quoq; quæ ſequuntur, Ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν καὶ θεόν μου, καὶ θεὸν ὑμῶν. Quod ita uertas licebit. Aſcendo ad eũ, qui eſt pater meus, & pater ueſter, deus meus, & deus ueſter. Iam quod decernit Leus, articulũ deo patri, aut uerbo, aut ſpiritui additũ diſcernere, deum uerũ à diis falſis, uerbum increatum, ab humano uerbo, ſpiritũ dei à ſpiritu no-

tu noſtro, ita frequenter eſt uerũ, ut tamẽ nihil uetet, ĩſdẽ uocibus articulũ addi nonnunquã, imò ſæpius addi neceſſario, uelutſi repetatur ſermo, de quo prius habita ſit mentio, dicendum eſſet, εἰπὲ πάλιν τὸν λόγον, cũ loquatur de ſermone humano, & q ſecus loqueretẽ græcis eſſet deridiculus. Hic cũ conſtet Leũ tota prorſus errare uia, tamen uides lector, quã non inſultem illi, quẽ admodum ille ſubinde mihi inſultat, etiã nulla de cauſa. Vel ex hoc intellige prudẽs lector, hanc annotationẽ mihi nõ fuiſſe cõmunicatã à Leo, q̃d nihil reſpõderim, reſponſurus utique, ad tã manifeſtas nænias. Et tamẽ hunc locũ notauit inter ea quæ nõ mutarim, bis ineptiens, quaſi aut mutandum eſſet aliq̃d ex his, quæ bene dicta ſunt, aut quaſi Leus huius rei me cõmonuiſſet.

AD LXXI.

Eodem, A

HAnc unã annotationem diſſecuit in duas, q̃ rem faceret inuidioſiorẽ. Neq; cõtentus hoc ingeſſiſſe in annotatione, rurſus in indice prolixo ſermone, ipſe quiẽ, q nõ uideo q̃rſum attinebat, cũ inter Leũ & me nulla ſit de re ꝓ trouerſia. Neq; eñ aliud unquã aut ſcripſi aut ſenſi, de trium ꝓſonarũ eadẽ ſingulari ac ſimpliciſſima eſſentia, quã ſentiũt orthodoxi, tantũ hoc cauillari poterat Leus, q̃d abuſus ſim una uocula particeps. Atqui cũ toties clamet Hilarius, toties Auguſtinus, toties Dionyſius, quoties de rebus diuinis uerba fiunt, nullas eſſe uoces humanas, qbus exprimere poſſimus illarũ ineffabilẽ & incogitabilẽ naturã, ſed qualibuſcũq; ꝓbis nobis de illis eſſe balbutiendũ uelimus nolimus, cũ idẽ clariſſime teſtetẽ Didymus in ope de ſpiritu ſctõ, q̃d Hieronymus latinitate donauit, cũ Auguſtinus ineffabilẽ illã ꝓiũctionẽ humanæ naturę cũ diuina in eandẽ hypoſtaſim aliq̃ties in epiſtolis mixturã & ꝓmixturã appellet, haud dubie uocabło nõ congruẽte rei, ut habet explicãdæ, cũ nullis hoĩm uerbis poſſit explicari, qñ nondum ferũt aures theologorũ,

B

C si quis dicat hypostasin Iesu Christi, constare, compositã esse, conglutinatam esse, coagmentatam esse, copulatam esse, conflatam esse, consociatã esse, commixtam esse, ex deo & homine. Tantum ferunt, in ea naturam humanã cum diuina unitam esse, & tamen hoc ipsum uocabulum unitam si quis ad uiuũ exigat, nihil minus significat, quã quod nos ita de deo balbutientes sentimus. Nam natura naturę unita, quid aliud sonat, quã è duabus naturis unã esse factam? Quod de Christo prædicare sit impiũ. Hæc cum sic habeant, cur Leus mihi grauat unius uoculę gratiam facere, præsertim cũ ex his quæ præcedunt ac sequũ
D tur eodem in loco satis liqueat, non aliud sentire me, quã quod sentiunt orthodoxi? Neq; em̃ sic uoco filiũ dei participem diuinæ essentiæ ut pars sit apud patrẽ, pars apud filium, pars apud spiritum sanctum, sed ut eadem sit oĩm nescio an liceat addere cõmunis. At hoc etiã mollius est filium dicere participem diuinæ naturæ, quod eam habeat à patre, Sed ita ut pater nihilo secius habeat eandẽ quã dat filio. An non abutimur hac uoce, de rebus etiam humanis loquentes? Nõne totius corporis singulę partes, participes sunt animæ, & tamen anima sic est cõmunis
E omniũ, ut in singulis mẽbris sit tota ac simplex. Scio grę corum uocem ad hãc rem explicandam esse magis accõmodam μετέχων quod fere sonat quasi dicas cũ alio habens, Si habere dicitur, qui non caret, certe filius non caret natura diuina, Et si habet, nec solus habet, non uideo cur non possit dici μετέχειν, hoc est participes esse patri, à quo habet ut sit deus, Quod si latini non habent aliam uocem qua reddant uerbum μετέχειν, quã participare siue participem esse, quando quicquid loquimur de rebus diuinis mera balbuties est, non uideo cur dei filius absurde dicatur particeps naturæ diuinæ, quemadmodum homo dicitur particeps rationis, particeps naturæ humanæ, non quod pars naturæ sit apud hũc, pars apud alios,

sed quod

sed quod nõ careat ratione, neq; expers sit naturæ humanæ. Quod si dicas, participem esse non exprimere singu F
larem ac simplicissimã essentiam, eandem in tribus personis, fortassis ὁμουσίου uocabulum idem exprimet apte, nec μετουσίου, nec quod propius etiam accedit αὐτουσίου. Neq; enim sic filius est patri, ὁμόυσιος quẽadmodum homo homini aut olla ollæ ex eadem argilla fictilis, Imò nihil est in rebus cõditis, q̃d alij cuiquã simili modo possit ὁμούσιον dici, quẽadmodum filius dicitur homusios patri, Iam nunc latine non ueremur dicere filium patri consubstantialem, cum olim orthodoxi non sint ueriti facere tres substantias diuinas, quẽadmodum nunc tres personas dicimus. Ad quã rationem impium sit dicere filiũ patri consubstãtialem. Porrò cum græcis ὑπόσασις sonet substantiam, tamen Hieronymus horret cõfiteri tres hypostases in deo, ut ne dicã interim ne substantiã quidem
proprie dici deum, quãdo hinc dicta uidetur, quod huic G
innitantur accidentia. Atqui cum dicimus deum regnare, sapere, prouidere, præscire, uiuere, abutimur uocabulis humanis, q̃d proprie & per omnia quadrantia desint. Hæc ideo refero, quo declarem, non oportere uideri mirum si ego uerbo participij sim abusus. Dices, nõ sat erat dicere, uerbum est diuinæ essentiæ, omissa dictione particeps? Significare uolebam filium quod deus est, hoc habere cum patre cõmune, imò adeo ab ipso patre. Quid igitur ad rem faciunt quæ Leus hic cõgerit, de homusio de plenitudine diuinitatis in Christo, de Christo, natura uereq; deo, quorum adeo nihil negamus, ut hoc ipso in
loco quem reprehendit Leus, non aliud agamus, ut non potuerit obscurum esse lectori in quem sensum abuterer uocabulo participis, Et tamen hanc ipsam uocem explaH
naui posteriore editione nequis offendi posset. At negat Leus idem ualere, ὁμούσιον τῷ πατρὶ & participẽ illi diuinæ essentiæ, Si urget uerbi proprietate, nec ὁμούσιος

est filius patri. Si cogitur concedere, aliquem uerbi abusum, cur in altero est tam iniquus? Non idē ualent, si particeps dicatur in eum sensum in quē interpretatur Leus, at ipse in eum sensum non usurpaui. Filius non est particeps diuinæ essentiæ, ut sit pars diuinæ essentiæ. Non est particeps diuinitatis, quēadmodum nos sumus, an ideo nullo pacto particeps est? At nihil aliud efficiūt quæ Leus adducit, in indice quo notat à nobis relicta, Nonne Christianæ dixeris tribus personis esse regni consortiū, quod idem regnum sit omniū? At quid interest inter cōsortem & participem? Quorsum hic attinebat Arianorū facere mentionem, nisi ut huiusmodi coronide cresceret uolumen? Aut quid referebat de uocabulo tam anxie disputare, cum de re nulla esset controuersia? Postremo cū Augustinus scribit, in filijs gratiæ participationē esse diuinitatis, in filio naturæ plenitudinem, non negat simpliciter, filium esse participem diuinitatis, sed negat eo modo esse, quo nos sumus participes. Aliter deus nobis impartit suam diuinitatem, aliter filio. An hoc quoq; uerbū horrebit Leus? At cur non dicatur impartire deitatem filio, qui dat & autor est, ut sit deus? Qui non loquetur de rebus diuinis nisi uerbis per oīnia quadrantibus, illi tacēdum fuerit. Hæc dixerim nō quod studeā esse nouorum uerborū autor, Tantū indicare uolui, in quē sensum abusus sim uocabulo participis, nec temere sum abusus, ni fallor, nec impudenter.

AD LXXII.

A HIc ratiocinat Leus ex uerbis meis, me filio adimere uocabulū principij, quod ita scripserim in priore editione. Oīnia p ipsum facta sunt, rectius uertisset per illud, nisi mauis, pnomen ipsum referre ad deū patrem, uerum huic sensui refragatur præpositio ἀπὸ quę pugnat cū ratione principij. Hoc obiter admonebam lectorem, sermonē Euangelistæ sensum ancipitē habere, nō minus

non minus apud græcos quã apud nos, quod hæc partí-
cula per ipsum, uel ad deum patrem referrí posset, uel ad
uerbum. Pròinde disquiro utrí cõmodius possit accom-
modarí, subindicans mihí magís probarí, ut referatur
ad uerbum, & intelligamus patrẽ omnia condidisse per B
filium. Id quo probabílius reddam, adfero causam, quod
cum patrí competat summa, & absolutíssima ratio prín-
cipíj. præpositionem, διὰ fílio magís congruere, quàm
patrí, quí licet non sit creatum instrumẽtum patrís, quẽ-
admodum hæretící quídam somníarunt, per quod reli-
qua crearet omnia, tamẽ ea sermonis specie scriptura my
stica sic loquitur de fílio, quasi patrí sit instrumentí cuiuꝑ
dam uice, (sit mihí fas tantís per hís uerbís abutí) quãdo
per íllum condidit mundum, per íllum redemit humanũ
genus, pillũ nos recõcíliauit sibi, Atq; hic Leus egregiũ,
ut putat, telum nactus, quo me cõficiat, in os ingerit, qd
Ioannis cap. víj. negarím cõpetere, in uerbum absolutã
príncipíj appellationẽ. Quam ibí inqt, ut mihí uidetur,
plus satís sed hic multo magís adímis uerbo. Nã præposí
tionem, διὰ id est per, quã uerbo tríbuis, cũ non audeas
tríbuere patrí, dícis pugnare cũ ratione príncipíj. Hic, pti C
nus sequitur, ut dícas cũ uerbo pugnare appellationem
príncipíj, ut prorsus sit repugnãtia, si uerbũ dícat prínci-
pium. Sub hæc relegat lectorẽ, ad caput Ioannis. xíj. Vbi
pulchre demõstrarit fílio quoq; cõpetere, absolutã prín-
cipíj rationẽ. Quod q; magnífice præstet, paulo post ex-
cutiemus. Interím huic mœníũ partí quã Leus suís arieti
bus quatit, succurrẽdum est. Hæc quæ modís oĩbus ad
calumníã detorquet Leus, si nacta fuerint íníquũ inter-
pretem, uideri possint periculose dicta, Sin ęquũ nihil est
incõmodi. Primũ enim non tã hic agimus de natura rei,
q; de cõsuetudine sermonis hũaní. Refert Augustinus ue
luti solẽníter, patrí tríbuí potentiã, fílio sapientiã, spũi boní
tatẽ. Cũ tñ oĩm sit eadẽ potẽtia, eadẽ sapiẽtia, eadẽ bõitas.

Ad hanc

D Ad hanc rationem in ſymbolo quod uulgus apoſtolorũ uocat, pater oẽnipotens dicitur, nõ filius aut ſpiritus ſanctus. Pater dicitur conditor cœli ac terre, filius ac ſpiritus ſanctus non dicitur. Atq; huius conſuetudinis, Auguſtinus nonnullas reddit cauſas, quas hic recenſere non eſt neceſſe. Iam præpoſitionem, διὰ, ſonare rationem quan-
E dam inſtrumenti, uel illud arguit quod hũc Pauli ſermonem, per quem fecit & ſęcula, interpretantes theologi annotant, per, illic non notare inſtrumentum, ſed cooperãtẽ. Hoc quorſum opus erat admonere, ſi nihil erat in ea prępoſitione quale dico? Quin & Durandus lib. Sent. i. diſt. xxxi. q. i. docens quæ quibus de cauſis proprie ſingulis perſonis tribuantur. Cum ſint tamen omniũ cõmunia, refert, quod Hilarius æternitatẽ attribuat patri, imaginem filio, uſum ſpiritui ſancto. Auguſtinus patri attribuit unitatẽ æqualitatem filio, cõnexionem ſpiritui ſancto. Quo quidem in loco illud obiter admonitum uolo lectorem uideri Durandum nõ ſatis percepiſſe, quid Hilarius dixiſſet uſum uerbo Durandi ſunt hæc. Vſus uero appropriatur ſpiritui ſancto, quia uti large accipiẽdo eſt aſſumere aliquid in facultate uoluntatis. Spiritus autem ſanctus, procedit per modum uoluntatis. Hactenus Durandus. At Hilarius uſum dixit Vtilitatem ſiue beneficẽtiam. Pater eſt ęternus, ſpiritus ſimilis patri, ſpiritus ſanctus, beneficus. Vide lector, quid eſt ſcire latine, Mox adiungit præpoſitionem ex, quoties ſignificat habitudinẽ cauſæ efficiẽtis, proprie tribui patri, quemadmodum & potentiam. Cæterum præpoſitionem per, ut declarat habitudinem forme, per quã agens agit, ſicut dicimus, ꝙd artifex agit per artem cõpetere filio ceu peculiarem prępoſitionẽ in, tribui ſpiritui ſancto, cur igitur Leus uelut abſurde dictum calumniatur, quod dixi prępoſitionem διὰ nõ proprię competere patri? Iam quod eſt apud Paulum, ex ipſo, per ipſum, & in ipſo, tametſi non improbo Chry-

Chrysostomi sententiam qui putat hæc omnia simul in patrem competere, quidam interpretes quorum est Ambrosius, & ante hunc Origenes interprete Hieronymo, horum singula ad singulas personas referunt, per ipsum propriæ filio accõmodantes. Siquis diffidit nobis, Ambrosij uerba sunt hæc. Quia omniũ creator est deus, fecit F enim ea quæ non erant, ut essent, ideo ex ipso sunt omnia. Et quoniã ab ipso sunt, per filium eius, qui eiusdem utiq; substantiæ est, esse cœperunt, cuius opus patris est opus. Quia ergo ipse operatur per filiũ, per ipsum sunt omnia. Et quoniã quæ sunt ex deo per deum sunt, post renata in spiritu sancto sunt, in ipso sunt omnia &c. Origenes enarrans hunc locum, confert cum altero qui est apud Paulũ Vnus deus pater ex quo omnia, unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia. Quid quod ne Chrysostomus quidem negat, peculiarius cõpetere in filium, ut per ipsum dicatur operari pater, sed eos reiicit qui dictitabãt hanc præpositionem διὰ minuere filij dignitatem, quẽ uolebant à deo nõ solum genitum, sed etiam cõditum, ut per eum reliqua cõderet uniuersa. Adde, quod argumẽtum ipsum huius loci cogit, ut ad uerbum referatur, non ad patrem, siquidem hoc agit Euangelista, ut doceat uerbum non fuisse creatum in tempore, sed in principio fuisse apud deum patrem antequã conderentnr omnia, & adeo non fuisse partem rerum ex tempore conditarum, ut per hunc pater uniuersa condiderit, quicquid est rerũ G uel uisibilium, uel intelligibilium, non quod filius sit instrumentum patris, sed quod de eo sub ratione quadam instrumenti loquamur. Per filium legitur pater condidisse mundum. At nusquã legitur filius per patrem condidisse mundum. Et tamen filius æque condidit ac pater. Quid est in causa? Nisi quod patri tribuitur autoritas, uelut peculiaris, quemadmodum non uno in loco declarat Hilarius, quam Cyrillus fontem appellat, recẽtiores ab- H

 solutam ma-

ſolutam maximeq; propriam principij rationem. Hanc filio ſimpliciter non tribuit. Nam ut hoc eſt filio cũ patre cõmune quod natura deus eſt, ita commune non eſt, q̃d deus eſt ex deo. Porrò quod Hilarius appellauit autoritatem, nos principij ratione appellauimus. Siquidem autore diuo Thoma, in libro quẽ ſcripſit aduerſus errores græcorum, perſona dicitur per eam operari perſonam, cui autor eſt, ut ſit, quemadmodum pater operari dicitur per filium, non cõtra. Idem ex eo quod filius dicitur operari per ſpiritum ſanctum, neceſſario colligi putat, quod ſpiritus ſanctus procedat à filio. Atq; huius opiniõis autorem citat Athanaſium ex epiſtola quadam ad Serapio
I nem. Porrò quod Diuus Baſilius, in libro quem ſcripſit aduerſus Eunomiũ, dixit quod ſpiritus ſanctus uere per filium operetur, ſic excuſat, ut interpretetur ſpiritum operari per filium, ſecundum humanam naturam, alioqui falſum eſſe quod ſcripſit Baſilius. Atque adeo peculiaris eſt patri principij ratio, ut hoc ipſum quod filius aliquo modo dicitur principium, habeat à patre. Sed habere ab alio, pugnat cum abſoluta ratione principij. Sed his de rebus, alias ſuo loco. Nunc de uſu, atque abuſu huius præpoſitionis διὰ, peragamus quæ ratione quandam ac ſpeciem habet inſtrumenti. Quandam addo, ne quis putet eſſe ueram inſtrumenti rationem in filio aut ſpiritu ſancto. Nam forma per quam agit aliquis, inſtrumenti rationem quandam habet. Conferam exemplum
K humanum, quo res fiat dilucidior. Rex per magiſtratus reddit ius, per duces bellat, per ſenatores decernit, cũ tamen hij uere reddant ius, uere bellent, uero decernant. Sed quoniam ut iſta facere poſſint, habent à rege, regi tribuitur autoritas omnium quę fiunt. Ad eum modum loquimur & de perſonis diuinis. Pater per filium condidit mundũ, p̃ filiũ redemit mundũ. In rebus humanis declarat inſtrumentũ, in rebus diuinis non eſt quidem inſtrumentũ,

strumentũ, Sed tamen est in sermouis specie, qua de deo balbutimus ratio quædam est instrumenti, quæ nimirũ pugnat, cũ prima ac propria ratione autoritatis ac principij. Quæ si nulla est in patre, ut non eadem sit in filio, recte dicemus omnia à filio condita per patrem quemadmodum recte dicimus, omnia à patre fuisse condita per filium. Vt ne commemorem, quod usus solennis ecclesiæ, quicquid petit à patre, per filium petit, At contra, cum à filio petit, non addit per patrem, sed qui uiuis & regnas &c. Iam quod Leus docere nititur, alicubi reperiri sermonis hanc formam tribui patri, quod genus est illud, per quem uocati estis in societatem filij eius, mirũ uideri non debet, cum ad eum modum aliquoties loquamur, & de rebus humanis, per me non stabit, per hos condita est Troia, per te factum est, quo minus uicerim. In quibus omnibus, autor intelligitur, non instrumentum, etiamsi non abest omnino instrumenti ratio quædam. Quod genus sermonis sit rex per se iussit, rex ipse scripsit rex per se edixit, hoc est ipse sibi fuit instrumentum, nec alio usus est instrumento. Vides nusquam abesse rationem aliquam instrumenti, etiam cum maxime abutimur hac præpositione. Sic pater dicitur sui principium, quod à nullo sit alio, & per hunc facta sint omnia, quod ad id non egerit ullo adminiculo. Neq; uero hic simpliciter agebatur, an recte dici possit, per patrem esse condita omnia, de patre loquebamur ac filio, disquirentes in utrũ magis competeret hic sermo. Oĩa per ipsum facta sunt. Omnia sunt condita à patre per uerbum, An oĩa snnt condita à ῾Verbo per patrẽ? Quod si donat Leus pfectissimã, maximeq; ppriã & absolutã principij rationem cõpetere patri, tũ prepositionẽ ἀπὸ pierũq; pugnare cũ ratione autoritatis, siue originis, siue principij, certe erat cur hic mallem ad filium pertinere, quod dictum est,

L

M

N

Omnia per ipsum facta sunt, quã ad patrem. Nec ideo ad
imo filio principij uocabulum, si in conferendo magis at
tribuo patri. Nec ideo falsum est præpositionem διὰ pu-
gnare cum ratione principij, sicubi secus hac abutimur.
Sed hactenus tamen, ut filius non dicatur operari per pa
O trem, cum pater per filium operetur. Nec ideo filius non
est aliqua ratione principiũ, si præpositio διὰ, magis cõ-
petit in filium quã in patrẽ. Nam filius hoc ipsum, quod
aliquo modo principium dicit, habet à patre. Necq; em̃
aliud sensisse me, uel ipsa uerba, quibus usus sum in ædi-
tione priore, satis arguunt. Verum inquã huic sensui nõ
nihil refragatur præpositio Cum aio, nonnihil, an nõ in-
dico non undiquaq; refragari? Atq; hic lubens rogarim
Leum quo consilio reliquerit, illud nõnihil, haud quaq;
relicturus, si contra me fecisset. Deinde cum addo, & ma
gis concinit cum Paulinis uerbis, per quem fecit & sæcu
la. Cur hoc quoq; dissimulauit Leus? An nõ audiebat hic
p me non absolute sed per comparationem loqui? His arti
bus cum rem agat, tamen negat se rhetoricen tenere, sed
nuda simplicitq; ueritate niti. Iam illud exemplum quod
adfert Leus, per memetipsum iurauí, non admodum ad
hanc disputationem facit, cum hic græcis non sit præpo-
sitio διὰ. Quid habeant Hebræi nescio, qui uidentur in
huiusmodi abuti in, pro, per. Porrò q̃d in indice suo quo
recẽset ea quæ uidelicet ipsius admonitu sim moderatus,
ubi prius dixeram διὰ pugnare cum ratione principij, in
posteriore uoluminis editione adiecerim principij pater
ni, siue mauis Hilarij ῥ̃bo uti, autoritatis, Primũ de hoc
loco nihil admonuerat Leus, sed tantum de Cap. lo. viij.
Hunc non animaduerterat, aut si animaduertit celauit.
Deinde si non adiecissem quod adieci, cum illic agerem
de patre, quid accipi poterat, nisi ratio paterni principij?
Porrò quod Leus ibidem subijcit aliud inquiens, sentit
Hieronymus, qui per ipsum ad patrem refert, non satis
intelli-

intelligo, quic sibi uelit. Non enim arbitror Hieronymũ illud sentire, Sermonẽ hunc omnia per ipsum facta sunt, ad patrem esse referendum, cum magno consensu ueteres orthodoxi, referant ad filium. Siquidem Hilarius ex hoc loco colligit æternitatem uerbi. Infinitũ est, inquit, per quod fit omne, quod factũ est, & cum ab eo sint omnia, & tempus ab eo est. Item Augustinus in hoc euangeliũ. Concede, inquit, nõ factum uerbum, per quod facta sunt omnia. Indicat idem Origenes admonens ex hoc loco, Valentinũ ansam arripuisse, ut diceret uerbũ esse quod mũdane creationis præstitit causam creatori. Rursus Hilarius, sine ipso factum est nihil, cum enim nihil sine eo, intelligo non esse solum, quia alius est, per quem alius sine quo non. Sed quid opus est in re per se perspicua, testimonia congerere. Primũ hoc constat cum ea principij ratione quę patri peculiaris est, pugnat præpositio διὰ quę tamen filio congruit. Nec ideo non pugnat in genere, si paucis in locis abutimur hac præpositione cum pugnet plerũq;, & pugnet, iuxta natiuam & germanam significationem. Ex his satis opinor liquere, me non tam impie sentire de principio filij quã interpretatur Leus. Verum quoniam nos relegat ad alterum locum, ubi totis copijs hanc rem exagitat, præstat ut quod supereſt huius disputationis eo differamus. Atqui hinc animaduerte lector Lei nostri ciuilitatem. Si quid odiosius est nactus, id nusquã non iterat, non ingerit, non inculcat cum nusquam collaudet, ac ne mentionem quidem faciat si quid ex meis profecerit.

Q

AD LXXIII.

ANnotaram ex autoritate Chrysostomi, quosdã hæreticos ita distinguere, Sine ipso factum est nihil, atq; hic colo interiecto, subijcere. Quod factũ est, in ipso uita erat. Id Leus non negat esse uerum, nec negare potera ꝗd scripsit Chrysostomus, Sed negat esse hæreticos.

Ioan. 1.

ticos quicunq; sic distinguunt. Nec hoc à me dictum est. Verum eos dixi hæreticos qui sic distinguũt, & quod distinguunt in eum quẽ dixi sensum interpretantur. Et tamen hunc locum Leus recẽset inter eos quos reliquerim incastigatos, Quid autem hic à me corrigi uolebat? An id uolebat à me retractari, quod non scripseram.

AD LXXIIII.

Eodem. HIc negat sibi notum esse locũ in quo diuus Hieronymus reiecit quorundam cõmentum interpretãtium, In his uerbis & sine ipso factum est nihil, nihil significare peccatũ. Atqui id mirũ est assidue uersanti in sacris autoribus. Iam locus quem adducit aduersum me, ex cõmentarijs quos diuus Hieronymus scripsit in Osee prophetã, nõ admodum mecum pugnat. Quis enim negat esse quod uerum est, & nihil esse quod falsum est? Aut quis nescit homines nihili dici nullius precij? Et idolum paulo dici nihil, quod nihil differat à reliqs lignis, quod ad religionem attinet. Sed quis audiuit, ubi de rebus condendis fit mentio, aliquid esse cõditum quod diceretur nihil? Et tamẽ Leus notat, nec hanc annotationẽ à me castigatam esse.

AD LXXV.

Eodem RVrsus Leus philosophatur in articulo græco, Annotarã & illic articulum additũ καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς, quo intelligeretur Christus nõ queuis esse uita, sed uera illa & ineffabilis quẽadmodum & Luci additur articulus. Hic rogat Leus cur apud Iacobum legatur ἡ ζωὴ addito item articulo cum de uita mortali loquatur. Mox enim sequitur, uapor ad modicum parens, Hoc quod Leus obijcit, non magis ad me pertinet, quã ad Chrysostomũ, ad Cyrillum, ad Athanasium, ad Didymũ, quorum autoritatẽ hac in parte sequor. Sed tamen ne nihil respõdeatur Leo, quẽadmodum articulus uere uim hanc obtinet, ut

net, ut distinguat rem uulgarem, à re insigni, ueluti τὸ ἀγαθὸν articulus distinguit à quouis uulgari bono, τὸ καλὸν, à quouis pulchro, τὸ πᾶν, hoc uniuersum, à quouis toto, non tamen hoc ita perpetuum est, quin aliis occasionibus articulus apponi possit ut tamē non idem efficiat, ueluti cum demonstratur aliquid, cū repetitur cuius ante fuerit mentio, cum aliquis ab alio secernitur. Atq; id esse in Iacobi sermone facile deprehendet, q legerit attentius. Postremo non est opus hac distinctione, ubi res non postulat. Hic quoniā de rebus diuinis fit sermo adhibenda erat distinctio.

AD LXXVI.

Cui nomen erat Ioannes.

HIc quoniā tantum mecū litigat, nō arbitratus sum operæpretiū respōdere. Quod hic leuiculū uocat, in interprete, alias in me facit ingens flagitium. Et sententiæ mutatæ meminit, quod ego certe non soleo. Eodem

AD LXXVII.

ADmonueram, fuit homo missus à deo, nō esse simpliciter missus, sed ita missus, quēadmodum mittuntur legati cum mandatis, nā aliter mittitur græcis epistola. Leus obiicit, quod in Luca, cum sit ἀπεσταλμένος unde hoc participium est, ἀπεσταλμένος tamen uerterim missus Quasi non eodē modo uerterim & hoc loco, aut quasi & angelus nō legatus fuerit ad uirginē cum mādatis. Hunc tamen locū recitat inter eos q̄s nō correxerim. Doceat qd uelit corrigi. An illud, q̄d indicarim, pprietatem græcę dictionis? Cum illis & ἐάλλεως & πέμπεως, & ἐπιστέλλεως & ἀποστέλλεως dicatur quod mittitur. Eodem

AD LXXVIII.

ITerum atq; iterū uisum est Leo philosophari in articulis græcis, nō satis uersans in suo campo. Annotaram ubi Ioannes Euāgelista negat Baptistā esse lucē, addidisse. Eodem

addidisse græcũm articulum οὐκ ἦν ἐκεῖνο τὸ φῶς, nõ sim
pliciter negans Ioannem esse Lucem aliquã, Cum idem
A alibi dicatur Lucerna ardens & lucens, sed non esse uerã
illam lucem, de qua paulo ante meminerat. Idem autem
esse factũ, in τοῦ φωτὸς. id est de lumine. Id ut refellat Le-
us, adducit locũ ex Matt. c. v. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου.
At mox. λαμβάτω τὸ φῶς ὑμῶν. Nimirum hic cum non lo
quatur de uera luce, quæ est Christus tamen additus est
græcus articulus. Quod si mihi liberet argutari, possem
hanc culpam reijcere in interpretem Matthæi, quẽ Leus
alicubi suggillat. Possem causari bibliographi culpa cõ-
B missum. Possem huius causæ periculum ad eos reijcere,
quorum autoritatem sequor. Quos an Leus sibi contem
nẽdos putet, ipse uiderit. At malo ueris magisq; serijs a-
gere. Negari non potest alicubi græcis esse liberum arti-
culum uel addere uel omittere. At rursus est, ubi non sit
liberum. Finge hic fuisse liberum, & interpretem siue q̃d
magis reor Euangelistam apposuisse articulum, an ideo
non ualet alibi uis articuli, ubi subest causa, cur addẽdus
C sit aut omittendus? Hic apud Matthæũ non agebatur de
distinctione lucis æterne, & lucis apostolicæ, quanq; in
apostolis reluxit ipsa lux Christi, in Ioanne hoc agebat
ut distingueretur lux Ioannis à luce Christi, quod à mul-
tis crederetur esse Christus, cum esset tantũ præco Chri-
sti. Porrò quod Leus rursum ingerit, nihil uetare q̃ mi-
nus & illic legamus addito articulo καὶ ὁ θεὸς ἦν ὁ λόγος
satis erat eum locum semel perperam adduxisse, in quo
prorsus addi nõ potest articulus. Sed sane quã frigidum
est quod addit, Si τὸ φῶς hic significet uerã lucem, quor-
sum attinebat addi, ἀληθινὸν? Hoc argumentum simillí-
mum est illi quod superius adduxerat, si ὁ θεὸς refertur
ad patrẽ, quid opus addere πατήρ. Postremo in indice,
refellit quod adiecimus in æditione posteriore, uidelicet
D ne foret locus huic annotationi, quã magis arbitror me
nunquam

nunquam uidisse, uel hoc signo quod nihil respõderim, D
Refert autem Leus & hic truncatim uerba mea, nimirũ
hæc. Habet & hoc articulus ut referat rem de qua prius e-
rat sermo, quod ideo adiecimus, quia apud Matthæum,
ubi Ghristus uocat suos lucem mundi, & sal, utrobiq; ad-
ditur articulus græcus. Hoc magnifice refellit Leus, gla
dium in tenebris aduersum me uentilans, cum non intel
ligat quid dixerim. Siquidem ille sic argumẽtatur, quasi
scripserim apud Matthæũ, ideo apponi articulum, quod
præcesserit mentio salis, aut luminis, Cũ ego locutus sim
de hoc loco, uidelicet illud sentiens, ut etiã si donemus nõ
semper apponi græcis articulum, quoties ueram lucem
significare uolũt, cum apponatur aliquoties, ubi signifi- E
cetur lumen humanum, tamen & alia ratione hic adden-
dum fuisse articulum, quod repetatur lumen, cuius ante
facta sit mentio. Et uita erat lux. Et tenebræ eam non com
prehenderunt. Quod adeo miror nõ uidisse Leum, cum
sermone meo sit ita perspicuũ, ut magis esse nõ possit. Nã
inibi præcesserat in annotatione mea. Aut sic accipe. Nõ
erat ille lumẽ de quo modo loquutus sum, cum dicerem
ut testaretur de lumine. Habet enim & hoc articulus &c̃.
Cum destinasset reprehendere nostra, debebat attentius
inspicere primũ quid esset, quod incesserе uellet. At hu-
iusmodi lapsus non ignoscit mihi in tã uasto opere, eoq;
non ad reprehendendum, sed ad docendum parato. Iam
si libeat possem & alia ratione defendere apud Matthæũ
articulum nõ temere esse additum, idq; duplici nomine,
primũ, quod non quiuis terræ sal, neq; quæuis lux mun-
di significetur, sed sal Euangelicæ sapientiæ, & lux Euan
gelicæ doctrinæ. Hęc uelut eximia designauit articulus,
ut sunt, si conferantur ad salem ac lucem uulgarem. De-
inde quod cum totus sermo qui præcessit ibidem, sum-
mã cœlestis philosophiæ, ceu salem ac lucem proposuis-
set, longe lateq; dissidentem à tenebris, stultitiaq; philo-

losophiæ mundanæ, mox adhortans apostolos, ut hanc lucẽ circũferrent per uniuersum orbẽ, subiecit, uos estis sal terræ, uos estis lux mundi. Vos exhibetis orbi salem ac lucem huius doctrinæ, quã uobis impartio.

AD LXXIX.

Eodem

ANnotaram in his uerbis Euangelistæ, qui post uenit, ante me factus est, participiũ ἐρχόμενος cum sit anceps ad utrunq; tẽpus, posse tamẽ reddi per uerbum preteriti temporis, propterea, quod adhereat uerbo preteriti temporis γεγονεν. Nã participia græca presentis tẽporis, hac occasione fiunt aliquãdo ꝓteriti tẽporis. Præterea quod factus est, pro eo dictũ est, quod erat cœpit esse prior, hoc est celebrior, quia prior me erat, cœpit eñ id uideri hominibus, quod & ante fuit, licet hominibus adhuc incognitus. Huius interpretatiõis cum Cyrillũ citem autorẽ, addo Chrysostomũ altiora quædã maluisse sectari. Hic primũ Leus in hoc à me dissidet, quod ex Chrysostomo colligat, illum legisse per uerbum futuri temporis. Mihi contra uidetur, aut Chrysostomo nihil referre utrũ legatur uerbũ presentis tẽporis an futuri, aut ἐρχόμενος accepisse in significatione ꝓsentis tẽporis. Qđ palã est ex his uerbis. Nam si de generatiõe dixisset, non ꝓsenti sed ꝓterito usus esset tẽpore. Natus nãq; erat Christus, cum ita loquutus est Ioannes. Necq; eñ est alia ratio uerbi ἔρχεται, quo usus est Matthæus, & participij ἐρχόμενος quo hic usus est Ioãnes. Atq; in ꝟbis sane Matthei, nõ potest intelligi Chrs serius quã Ioannes natus, at hic nihil uetat, Etiãsi hoc ut ingenue dicã, non multũ ad huius loci sensum attinet. Porrò quod adiecerã Chrysostomũ maluisse sublimiora sectari, cũ ad eundem modũ interpretet ad quẽ nos interꝓtamur, suspicor illud in causa fuisse, qđ quædã admiscet, ut mihi uideꝫ aduersus Arrianos, philosophans in illo ꝟbo γεγονεν, qđ utrũq; significat græcis, fuit, siue factus est, quæ tamẽ ita reddita sunt ab interꝓte Chrysostomi, ut aut deprauata uideri possint.

à scribis, aut nõ fuisse intellecta, ab eo q ẏtit. Et tamẽ hic nihil erat periculi, cũ hæc ascripserim etiã in priore æditione. Atq; hæc quidẽ ita uelim accipiat lector, uelut ab admonente dicta. Non tanquã à dogmatis autore.

AD LXXX.

ADmonuerã, q̃d interpres male latine reddidit, qa nõ sum ego Chrs bifariã potuisse ẏti latine, nec tamẽ insector interpretẽ, Atq; hic tamẽ Leus mecũ delitigat, q̃d si faciet quoties muto sermonẽ interptis, nusquã deerit occasio litigãdi Susceperã hoc, ut q̃ad fieri posset, redderet nouũ testamentũ latinũ, incolumi tamẽ simplicitate sermonis Apostolici, & indignaẽ mihi Leus si citra fugillationẽ interptis muto manifestũ solœcismũ. Eodem

AD LXXXI.

QVod interpres reddidit iuxta græci sermonis idioma. Quid mihi & tibi, demõstro latine dicẽdum, q̃d mihi tecũ? Id cum faciã citra fuggillationẽ interpretis, tñ hic q̃q; destomachaẽ in me Leus. Bella inqt, cõditio interptis, si latine interptaẽ accusaẽ nõ explicasse græca, si græce reddit, hoc uitio daẽ, nõ satisfecisse latinis auribus. Aequior est in interpretẽ Hieronymus. Hactenus Leus. Imõ bella cõditio Erasmi, si cõuitijs incessit, sicubi monet lectorẽ, interpretẽ non satis explicuisse, q̃d exprimit sermo græcus, aut si cõmonstrat sermonis uitiũ, quõ corrigi potuerit, ubi interps paq; latine reddidit. Si utrũq; recte facio, cur obiurgor? Sin secus, qn magis refellor? Qq; æquus sit Hieronymus in interpretẽ, multis argumẽtis doceri potest, q ẏsionẽ huius nõ raro taxat, & aliq̃ties latinam simplicitatẽ appellat. Et tamen ego sum ipso etiã Hieronymo æquior in hunc, qnihil demutẽ ex eius trãslatiõe. Postremo cur exigit à me Leus ne q̃d faciã prẽter exemplũ Hieronymi, cũ non sit utriusq; simile institutũ. Ille correxit, quod legereẽ in tẽplis, apud Idiotas, ego scribo quod priuatim legatur in cubiculis à doctis. Ioan. 2.

AD LXXXII.

Eodem

QVod ipse nosset omnes, quemadmodum nobiscũ legit Augustinus, admonuerã in grecis codicibus haberi, τὰ πάντα id est omnia, Cum Leus in exẽplari meo reperiat πάντας. Hinc quid aliud colligi potest, quam in posterioribus exemplaribus reperisse me πάντας atq; id maluisse sequi, quod cum nostra lectione congrueret?

AD LXXXIII.

Ioan. 3.

ANnotaram duobus uerbis, quod nos uulgo legimus. Nisi quis renatus fuerit, apud græcos cõstanter esse γεννηθῆ hoc est natus, ac græcę lectioni suffragari uetustissimos & optimæ fidei codices latinos. At hic obijcit mihi Chrysostomũ latine loquẽtem. Quanq; ex huius interpretatione plane liquet Chrysostomũ græce legisse quẽadmodum nos legendum esse monemus. Cum eñ homilia. xxiiij. docuisset ἄνωθεν bifariam exponi, è cœlo, aut iterũ, homilia proxima prosequitur modũ generationis cœlestis. Nec me mouet quod interpres latinus cõstanter habet renasci, & renatus, pro natus & nasci. Quod si maxime Chrysostomus græce legisset renasci, quid aliud intelligi posset, quã illum ex superiore loco, repetisse ἄνωθεν?

AD LXXXIIII.

Eodem

QVod est apud Ioanem, filius hominis, qui est in cœlo subindico græcum participium ὁ ὢν quoniã adheret participio & uerbo preteriti temporis, uerti potuisse per uerbũ preteriti imperfecti temporis. Nec tamen muto quicquã ex uulgata lectione etiã in æditione utraq;. Et hic quoq; Leus uelut in re periculosa mecũ delitigat. Et postquã descẽdit inquit, iam uersatus in terra, nunquid tum etiã erat in cœlo? Quasi ego hoc aut senserim aut dixerim. Qui dicit filiũ dei descendisse de cœlo, nũm continuo negat illũ esse in cœlo? Deinde docet nos ex autori-

ex autoritate Chrysostomi, quod filius hominis dicitur esse in cœlo, cum corpore tum uersaretur in terris, id licere propter cõmunionẽ idiomatũ, quemadmodũ ex aduerso, filius dei dicitur passus aut mortuus. Quasi uero quisq; istud nesciat, qui uel limẽ sit ingressus theologiæ.

AD LXXXV.

IN priore uoluminis editione, submonueram in codice quo primum sum usus, scriptum fuisse μενῇ id est manebit. Et tamen in contextu, post aliud exẽplar nactus, in quo reperi μένει id est manet, id malui sequi quod cum nostra lectione congrueret, præsertim cũ ad sensum nihil referret. Et tamen in posteriore æditione, non dissimulauimus duplicem lectionẽ, & utram magis probaremus indicauimus. Adiecimus em̃ quãquã accentu mutato erit manet, atq; ita legitur in nõnullis exẽplaribus, ac mea quidẽ sententia rectius. Fides aufert peccatũ, infidelitas relinquit peccatũ, manet autẽ quod non tollitur. Et tamen Leus hunc locũ recenset in catalogo manentium. Sic em̃ uisum est illi inscribere. Si contextus & uersio in utraq; æditione bene habebat, & si in annotatione posterioris æditionis nihil est quod reprehendatur, quanquã nec in prioris ęditionis cõmentariolo quicquã erat, quid est quod hic uolebat mutatum Leus? Eodem

AD LXXXVI.

CVm instituissem nouũ testamentũ, quantũ liceret à soloecismis purgare, ostẽdo q̃d interpres συγχέῶνται uertit coutuntur, non satis latine redditum esse. Quis inquã unquã dixit couti? aut quis intellecturus sit, couti esse commertiũ & mutuam uitæ consuetudinem? Nam & latinis usus familiaritatem significat, & utimur his cum quibus habemus consuetudinem. Cum autẽ rogo, quis unquã dixit couti, nimirũ de his sentiens qui latine loquuntur, Leus mihi in os obiicit Chrysostomũ latine loquentem aliena lingua, & Hieronymũ abutentẽ Ioan. 4.

uulgata æditione. At quis isthuc nesciebat? Quoties ipse dixi couti recitans hoc euangeliũ? O præclaras annotationes, planeq; dignas quæ numerentur. Et tamen hanc quoq; Leus notat inter eas, quas homo impudens nõ uerítus sim relinquere.

AD LXXXVII.

Ioan. 5. A

IN hoc quod legitur apud Ioannẽ, qui prior descendisset in piscinã, admonuerã nec apud græcos, nec in uetustis latinorũ codicibus reperiri in piscinã, quod tamen paulo ante præcesserat, cũ narrat angelũ descendere solitum in piscinã. Hic duplici nomine mecũ iurgat Leus. Primũ, quod per obliuionẽ relicta sint latina uulgatæ lectionis, quæ supersunt à græcis, deinde quod suspicari nõ oportuerit interpretẽ, additurum fuisse in piscinã, nisi codex quo tũ utebatur sic scriptũ habuisset, cum ego nõ id suspicer de interprete tam religioso, quin potius ago, mihi uideri hoc esse additum ab alio quopiã, qui uoluerit repetito quod præcesserat rem explanatiorem facere. Verum hic placatus est Leus, quod in posteriore ęditiõe sustulerim in piscinã uidelicet ab illo monitus, quasi nõ idem melius potuisset admonere famulus græci sermonis aliquãto doctior quã nunc etiã est Leus, Cæterũ possem hic uicissim de Leo queri, qui secus adduxerit locũ quem carpit, quã à me positus fuerit. Nam ille citat descẽ
B dit in piscinã, quæ prior est pars de angelo loquens, ubi non nego addendum piscinã, cum ego scripserim descẽdisset, posteriorem partem notans.

AD LXXXVIII.

Ioan. 7.

QVod est apud Ioannẽ ἐν παῤῥησίᾳ, & interpres reddidit in palàm, admoneo iuxta proprietatẽ græcę uocis, magis sonare, in libertate esse, hoc est libere & audacter loqui. Atq; hæc duobus uerbis duntaxat admoneo in cõmentariolis annotationũ, in contextu lego, palàm esse, quod uiderem interpretem sensum bene reddidisse,

dídíſſe, lícet à græca uoce deflexerít. Nam quí palàm ſo-
quítur, ſibí fídít & audacter íntrepídecꝫ loquítur, nec ue-
retur hominum íudícíũ, ſibí bene conſcíus. Híc cum ní-
híl à me ſít admíſſum, níſí quod índícauí græcę uocís p-
príetatẽ. Nec eñ alíud ſonat παῤῥησία quã perículoſam
loquendí líbertatem, nec alíud παῤῥησιάζεσθαι quã líbere
loquí, tamen Leus mihí rixam mouet, negans conſíſte-
re quod annoto Quæ ínquít ſermonís cõſequentía. Ne-
mo ín occulto quíd facít & quærít líbere loquí? Volebãt
apoſtolí ut fama de eo ſpargeretur. Vídeant ínquíunt dí-
ſcípulí tuí opera tua. Et conſequenter. Poſtquã díxerunt
nemo ín occulto quíd facít, & quærít in palàm eſſe, ma-
nífeſta ínquíunt teípſum mundo. Ita uolebant eum pa-
làm eſſe, ut mũdo manífeſtaretur. Quare Chryſoſtomus
dícít hæc uerba ín palàm eſſe, uanæ gloríæ ſuſpítíonem
habere Hactenus Leus. An non manífeſtat ſe mũdo, quí
líbere palàm loquítur? An quí ad íd hortantur, carent
uanæ gloríæ ſuſpítíone? An nõ quí occulto facít alíquíd,
pugnat cum eo, quí cupít palàm ac líbere loquí? Nã me-
tuere uídetur quí clàm facít aut loqtur. Audet, quí palàm
loquítur, nec famæ íudícíũ metuít. Atqꝫ ín índice ſuo par
tím mihí placatus eſt Leus, partím adhuc índignat. Pla-
catus eſt, quod ín æditíõe poſteríore fateor mihí uíderí,
Chryſoſtomũ ſíc accípere ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι quaſí díceres
celebrem eſſe, nondum tamen ígnoſcít quod maneat ea-
dem ínterpretatío. Atquí, ut dictum eſt, ín contextũ non
ínterpretor, líbere loquí. In annotatíone recte docuí græ
cæ uocís proprietatem etíã ſí fatear & alíbí apoſtolos hac
uoce græca, ſemel atqꝫ íterũ abuſos. Sed íjdem compluri
bus ín locís, apte propríæcꝫ utuntur. An mihi nõ lícebít
proprietatem índícare ín ſcholíjs, ſícubí ſecus uſurpant
apoſtolí? Atqꝫ ín hoc ípſo capíte ſemel atqꝫ íterum repe-
títur ἐν παῤῥησίᾳ pulchre congruens ad noſtram annota-
tíonem.

AD

Eodem

Adieceram in posteriore æditiõe, quod legitur. Nõ enim uolebat in Iudæam ire, consentientibus græcorum exẽplaribus apud unũ Chrysostomũ reperiri diuersam lectionẽ, ex unius græci uerbi mutatione, qui pro θέλειν legisse uideatur ἔχειν. Huius rei cur memi nerit Leus non uideo, nisi forte uideri uult hoc ipsius monitu factum esse. Atqui si id esset factũ haud quaquã dissimulasset, homo tam gloriæ suæ parcus, quã uix fuit rei Plautinus Euclio.

AD XC.

Eodem

Quoniam græca lingua multis in rebus felicior est nostra, optarã, ut quemadmodũ græci recte dicũt μεσῶν, cuius dimidiũ est peractum, siue quod est in medio cursu, ita nobis quoque liceret dicere, mediare. Id quoniã aures latinæ non patiuntur, ostendo, quomodo quod græca uox sentit, latini sermonis periphrasi possit exprimi, nihil etiã incessens interpretem. Atq; hic quoq; Leus mihi iurgiũ mouet. Si reddidisset inquit latinẽ, iam patuisset alteri calũniæ, latinæ reddidit, at non reddidit græce. Quid faciã isti iurgatori tã morosõ? Quando unquã carpsimus interpretẽ, quod uocem græcã, quæ latine reddi non poterat unica uoce, periphrasi expresserit? Certe aliq̃ties laudo. Mox adiecit Leus. Interpres Chrysostomi legit, mediante. Quid hoc mea refert? quasi non eodẽ modo legat Augustinus. An mihi non licebit in libro qui priuatim doctis legitur tollere solœcismũ, si quis alius maluit uti uetere forma, in solenni publicaq; lectione, quod & ipsi facimus? Et hunc locũ recẽset Leus inter ea quæ homo perfrictæ frõtis ausus sim, ut erat, relinque re cum magno fidei Christianæ periculo.

AD XCI.

Eodem

Pro eo, quod nos legimus Ioannis cap. vij. Nõdum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, admo-

tus, admonui in græcis codicibus cõstanter haberi, Nõdum enim erat spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus, & ad hunc modum Theophylactum Bulgarienſem episcopum, non legere solum, uerumetiã interpretari, exponit eñ, nondum erat, id est nondum datus erat. Præcedit eñ. Hoc autem dixit de spiritu quẽ accepturi erant credẽtes. Et perinde quasi rogasset aliquis, cur dicis accepturi? Respõdet, adhuc carent illo spiritu, quẽ post accepturi sunt. Non erat igitur spiritus, non quod B
simpliciter non esset, sed quod in credentibus nondum esset. Hic Leus obiecit mihi Origenẽ uersum latine, quãquã ex hoc testimonio quod adducit, non conuincit Origenem, aut quisquis fuit alius, eius operis autor, legisse spiritum datum. Ait eñ hunc in modum. Necq; eñ uenerat sup aliquem ipsorũ credentium in Iesum spiritus sanctus, sicut testatur Ioannes. Vides, quod pro datus posuerit, sanctus, nec dati ulla mẽtio. Hic in indice Leus ascribit, me fateri sic haberi apud Chrysostomũ, ut ipse citat. Imò contra dictum est, ex interpretatione Chrysostomi C
non liquere quid legerit, imò potius colligi legisse eum, quemadmodum græci legunt. Illud fateor, ab interprete constanter additum esse datus. Atq; idem fateor esse scriptum in antiquis latinorũ codicibus. Nec mirũ est, cum idem ualeat, nondũ erat spiritus, quod nondũ erat datus, si nostri maluerunt dilucidius loqui.

AD XCII.

TAndem redimus ad principium, de quo Leus mecũ sine fine litigat. Cum mihi non satisfaceret, quod in hunc locum adducit Augustinus quasi Christus rogatus quis esset, respondisset se esse principiũ, præsertim cum hunc sensum nõ attingat Chrysostomus, uir & græcus & adprime doctus, inter cæteras coniecturas & hãc adduxerã in æditione priore, q̃d in CHRISTVM non cõpetat absoluta principij appellatio, cũ proprietas filij sit

esse ab alio. Hic Leus ut putat medium tenet Erasmum. Primũ deridet crassissimã insciti am meã, qui scripserim proprium esse Filij, esse ab alio, cum hoc sit illi cõmune cũ spiritu sancto. Quid ego audio? An ideo risibile nõ dicetur proprium Ioãni, quod sit illi cum Petro cõmune?

B Atqui quum dicimus risibilem esse, proprium est Ioanni, non secernimus illum à cæteris hominibus, sed à cæteris animantibus. Sed ut Ioanni quatenus est homo, proprium est esse risibilem, Ita filio quatenus est filius, proprium est esse ab alio, non quod spiritus sanctus non sit ab alio, sed quod filio non cõmune sit hoc cum patre, ad quem illum confero. Quid huic adducam Porphyrium autorem, qui nos doceat uarijs rationibus aliquid dici proprium? Et hoc maxime proprium esse, quod ita cõuenit alicui, ut in neminem alterum competat? Sed præstat opinor, quãdo de rebus sacris agimus, sacrorum uti testimonijs. Cyrillus in libro, cui titulus est Thesaurus,

C scribit hunc in modum. Omnia quæ patris sunt propria, naturaliter sunt ppria & filij. Ea Cyrilli ῥba diuus Thomas enarrans in libro quẽ scripsit aduersus errores græcorum, patet inquit, ex præmissis à Cyrillo quod loquitur de essentialibus attributis. Hæc autem dicuntur esse propria patri, non in respectu ad filiũ, neq; filio in respectu ad patrem, sed utriq; in respectu ad creaturam, quia proprium hic dicitur, non quod cõuenit uni soli, sed q̃d proprie & uere alicui secũdum se conuenit. Vides lector quã nihil sit, quod hic argutabatur Leus, qui tã indigne fert, esse Louanij, qui polliceantur se doctores illi futuros in re dialectica. Nunc magis metuo, ne non sint, qui di-

D gnentur illum discipulorũ suorum catalogo. At iam operæpretium est audire, quibus argumentis oppugnet, q̃d negauerim absolutam principij appellationem competere in filium. Si damus, inquit, filium non esse absolute principium,

principium, sequetur quod est omnium absurdissimum, non esse absolute deum. Cum sit deus de deo, quod si sit E
deus de deo, & nihilo minus absolute deus, cur non sit similiter principiū de principio, & tamen absolute hoc est simpliciter principium. Ac mox obiicit mihi, quod in familiari colloquio fortasse respondi, non eandem esse rationem huius uocis, dei, & principij, quod altera sit absoluta, altera relatiua Id refellit his modis. Si accipias, inquit absolute, ut significet simpliciter, uis relatiua nihil impedit, ut dicatur absolute principium, id est simpliciter, cum nec in alijs relationibus impediat, quin dicantur de deo simpliciter. Non negabis puto uerbum esse simpliciter dominum, ac creatorem. Sin absolute capias, ut distinguatur contra relatiue, sic nec pater est
principium absolute. Sic etiam nihil dixeris ad hunc lo- F
cum. Proinde reliquum fuerit, ut negaueris uerbum simpliciter esse principium, itaque consequenter simpliciter esse deum. Id quod parum abest, ut dicas alio loco, ut postea indicabimus. Si sic gradus ponemus, ut pater sit simpliciter deus, & principium, quia à nullo, filius simpliciter, quia ab alio, id est à patre, iam spiritus sanctus plus aberit adhuc ut simpliciter sit deus, aut principium quia à duobus est, hoc est à patre & filio, sicquæ nescio, quātum absumus ab hęresi Arriana, Audiuimus argumentationis uirulentiam, nunc audiamus stolidita
tem. Leus colligit nos minimum abesse abhæresi Arria- G
na, at ego uereor, ne multo minus absimus à stultitia Coræbi. Quàm enim hæc nihil habeāt affinitatis cum Arrianorum dogmate, resipsa mox docebit. Si filius non est inquit, absolute principium, non erit absolute deus. Quid hoc aliud est, quā si dicas. Ioannes non est absolute doctus, cū sit ignarus Iuris Cæsarei, igitur nō est absolute homo, quādoquidē Ioannes de q̄ logmur, idē est homo.

H Aut Petrus non est absolute præfectus cum ipse subsit a-
liis præfectis, igitur non est absolute homo. Aut non est
absolute uictor qui cũ aliquot uicerit, ab aliis tamen sit ui
ctus, igitur non est absolute homo. Non est absolute pri-
mus qui in sua tantum classe primus sit, igitur non est ab-
solute homo. Aut non est absolute albus, cũ aliqua parte
sit ater, igitur nõ est absolute homo. Sed quẽadmodum
consequitur, Ioannes habet priorem se, igitur nõ est ab-
solute primus, ita consequitur, uerbum est ab alio princi
pio, igitur non est absolute principiũ. Sed docet Leus nõ
obstare uim relatiuã, argumentans à simili multum dissi
mili. Dominus & creator nomina sunt ad aliquid, quem
admodum principiũ, & tamen filius dicitur absolute do
minus & creator. Necꝙ em̃ diximus quãuis uim relatiuã
I obstare. Sed hanc peculiarem, quæ est in uoce principij.
Nam principij ratio sic refertur ad eum qui est ab alio, ut
reciproca relatio tollatur, Quẽadmodum primus dicit̃,
respectu sequẽtium, ita sequentes ad hunc primi dici nõ
possunt, Quod si talibus relatiuis, addas, aduerbium ab-
solute, quisquis absolute primus erit, solus erit primus,
ut quisquis absolute princeps est, solus dicitur hoc mo-
do princeps. Atꝙ hæc peculiaris uis relatiui nominis nõ
obstat, quo minus filius dicat̃ absolute dominus aut crea
tor, cum hoc respectu non inter se conferantur personæ,
sed tantum ad res conditas. Nã filius & spiritus sanctus,
quod uterꝙ dicitur dominus aut creator, in hoc prorsus
ex æquo cõmunicant cum patre, nisi forte illud interest
q̃d, ut filius aut spiritus sanctus dicat̃ dominus aut crea-
tor, hoc ipsum habent à patre. Nec ideo tamen non est ab
K solute dominus aut creator. Cum tota ratio huius appel-
lationis simpliciter cõgruat his quẽadmodum patri. At
in ratione principij duplex est collatio, altera qua perso
næ simul referũtur ad res conditas, altera qua inter se cõ-
feruntur. A tribus pariter sunt om̃ia creata sed persona

rursus.

rursus est à persona. Vnde fit, ut non possit absolute dici L
principium nisi quæ sic producit alias, ut ipsa à nulla sit.
Nec ideo filius dici potest absolute principium quod sit
conditor omniũ rerum conditarum, cum superfit aliqua
ratio principij, qua non posset dici principiũ. Iam quod
colligit Leus uelut abominandum fore ut ad hanc ratio
nem, spiritus sanctus multo longius absit ab hoc, ut dica
tur absolute principium quis nõ uidet esse uerum? Nam
cum spiritus sanctus nõ habeat nisi unicã principij ratio-
nem qua refertur ad res conditas, filius etiã spiritus san-
cti principium sit, nimirũ bis abest à summa illa & perfe
ctissima ratiõe principij, quæ patri soli cõpetit. Nec ideo
tamen plus abest, ut sit simpliciter deus. Nec interim ui-
deo, quorsum attinebat, ut Leus alterũ illud cornu, suo af
fueret syllogismo, Si absolute inquit, uocas principium,
quod citra respectum dicitur principium. Quis em̃ tam
insanus, ut quod per se relatiuũ est, dicat esse sine respe-
ctu. His ad hunc modum dissertis pergit Leus. Aliam in-
quit fidem inuenio apud sanctos. Chrysostomus cap. i.
in Ioannem. Cum dicit inquit euãgelista hoc erat in prin M
cipio apud deum, suadet ut filium sine principio intelli-
gas. Hæc Chrysostomus. Nunc attende lector, ut perspi-
cias acumen Leicum. Vide quid ex his Chrysostomi uer
bis ratiocinetur acutulus iste, quem plerique fautores iacti
tant esse mirũ Scotistam, atq; hac in parte lõge uinci me,
licet æloquentia superiorem. Si sit inquit, principiũ sine
principio, certe est absolute principium. Hic quid sense-
rit Leus nescio. Certe sermo prorsus hæresim sapit. Cum
enim hic tota hac disputatione agamus de principio ori-
ginis, impium sit dicere filiũ esse principium, sine princi
pio. Si hæreticum est negare, quod filius sit à patre, deus N
de deo, hæreticum sit oportet eundem dicere principium
absq; principio, Sin intelligit de principio durationis q̃d
uocant, ut sensus sit uerbum dei, non cœpisse esse in tem-

pore, quid hęc faciunt ad præsentem disputationem? An
ideo filius non habet principium originis, quia non ha-
O bet principium tęporis? Et an ideo dicetur absolute prin-
cipium, quia caret una eaq; aliena ab hoc fermone ratio-
ne principij? Aeque peruerse interpretatur Leus, quod
scripsit Hieronymus in psalmũ centesimũ nonum. Pater
principiũ, Sed filius principiũ, Principium em̃ non ha-
bet principium. Si enim habuerit principiũ iam ipsum
desinit esse principium. Quicquid ergo patri damus, da
mus & filio. Si em̃ pater in filio, & filius in patre, & om̃ia
patris filij sunt, & omnia filij patris sunt, & principiũ pa-
tris, principium filij est. Hæc si Leus intelligit, ut aduer-
sum me faciant, prorsus hæreticum sensũ sequitur. Sin
accipit in eum sensum, in quẽ scripsit Hieronymus, non
magis contra me faciunt, quã siquis dicat regem Carolũ
hoc anno non esse natum. Nunc eligat Leus utrum ma-
p lit hæreseos, an stultitiæ condemnari. Agit illic Hierony
mus de rebus ex tempore conditis, Sed si is per quem cõ-
dita sunt omnia, iam erat antequã conderentur, sequitur
æternum fuisse. Nam si is unde originem habet ipsum tẽ
pus, cœpisset esse in tempore, nõ posset esse principium,
hoc est cõditor, sed esset creatura. Ad eum sensum accipi
endum quod adijcit principium patris, principium filij
est. Quomodo dicitur principium patris qui à nullo est,
& quomodo hic tribuit filio principium, quem mox ne-
garit habere principium? Nisi quod illic agebat de prin-
cipio durationis siue passiuo, quantũ ad res creatas, hic
de principio actiuo, quãdo uerbis scholasticis utendum
est, siue mauis de principio æternitatis. Sensit illic non
Q posse creatorem esse, qui creatus sit, hic sensit creationẽ
fuisse filio cum patre cõmunem, qui cum habet & æter-
nitatem eandem. Addit Leus idem Augustinus contra
Maximinũ hæreticũ. Quæso qd ibi dicit Augustinus?

Anidem

An idem quod modo nobis interpretatus est Leus, filiũ R
esse principiũ sine principio, & ideo absolute principiũ?
Nunquã sic insanijt Augustinus. Cur autem Leus non
ascribit locum? Nam is ni fallor est apud Augustinum li
bro. iij. cap. xvij. Quid est, inquit, in principio erat uer-
bum, nisi in patre erat filius. Et ipse filius interrogatus à
Iudæis, quis esset, respondit, principium, qui & loquor
uobis pater ergo principium nõ de principio, filius prin
cipium de principio. An ex his uerbis ratiocinatur Le-
us filium esse absolute principium? Imo cum Augusti-
nus dicit filium principium de principio, palàm fatetur
cum non esse absolute principium, sed id cognominis
tantum congruere patri, qui sit principium sine princi-
pio, Pergit Leus. Et Origenes in principio commenta- S
riorum in Genesim. Quæso quid illic dicit Origenes,
filium esse principium absque principio originis, aut fi-
lium esse absolute principium. Vide lector, quos fumos
hic offundit nobis, si tam stupidi simus, quam ille putat
Origenis uerba subscribam, quæ ille suppressit ne depre
henderetur. Quod est omnium principium nisi dominus
noster & saluator omnium Christus Iesus, primogeni-
tus omnis creaturæ. In hoc ergo principio, hoc est in uer
bo suo. Deus cœlum & terram fecit. Ac paulo post. Nõ
ergo hic temporale aliquod principiũ dicit, Sed in prin-
cipio id est in saluatore factum esse dicit cœlum & ter- T
ram? Non excutio nunc, an probem quod Origenes
fortassis ex ambiguitate uocis hebraicæ, In principio in-
terpretetur in filio. Certe palàm ostendit se loqui de ra-
tione principij, respicientis res conditas, cũ addit primo-
genitus omnis creaturę, sic filius est principiũ oim. Sed idẽ
principiũ cũ patre & spiritu sctõ. An hinc sequit q̃d intẽ V
dit Leus, filius est principiũ, oim rerũ creatarũ, igit̃ est ab
solute principiũ? pfecto nõ magis, q̃ si dicas. Hic est sum
mus põtifex Britãnię, est igit̃ absolute summus põtifex.

Aut est

Aut est imperator germanię, igitur absolute imperator. Atq; hæc omnia, cum prorsus sine mente dicta sint Leo, uide tamen, quã magnifice perorat, quasi re preclare gesta. Et cur, inquit, facimus tam insignẽ iniuriam uerbo, ut nihil sit absolute, quia oẽmia habet à patre, cum in creaturis uerbi non tollatur absoluta appellatio naturæ qua participant, cum filius quã pater, nihilominus sit absolute homo. Quid loquitur os impudens? Quis unquã negauit filium quicquã dici absolute, quod quicquid haberet, haberet à patre? Bella uere collatio de patre & filio, quorũ uterq; ex æquo dicatur homo. At Abel non opinor absolute dixeris principiũ humani generis, quemadmodum Adam, à quo sic propagati sunt oẽs homi-
X nes, ut ipse à nullo sit homine. Sed Leus prosequitur argumentationem suã ad hunc modum. Et uerbum si non sit absolute æternum, non est æternum. Quod si sit absolute æternum, erit absolute principium. Quis hoc concedat Leo, quod assumit, uidelicet nixus illi fundamento, quod ipse sibi substrauit, non esse absolute, quicquid est ab alio. Cũ Romanus pontifex sit absolute summus pontifex, & tamen ut summus sit, habet ab alio, nimirum à Christo. Quis igitur facit hanc iniuriam uerbo, nisi Lei interpretatio? Et nõ pudet talibus cõuitijs impetere pximum in negocio, quod nõ intelligit? Iam quod addit Leus, non uideo, quorsum pertineat. Insusurrabit inqt, forte aliquis, patrem esse principium deitatis. Esto. Sic dicit Augustinus. Sed quod dicit sane intelligit, etiamsi Chrysostomus & Hieronymus ægre hanc loquutionẽ admit-
Y tant, ne hanc ansam utcunq; prębeant Arrianis. Sed satis sanũ est, si sane intelligas. Cæterũ caue credas, filio qcq; esse cõmune, cum appellatione huius principij. Nã plane filius hoc modo principiũ, nec simpliciter, nec nõ simpliciter, si Augustinus dixit solum patrem esse principiũ totius deitatis, utrum hoc pro me facit an contra me?

Deinde

Deinde quam ansam hinc arripere possint Arriani? An Z
ut dicāt ideo filium esse minorem patre, quod sit ab illo?
At istud orthodoxorum nemo negat. An quod hinc con
sequitur patrem esse sibi principium? Et hoc si recte acci-
piatur uerum est. Nam hactenus sibi principiū est, quod
ex sese sit, & non ab alio. Sed quid hoc uel ad me, uel ad
Arrium? Ad hæc, quid sibi uult quod ait Leus, satis sanū
est, si sane intelligas. Nam mihi hæc loquitur. An usquā
hæc secus interpretatus sum, quā sensit Augustinus? prę
terea quorsum illa spectāt, caue credas filio quicquā esse
cōmune cum appellatione huius principij. An unquā fi-
lio tribui principij rationē maxime ꝓpriam maximeq;
ꝓfectā, & absolutā, quæ soli patri cōuenit? Iamq; d sequit,
eget cōmodo interprete, q̄d asseuerat filiū neq; simplicit
non neq; simpliciter esse principium diuinitatis. An fili-
us non est principium deitatis spiritui sancto? Sed adde-
re debebat Leus, quod additur ab Augustino totius dei-
tatis. Atq; hoc modo solus pater dicitur principium. Sed A
hæc cum fatetur Leus, nonne pedibus discedit in meam
sententiam, quā hactenus tot uerbis & tam odiosis impu
gnauit? Si pater aliqua ratione principium est, qua filius
& spiritus sanctus non est, & si filius nulla ratione princi
pium dicitur, qua non dicatur & pater, nimirū fatetur so
lum patrem absolute dici principium. Sed huius disputa
tionis coronidem, nō dubito quin adiecerit Leus admo-
nitus à quodam rei theologicæ peritiore, qua tacite recā
tat quod ante perperā scripserat, rectius facturus, si spon B
gia totum locum emēdasset. Iam eodem afflatus spiritu,
quod hic attigit tractat aliquanto explanatius in indice,
quo recenset ea quæ moderatus sim io posteriore æditio-
ne, cōmemorans quo sensu dixerim solum patrem abso-
lute principium, cum filius non dicatur principium nisi
cum additione, Pater absolute modis oīmibus dicit prin
cipium, quatenus principij ratio applicatur personis di-

uinis. Id cum Leo coram frequenter explicuíſſem, quid
r opus erat hac diſputatione, cum fateatur ſe mecum ſentire? In quo inquiens, nec nos repugnamus, & tamen adíjcit. Sed an ſatis ſit, ut concludas uerbum non eſſe abſolute principium, uiderit doctus lector. Si concedit abſolute dici principium, in quem oīnis principíj ratio competit, ſi fatetur, hoc nō competere niſi ſolí patri, cur dubitat, an euicerim, filium non dici principium abſolute? Poſt hæc deducit me in ſcholam, ac docet, quod illí ſuggeſſit monitor ille, quemadmodum perſonæ tres ſint unū principium rerum conditarū ex tempore, quomodo pater & filius ſint unū principium ſpíritus ſancti ab æterno, quomodo pater ſolus ſit hac ratione principiū, quod cum ab eo ſint omnia, ipſe tamen à nullo ſit. Atqui hoc eſt, quod appellabam abſolute principium. Verum hæc licebat abunde diſcere ex libri theologicarū ſententiarum primi. diſt. xxix. Si rudis eſſem aliorum autorum, ut nihil opus fuerit hac de cauſa cum Leo deſcendere in ſcholam. Sed quid faciunt hæc, aduerſus meam annotationem? Verū
A audíamus Leum hæc accōmodantem ad rem, ſi uerbum inquit, negas eſſe abſolute principium illud, quod patris ꝓprietatem dicit, id eſt ſi uerbum negas nō habere à quo ſit, cum ab eo ſint omnia, ne tu mecū ſentis. Sed quā non conſequatur ꝓpterea non eſſe abſolute principiū, male dialecticus eſt, qui non uidet, cum præter hanc rationem principíj ſuperſit adhuc & ea, quæ filíj ꝓprietatem conſequitur, & ea quæ trinitatí cōuenit. Aut ego inſigniter ſtupidus ſum, aut Leus non intelligit quid dicam abſolute principiū. An ut filius dicatur abſolute principium, ſatis eſt ut ſuperſit aliqua ratio, quæ dicatur principiū? An ut
B abſolute doctus uocer, ſatis eſt ſi norim grāmaticam latinam? Imo hoc ipſum obſtat, quominus filius dicatur abſolute principium, quod pater ſit aliqua ratione principium, qua filius non eſt principiū. Sed ꝓgit, oſtendere mea

uerba

uerba secum pugnare, quod principiū illud quod patri tribuo, absolute ac simpliciter tribuā & filio, pfecte quidē illi, sed non absolute, cum ea ratio principij nullo modo competat in filium. Imò cum patri tribuo maxime propriam & absolutam principij rationē, non sentio de certa quapiā ratione principij, sed in genere de ratione prin r
cipij, quæ rationes omnes cōplectitur. Hanc nunquā tribuo filio, Neq; pugnat filium dici perfecte principium, nec tamē absolute. Non magis quā pugnat Petrum perfecte doctum esse in grāmatica, nec tamen absolute doctum esse. Hic obiter mihi taxat, quod ea uerba quæ sunt apud Augustinum, tribuam uulgo recentium theologorum. Ego quod reperio citatum à Petro Lombardo, tractatum à Thoma, Scoto & alijs horum similibus cur nō tribuam uulgo theologorum? Certe illic legeram, nec potui illic legere, nisi scirem esse apud Augustinum, cuius illic citatur nomen. Sunt multa apud ueteres, à quibus uulgus recētium theologorum abstinet. Hominem deo permixtum in Christo, dixit Augustinus, & tamen
non sic loquitur uulgus theologorum recentium. At ne ii
uidear præter theologorum exemplum primus negasse filium absolute dici principium, adducam commentarium Alberti magni in primū caput Ioannis, Augustinus, inquit, dicit cum dicitur In principio erat uerbum, principium supponit patrem, siue paternū intellectum. Quęstio autem surgit hic secundum hanc expositionem, quę sit ratio, quod principium supponit patrem, cum principium sit in multis intentiōibus, sicut dicitur in quinta primæ philosophiæ. Augustinus etiam dicit, quod & pater est principiū, & filius est principium, & spiritus sanctus est principiū, & simul hi tres, non tria, sed unū principium, sed ad hoc dicēdum est, quod absoluta & prima ratio principij actiui non est nisi in patre. Cū em̄ duo sint processus, primus scilicet quo persona ꝓcedit à persona,

& ſecundus quo creatura procedit à creatore, primus p-
ceſſus eſt cauſa ſecundi, ut dicit Auguſtinus principi-
Θ um totius proceſſus primi non eſt niſi in patre, quia li-
cet ſpiritus ſanctus pcedit à filio, tamen hoc filius habet à
patre. Pater autẽ eſt principium nõ de principio, & ideo
prima autoritas principij, & prima ratio eſt in patre, &
ideo dicit Auguſtinus quod in patre eſt principium toti-
us diuinitatis & hac ratiõe autonomatice principiũ ſup-
ponit patrem Hactenus Albertus. Quid autem dici po-
tuit explanatius, per principium abſolute poſitum intel-
I ligi patrẽ? Nec abhorret ab his quod ſcribit ſanctus Bo-
nauẽtura in lib. Senten. i. diſtin. xxix. Intẽtio inquit prin
cipij, pprijſſime recipitur in deo, maxime quantum ad p-
ſonam patris. Sed adhuc urget Leus, ut tibi donemus in-
quit, filium non dici abſolute principium quid iſtuc ob-
ſtat interp̃tationi diui Auguſtini? Cum ſatis ſit Auguſti-
no quod filius principium ſit creaturarũ cum patre. Ve-
rum dicit, ſi conſtaret hic filium dici principiũ, Sed hoc
ipſum eſt quod uocatur in dubium. Nam quod obij̃cipo
teſt quoſdam interp̃tari. In principio creauit deus cœlũ
& terrã id eſt in filio, ut recipiamus interp̃tationem quæ
mihi uidetur extorta, non abſolute ponitur principij uo
K cabulum. Sed mox ſequitur creauit &c̃. At in euangelio
Ioannis quoniã abſolute poſitum eſt principij uocabulũ
de patre interp̃tantur & ij̃ quibus Leus tribuit plurimũ.
Qz̃ cꝫ autem olim non ſolebant in diſputando urgere te-
ſtimonijs apocalypſeos, tamen illic ca. iij. Chriſtus non
ſimpliciter dicitur principium, ſed principium creaturæ
dei, Nec in alium ſenſum accipiendum arbitror, quod
ſcriptum eſt ca. i. Ego ſum alpha & o principium & finis,
ac poſt, primus ac nouiſſimus. Siqnidem ipſe ſermonis
tenor declarat illũ loqui de Chr̃o, & eccleſia, cuius princi
pium fuit, cum aſſumptu corpore humano, reconciliauit
eam ſibi. Cuius finis erit, Cum altero aduentu perficiet

illius fe

illius felicitatem, Rursus capite. xxij. cum his uerbis uti- A
tur, loquitur de aduentu Christi, primus fuit, quia initiũ
salutis nostrę ultimus erit, quia post eius aduentum non
erit amplius hęc ecclesia. Denicꝙ Leus ita discedit ab hac
disputatione ut dicat se quidem in hoc à me dissentire q̃d
negem filium absolute dici principium. Sed tamen uide
re, quo pacto possit compingi hic locus, iuxta græcã le-
ctionẽ, secus quã nostra interp̃tatio habet, quæ ingenue
fateor inquit, nec mihi satis, pbatur. Quid faciã Leo, si nul
lis autoribus nullis argumentis illi psuaderi potest, in so-
lum patrẽ competere absolutam principij rationem? At-
qui dominus Ioannes Atensis, quo non alium habebat M
hæc Academia doctiorem in re theologica, nihil arbitra
batur esse periculi, siquis dixisset in solum patrem com-
petere absolutam principij rationem, in filium non com
petere. Ita retulit tum mihi dominus Martinus Dorpius
qui illum mea causa cõsuluerat sup hac re. Nec hodie sat
scio inficiabitur me uerum dicere. Vtri uero par erat me
potius credere Atensi an Leo? Quod si mihi fas est ὑπὲρ
τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν cur intantũ abhorremus ab hoc, ut
principij uocabulũ peculiariter competat in patrem, cũ
Hilarius æterni cognomẽ illi ceu ꝓprium tribuat. Cum
Chrysostomus non uereatur cũ Paulo dicere patrem so-
lum deum, non ob aliud, nisi quod solus pater sit cæteris
personis fons æternitatis, ac deitatis? Sed cur nõ indicat N
nobis istam nouam rationẽ explicandi huius loci? Nam
quod fatetur sibi non probari, hanc nostram interp̃tatio-
nem, si de interprete sentit, ubi est, quod dixit huius inter
pretationem esse profectam à spiritu sancto? Si de Augu
stini interpretatione, miror illum à tanto autore descisce-
re, & in meam sententiam discedere pedibus? Sed magis
etiã placet, quod existimat hunc locum sarciri posse è li-
bris græcorũ. At ubi interim quod toties inculcauit, grę
corum libris non esse fidendum. Verum huius de princi

pio nimium prolixæ concertationis tandem finis esto, si prius illud addidero, mirum uideri, quo consilio Leus hunc eundem locum bis recẽsuerit, primũ in indice quo notat quæ non correxerim.

AD XCIII.

Eodem

CVm admonuissem in hoc sermone Ioannis, principium qui & loquor uobis, principium non esse nomen, sed aduerbium, ac perinde ualere, quasi dicas principio siue primo loco, male habet Leũ, quod dissentiam ab Augustino cui uult admodum addictus uideri. Hæc autem sunt uerba mea quibus offenditur. Deus bonæ, quot uerbis hic agit Augustinus dum persuadere conatur, principium sic accipiendum, quasi dixisset, credite me esse principium. Hic Leus hactenus subleuat Augustinum, ut ostendat Hieronymũ in eodem fuisse errore, qui psalmũ enarrans. xxxix. scribit, quod Christus interrogatus quis esset, respõderit esse principium. Primũ admonui commentarios hos, mihi nec integros uideri, non unius esse hominis. Sed demus hoc esse scriptũ Hieronymo, in transcursu, atq; aliud agenti, num ideo uereri debebam annotare, græcum sermonem hunc sensum non recipere? Is eodem in loco interp̃tatur, in principio creauit Deus cœlum & terram, id est in filio creauit, sane quã coacte. Deinde accõmodat locum ex euangelio Ioannis. In principio erat uerbum. Cum hic principium nõ pertineat ad uerbum, sed ad patrem. Si tamen ad personã ptinet. Et in indice miratur Leus adhuc persistere me in sententia, Cum fatear & Ambrosium, eiusdem esse sententiæ cum Augustino. Atqui cum Leus ipse fateatur sibi non probari, quod interpretatur Augustinus, cur me uult mutare sententiam.

AD CXIIII.

Hanc

HAnc annotationem Lei, non potui fateor absq; risu legere. Ridebis & ipse lector, ubi rem cognoris. Cum primũ ęderem nouũ testamentũ Basileę, uentumq; esset ad locum de adultera deprehensa, consului commẽtarios Augustini, num interpretaretur hoc argumẽtum, & nescio quo casu siue quod parum essem attentus, siue quod in codice fuerit alius ordo, persuaserã mihi, locum hunc ab Augustino prætéritum esse. Reuersus in Brabantiam, cum per otium opus recognoscerem, comperi secus habere quàm putaram, ac mutata scriptura, testatus sum esse apud Augustinum in commentarijs, & citari nonnunquã ab eodem. sed ita ut nihilo secius testetur, hanc historiam in multis & græcorum & latinorum codicibus non haberi, idq; libro aduersus pelagianos secundo, ubi uehementer illius referebat, grauissimum esse pondus huic euangelij loco. His ita gestis, incidit postea, ut in familiari colloquio Leus ultro narraret mihi, locum hunc ab Augustino non enarrari, Rogaui, num ita res haberet, asseuerauit. Tum ego arridẽs. In eodem inquam, errore fui Basileæ in quo te nunc esse uideo. Sed attentius euolue commentarios Augustini, & comperies te falsum esse. Simulq; ostendi locum in annotationibus meis expunctũ, Hæc dissimulans Leus. Non est uerum inquit, uelut obiurgans me, uidelicet quo gloriolam hanc in se transferat. Siquidem in indice quo recenset ea, quæ uideri uult ipso monitore mihi fuisse correcta scribit hunc in modum. Fatetur Augustinum mentionem facere historiæ de adultera. Inpingit mihi errorẽ meum, uelut ab ipso correctum, dissimulãs quod nisi monitus fuisset à nobis, fortassis adhuc idem error haberet ipsum. Hoc si inficiabitur Leus, nõ appellabo mendacẽ, nõ impudentẽ, quibus uocabulis subinde nos ornat, sed pessime memorẽ esse deierabo. Deĩde docet ex Eusebio, q̃d Papias hanc historiam adiunxerit euãgelio Ioannis, ex apo-

Eodem
A

B

ex apocrypho Nazareorum euangelio. Non damno qd indicat Leus. Sed tamen possem hominẽ suis urgere telis. Posteaquã ille tot locis exaggerat Christianæ religionis periculum, quod admonuerã clarificare græcis esse δοξάζειν, aut quod pro fœneratore uerterim creditorem, uidelicet ob homines nouarũ rerum auidos, cur ipse non ueretur hoc prodere, libro per orbem ut ipse putat uolitaturo, quod in templis nomine Ioannis legit ecclesia, ex
C apocryphis libris assutum esse? Cur hic non trepidat, ne totius scripturæ diuinæ, labascat autoritas? Quid erit indubitatæ fidei, si pars euangelij non exigua, ab ijs libris credatur assuta, quibus ecclesia uetat haberi fidẽ? In summo discrimine erat illi prora & puppis Christianæ religionis, quod iuxta græcorũ codices paucula uerba redundarent in nostris, in epistola canonica Ioannis. Et in uado est res omnis. Si totum euangeliũ Ioannis uocatur in dubium? Nam si dicant tantã portionem esse sumptã ex apocryphis, quid restat nisi ut reliqua quoq; ueniant in suspitionem. Sed non uacat cauillari. Vides tamẽ lector quibus modis hic illum tractare possem si uacaret, aut etiam luberet. Illud propemodum me pterierat, quod tamẽ non ignoratũ oportuit lectori, Leum hic adducere librũ Augustini titulo de uera ac falsa pœnitentia, cum in eius libri ca. xvij. nominatim citetur Augustinus. Hinc conijcere licet, quã diligenter Leus uersatus sit in libris Augustini, cuius patrocinium suscepit.

AD XCV.

Eodem

PRo eo quod nos scriptum habemus, audientes autem hæc unus post unum exibant, admoneo in græcis codicibus secus haberi. Nam additis aliquot uerbis apud illos legi οἱ ἀκούσαντες, ὑπὸ συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι ἐξήρχοντο καθ' εἷς id est At illi cũ audissent, & à conscientia redarguerẽtur, exierunt singulatim. Hic notat Leus, quod in mea æditione non habeantur quæ testor

quæ teſtor mihi reperta, in græcis uoluminibus. Quid autem mirum, ſi in ædendo hoc ſequutus ſum, q̃d mihi magis probaretur, præſertim ſuffragantibus alijs exemplaribus? Nam quod illic erat additum nec ſcriptum eſt, in æditione Aldina, Nec uideo quid ſibi uelit quod in indice ſuo Leus aſcribit. Hic addit, quanquam aliter legit Valla. Quaſi non idem adiecerim in priore æditione, teſtans uariam eſſe græcis lectionem.

AD XCVI.

EAdem opera reſponſum eſt ad hanc quoq; annotationem, Admonui in quibuſdam codicibus addi ἕως σήμερον id eſt uſq; ad poſtremos. Ea ῥῆba quoniam non repperi in alijs exemplaribus, quæ poſtea nactus ſum cum nec in Aldina ſint æditiõe, malui ſequi q̃d cum noſtra congruit lectione. Eodem

AD XCVII.

QVod nos legimus, quia patrẽ eius dicebat deum, oſtendo ex fide græcorũ uoluminum, pro eius legendum eis, nec addendũ eſſe deum. Deinde ſubmoneo ὅτι accipi poſſe pro τὶ, ut ſit ſenſus, non intellexiſſe Iudæos, q̃d eſſet, quod uocaret patrẽ ſuum de quo toties tam magnifice prædicabat. Nam Ioſeph quem huius patrem arbitrabantur eſſe, nouerant, humilem, & in quem illa magnifica nõ competerent. Nec hunc ſenſum aſſeuero ſed dubitãs propono, his uerbis ingreſſus Senſus autem uidetur &c̃. Hic Leus cum autoritate iubet reſtitui locum in contextu, & uice, quid, Eraſmici, reſtitui, quod, quod ad eum modũ interpretetur Chryſoſtomus. Id me non fugiebat, ſed quoniã is ſenſus mihi nõ uidebatur ad amuſſim quadrare, idcirco reperimus alterũ. Nam quod Chryſoſtomus interpretatur, illos nõ intellexiſſe, quod de patre ſuo loqueretur, qui me miſit, uerax eſt, nõ uidetur admodum probabile, cum paulo ſuperius multa nominatim de ſuo patre loquutus eſſet. Sed ego & q̃ me Eodem A

misit pater, rursum & testimonium perhibet, qui me misit pater. Dicebant ergo ei, ubi est pater tuus? Respondit Iesus, neq; me scitis, neq; patrem meum, si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc cum præcesserint in eodem sermone, quomodo nunc obliti subito non intelligunt illum de patre suo loqui? Proinde probabile est, Iohannem hic repetisse sub sua persona, quod modo dixerat sub persona Iesu. Neq; patrem meum scitis. Vides lector me non temere fuisse commotũ, ut quererem aliud interpretamentũ, à uulgari diuersum. Quod si nobis esset grę
B ci Chrysostomi copia, fortassis esset, cuius autoritate refelleremus, quod Leus asseuerat. Iam illud demiror, cur Leus hunc locum recẽseat inter ea quæ à nobis in æditione posteriore mutata non sunt, cum in contextu sic uerterim. Et non cognouerunt, quod de patre eis loquutus esset, & in annotationibus hunc sensum præferam, cuius me nunc propemodum pœnitet. An nõ turpe est, reprehendere, nec inspicere, quod reprehendas?

AD XCVIII.

Eodem ANnotaram, pro eo quod habet nostra trãslatio inhonoratis, in græcis codicib⁹ esse ἀτιμάζετε uerbo pẽsentis temporis. At cum in alijs codicibus reperissem ἀτιμάζατε hoc magis libuit sequi, quod congrueret cum nostra lectione, præsertim cum utriusq; lectionis idem sit sensus. Porrò lectionẽ ἀτιμάσατε nõ esse somnia tam à nobis, uel illud arguit, quod in ꝓuetustis exemplaribus nostris scriptũ comperi inhonoratis, uerbo præsentis tẽporis. Et hoc quoq; Leus recensetinter ea quæ mihi relicta sint, cum in posteriore æditione, lectorem admoneam geminę lectionis. Quid? an ne hoc quidem licebit per Leum?

AD XCIX.

Peccatores deus non audit.

Ioan. 9. HAec annotatio quoniã præter inutilẽ rixam, nihil habet

habet non est cur respõdeam qui scis inquit, an interpres legerit ἐισακούει, uel κατακούει. Quasi meum sit hoc diuinare. Deinde negat hoc esse seriũ, sentiens nihil interesse, inter audio & exaudio. At uulgus plurimũ putat interesse. AD C.

QVod in priore æditione, siue mea, siue operarũ incuria fuerat omissum, sicut dixi uobis, in posteriore fuit adiectum. Hoc laudis sibi uindicat Leus cũ illi nihil debeatur. Alioqui si nihil adiecissem in posteriore æditione, quorsum opus erat tantum operæ sumere? Vt nihil aliud, uel famulis adiutoribus poterat hoc deprehendi. AD CI. Eodem

SI illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & nõ potest solui scriptura, quẽ pater sanctificauit & misit in mundum, uos dicitis quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum. Hic ordo sermonis quoniã non coheret iuxta grãmaticam rationem id q̃d sua spõte uides lector, quærebã hoc incõmodum effugere distinctione. Vt legamus ad hũc modũ. Si illos uocauit deos, ad q̃s sermo dei factus est, & non potest solui scriptura. Hic interposita pcontatione, sequant̃ reliqua quẽ pater sanctificauit &c̃. Hanc distinctionẽ non pbat Leus, & adducit interpretationem Chrysostomi q̃ locũ hunc enarret his uerbis, Si illos dixit deos ad q̃s sermo dei factus est, quõ uos dicit̃ qa blasphemo, qa dixi filius dei sum? Adducit & Augustinũ sic enarrantẽ, si sermo factus est ad hoĩes, ut dicerẽtur dĳ, ipsum uerbũ q̃d est apud deũ, quõ non est deus? Queso te lector, qd hæc ad annotationẽ meam? De sententia loci nulla est nobis ambiguitas, tantũ de sermonis ordine loquebar. Et Leus nobis interp̃tat̃ sensum. Nihil incõmodi uideo, in sermone Chrysostomi, nihil in uerbis Augustini. Sed in Euangelistæ uerbis est ordo parũ cohærens, cui studebam mederi, & tamen quod indicaram in annotatione non sum sequutus in contextu. Ioã. 10.

Quíd? an non licebat huius incõmodí lectorem admonere. Et tamen sic admonet Leus, quasi fecerim iniuriam ecclesiasticæ lectioni.

AD CII.

Ioan. 12. PRo eo quod nos legimus, oẽmia traham ad meipm, admonueram in græcis codicibus constanter haberi, πάντας, id est omnes. Hic Leus obiecit mihi Hieronymũ, qui in commentarijs, quibus explicat Osee, legat, oẽmia. At fieri potest, ut id à scriba mutatum sit. Sed demus ita scriptum ab Hieronymo nec hoc dissimulo secus haberi scriptum apud latinos, sed tamẽ uerto, quod sic est in græcis codicibus, ut mihi nullum exemplar suffragetur, addiuersam lectionem. Quin & in ædítione quam nuper nobis dedit officina Aldi, sic habet, quemadmodum indicaui.

AD CIII.

Ioã. 14. IN his ῥbis quodcũq; petieritis patrẽ in nomine meo, subindicaram, patrem non addi, nec in græcis, nec in uetustis latinorum exemplaribus, quæ mihi quidem uidere cõtigit. In posteriore æditiõe addo, nec apud Augustinum hunc locum enarrantem addi patrem. Hic Leus mecũ agit gemino telo, primũ autoritate Chrysostomi me premit, qui legat patrem meũ. Fateor, sic legit interpres, an Chrysostomus legerit incertũ. Deinde ratiocinatur non coherere quod sequitur, ut glorificetur pater in filio, nisi præcesserit. Quicquid petieritis patrẽ. Haud equidem nego subaudiendum esse patrem, in priore parte. Nam unde peterent, in nomine filij, nisi à patre à quo docti sunt & ante petere, siquid opus esset. Pater noster qui es in cœlis. Offendit & illud Leum, Si in priore parte nõ addatur pater sed legatur, quicquid petieritis patrẽ in nomine meo, cum mox sequatur, Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam, uidebitur eandem sententiã bis dixisse. Quasi uero hoc nouũ sit huic euangelistæ cum idem

liceat

in hoc ipso capite deprehendere. Quanquã in nonnullis uetustis codicibus posterior pars ita legitur. Si quid petieritis me in nomine meo hoc faciam. Quasi possit aliquid à Christo peti, quod nõ petatur in nomine ipsius. Et hũc locum notat Leus, inter ea, quæ non mutauerim. Quid? An oportuit refragantibus omnibus græcorũ codicibus, quos non paucos consului, refragante Augustino, refragante ueterum exemplariorũ fide, de meo addere patrẽ? Quid autẽ refert utrum subaudiat, an explicetur?

AD CIIII.

ET alium paracletum dabit uobis. Fateor esse leuiculum quod annotaram in hunc locum. Quoniam apud latinos paracleti uocabulũ, ita receptum est, ut existimetur à plærisq; propriũ esse nomẽ spiritus sancti, duobus uerbis indicaui dilucidius fuisse futurum, si græcam uocem uertisset in latinã, & pro paracleto, posuisset consolatorem. Nam quod hic loquebatur Christus, consolandi gratia loquebatur. Pròinde ne se putarẽt illius abitu fore desolatos, ait nõ relinquã uos orphanos sed pater meo rogatu, dabit uobis alium, qui me absente uos consoletur. Hæc incõmoditas, quoniã apud græcos non est, quid retulit nobis Chrysostomũ græcum obijcere? Præterea paracletum hic epitheton esse generale, declarat quod sequitur, spiritum ueritatis. Postremo quod annotaram, quoniã leuiculum esse uidebam, non retuli in contextu, in priore duntaxat æditione. Et si retulissem, quid erat periculi? Eodem.

AD CV.

QVod græce scripsit Ioannes ὑπάγω καὶ ἔρχομαι, ostendo potuisse uerti, Abeo & uenturus sum, propter participium ancipitis temporis. Et tamen non muto lectionem receptam, nimirum intelligens, & uerbum præsentis temporis aptum esse ad declarandum celerem reditum.

AD CVI.

Ioan. xv

QVod nos legimus, mittetur & arescet. Admonuerã græcis esse ἐξηλήθη καὶ ἐξηράνθη, id est eiectus est, & exaruit. Si dubitat de fide mea, cõsulat Leus Græcorꝝ codices, uel Aldinæ æditionis exẽplar. Porrò quẽad modũ superius per uerbũ præsentis tẽporis explicari uoluit, q̃d maxime esset futurꝝ, ita hic multo etiã usitatius expressum ẽ uerbo preteriti tẽporis, quod protinus esset futurũ. Porrò cũ agitur de proprietati græci sermonis non multũ refert adducere Chrysostomũ latine loquentẽ. Potest enim fieri, ut is idẽ legens in contextu, quod nos legimus, sententiã reddiderit interpretando, non uerba.

AD CVII.

Ioã. xvi.

PRo eo quod nos legimus, docebit uos omnẽ ueritatẽ, submonui Græcis nõ esse διδάξει, sed ὁδηγήσει id est nõ docebit, sed ducet in omnẽ ueritatẽ. Id an uerꝝ sit, uel Aldinũ exẽplar docere poterit. Porrò cũ sensus sit idẽ, cur uerear id sequi, quod ut probabilius est, ita cõstãter habebat in græcis exemplaribus. Rursus obiecit mihi Chrysostomũ latinũ, p̃sertim cũ ex illius interp̃tatiõe, nullũ argumentũ colligi possit quid legerit Chrysostomus.

AD CVIII.

Io. xvij.

CLarifica me tu pater, apud temetipsum claritate. Hic admoneo lectorẽ, quod interpres subinde uertit, Clarificare & claritatẽ Græcis esse δοξάζειν id est glorificare, & δοξὰν, id est gloriã, atq; hoc monuisse contentus, non muto tamen clarificandi uerbũ. Hic obiecit mihi Hieronymũ, qui in epistola ad Suniã, & Fretelã admoneat idẽ quod ego admoneo, & tñ subiecerit. Noluimus mutare, q̃d ab antiquis legebat, quia idẽ sensus erat. Quæso, in quo hic reph̃dor? An quod admonuerim δοξάζειν græcis sonare glorificare? Idẽ fecit Hieronymus. An quod mutarim uocem receptã? Imò reliqui. Proinde hæc

hæc annotatio Lei, nihil ad hũc locũ pertinet. Quid autẽ si mutassem hic, quod alibi non uertur interpres facere? Gloria in excelsis deo, Da gloriã deo. Cur non uertit claritatẽ? Et apud Paulũ Λοξάζω τὸ ἐυαγγέλιόν μου, cur nõ uertit, ut clarificẽ. Postremo ꝗd nõ est ausus Hieronymus in Λοξάζω, hoc nos nusquã sumus ausi. Nihil em̃ unquã mutauimus, ex publica & ecclesiastica lectiõe, imò ne è scholastica quidẽ. Nos enim in cubiculis lectorẽ alloquimur.

AD CIX.

ADiurgat, quod pro eo ꝗd uulgata lectio habet, Priusquã mũdus fieret, uerterim, priusquã mũdus esset, apud te. Idq; ait fecisse me iuxta græcũ meũ, sentiens opinor, librũ à me deprauatũ, qui legã, πρὸ τὸ τὸν κόσμον ἐιναι παρά σοι. Quid si idẽ legat in plurimis græcorũ libris, atq; adeo in æditione Aldina, nũ meũ græcũ dicet? At Hieronymus legit fieret. Quid hinc aliud colligi potest, quã illũ pro ἐιναι legisse γίνεσθε, quo simul & esse sonat, & fieri. An uolebat me Leus uertere fieret, cũ græce esset ἐιναι? Erat autẽ operæprecium & hũc locũ annotare inter ea quæ non castigarim. Eodem.

AD CX.

AScendo ad patrem meum &c. Obiecit mihi, cum ante docuerim articulum apponi quoties significatur aliquis certus. Hic me iugulat meo gladio, cũ sit apud Ioannem καὶ θεόν μου ἡ θεὸν ὑμῶν, non apposito articulo, cum negari non possit, quin de patre loquatur. At hanc cauillationẽ iã ante dilui. Præcessit em̃ articulus seruiẽs & his quæ sequunt, Ἀναβαίνω πρός τὸν πατέρα μου ἡ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου ἡ θεὸν ὑμῶν. Alioqui cur nõ addit in posteriore πατέρα articulũ, nisi ꝗd p̃cedẽs, ad oẽs uoces ptinet? Perinde em̃ est ac si dicas, Ascẽdo ad eũ, qui est pater meus, & pater uester, deus meus & deus uester. Ioan. xx.

Et tamen

Et tamen hunc locum recenſet, inter ea quæ reliquerim incaſtigata. Quid autē me uolebat hic mutare, num addere græcum articulum, cum in libris græcis nō eſſet? Si Ioānes ita ſcripſit, an meū erat mutare? Præſertim cū q̄d ſcripſit non pugnet cum annotatione mea, imò nō mea, ſed eruditiſſimorū græcorum. Addam etiam, cum id q̄d ſcriptum eſt, ſi mutetur addito, quod Leus uult, articulo, periclitetur ſententia, etenim ſi dixiſſet, πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ τὸν πατέρα ὑμῶν, uiſus fuiſſet indicare duos patres, quorum alter eſſet ipſius, alter diſcipulorum. Nūc omiſſo articulo, nihil aliud potes accipere, quā unum quendā, qui ſit pater Chriſti, ſed idem illi cū diſcipulis cōmunis. Non ferebat olim Apelles ſutorem audentem aliquid ultra crepidam. At quis ferat hunc, tāto cum ſupercilio, tantis conuicijs & carpētem, & docentem q̄d non intelligit?

AD CXI.

Ioā. 20. DOminus meus & deus meus. Hic rurſus impingit mihi meam regulam, græce inquit additur articulus ὁ κύριός μου, καὶ ὁ θεός μου cum de Chriſto loquatur non de patre, quid tum poſtea? Quis unquā dixit, non licere addere græcum articulum, deo niſi cum de patre fit mentio? At alicubi dixi, ideo apponi, quod de patre fieret mentio. Verum id exempli gratia dixi, ueluti ſi dicerem ὁ ἄνθρωπος, cū articulo efferri, quod de Petro fiat ſermo, ſi forte de Petro fieret. An ideo cōſequeretur, nō poſſe addi ſi ſermo fiat de Paulo? Obſecro te lector, q̄d hoc eſt nouū acumen in eo, qui me ſtupidum uocat, cuiuſmodi ſunt iſte annotationes, quibus hactenus traducor, applaudentibus quibuſdā, qui ſibi theologi uidentur.

AD CXII.

Eodem ET illa nocte nihil prendiderunt, ac mox adferte de piſcibus quos prendidiſtis, admoneo, quod græcis eſt, ἐπιάσατε & ἔπιασαν bifariam eſſe reddītum in latinis codicibus in alijs eſſe, prēdiderunt & prēdidiſtis, in alijs

in alijs rursum, cœperunt & cœpistis. Hic quod asscribit Leus, prorsus nõ intelligo. Asscribit enim hæc. Hic opus erat addi prendiderunt & prendidistis, ne quis putet interpretẽ male reddidisse, id quod procliue erit, nescienti græce. Quid ego audio, cum prendere & capere, idẽ declarent, num ideo suspicabitur, aliquis interpretem male reddidisse græcã uocẽ, si moneatur prẽdere idẽ esse quod capere, & in libris utrũq; uerbum reperiri? Et hunc locum Leus recenset inter ea, quæ nõ mutarim, nec uideo, quid uoluerit mutari cũ ego uulgatam lectionẽ reliquerim.

AD CXXIII.

EX hoc loco mihi grauem suscitare conatus est inuidiam Leus, nã in seditioso illo indice, quo primum lectoris animum occupat, taxat me, quod Augustinum mordeam, in schęda quã proditor ille, ut ipse uocat, mihi communicauit unam. Impingit, quod falsa etiam in Augustinũ congerã, quod illi inscitiam exprobrem. Hic cum aliquanto mitius loquatur, tamen quanto id faciat acerbius, quã ꝓ re, imò quã nulla de causa id faciat, mox aperiam. Ac primum asscribam mea uerba, quæ Leus recenset ex editiõe priore, quo magis res prompta sit lectori. Inter uetustiores, inquam, solus legisse uidetur Augustinus, (sic eum uolo manere) Vir ille quidem (quod negari non potest) sanctus, integer, acuto preditus ingenio, ueru impense credulus. Ad hæc destitutus presidio linguarum, sine quibus, hæc ut par est, tractari non queunt. Is cũ iuuenis ascitus esset, ad munus episcopale, ac penè Neophytus, id quod fieri uetuit Paulus, ne licuit quidem quicquam nescire, doctoris locum occupanti. Proinde docendo didicit quod doceret, & scribendo didicit quod scriberet. Profecit tamen ꝑsertim ubi se cœpit ad Hieronymi cõferre æmulationẽ. Nec est insectandus uir tã pius, sic ubi non assequitur quod affectat, sed tolerandus magis. Atè diuerso, nõ sunt audiendi, qui illum nemini non antepo

Eodem

A

B nunt ipſi etiam Hieronymo. Quo ſacrarum literarꝝ ſcientia, tanto fuit inferior, ut impudẽtiſſimum ſit, alterum cũ altero conferre. Hactenus bona fide, mea uerba recenſui. Nunc audiamus, quid in his offendat Leum. Qui ſcis inquit Eraſme, an conſuluerit Auguſtinus græcos codices, ac ſic nõ ſi inuenerit, quando dubiũ nõ eſt diuerſa etiam Auguſtini ætate, fuiſſe exemplaria, & hodie uſque adeo diuerſa, ut ſæpe ſit legere apud Hieronymũ, Origenem, & Chryſoſtomum, quæ in nullis græcorũ exemplaribus habeantur, quod ut unum locum citem. In bonæ uoluntatis lucæ i id eſt tu ipſe confiteris. Primum quid eſt impudẽ
C tius quàm dicere Auguſtino in græcis exemplaribus cõpertum fuiſſe, ſi non ſic, in tanto græcorum uoluminum conſenſu, atque etiam ſuffragantibus uetuſtis latinis? Præſertim cũ ſententiæ tenor refragetur huic lectioni? Etenim ſi ſequi hoc loco, eſt ad exemplum Chriſti mori, & ſi manere eſt non mori, qui conſtat, quod paulopoſt ſequitur, & non dixit Ieſus, non moritur, ſed ſi eum uolo manere hoc eſt, ita moderatus eſt ſermonem, ut oſtenderet illorũ nihil referre, quid de Ioanne cenſuiſſet Chriſtus. Deinde quid opus erat hæc argutari, cum in poſteriori editione demonſtrem Auguſtinum, ſi legiſſe nõ ſic, idq; ex ipſius interpretatione. Porrò quod ait me fatente uerum eſſe, in nullo reperiri bona uoluntas apud Lucam, uidebit rem ſecus habere, ſiquis noſtram in hunc locũ reſponſionem
D legat. Addit Leus, Nec puto te hoc de Auguſtino ſentire quod penitus ignoraueˊrit greˊce, atque hic multis argumẽtis probat Auguſtinum utcũque deguſtaſſe græca. Si nõ putat me hoc ſentire, cur ſuperuacaneis uerbis refellit? Et ſi putaret, impudenter faceret, cũ tot locis teſter idẽ, quod Leus aſſeuerat, illi puero utcũq; deguſtatas greˊcas literas, ad quas iã epiſcopus atq; etiam ſenex redierit, illud mihi quidem hactenus inauditum, quod Auguſtinus Ariſtotelis κατηγορίας, è græco ſermõe nobis uerterit in latinũ,

cum

cum ipo libro confessionū. iiij. testetur eum librum haud dubium ab alijs factum latinum, quosdam magno fastu professos fuisse Carthagini, quem tamen ipse, annos natus plus minus uiginti lectum, citra interpretis operam sic intellexerit, ut post congressus cum illis, compererit illos nihil adducere, quod ipse non perspexisset. Hoc demiror non meminisse Leum, cum uelit intantum uideri deditus Augustino, ut in huius gratiam penè contumelia afficiat Hieronymum. Iam de Chrysostomi uersibus græcis ab illo uersis unde hauserit nescio. Sed demus Augustinum belle nouisse græcas literas, quid hoc ad refellendum id quod scripseram, Augustinum cum Hieronymo cōferens, illum fuisse destitutum præsidio linguarū, quibus instructus erat Hieronymus? An hebraice nouit Augustinus? an Chaldaice? an Syriace? Neq; em agebā illic, pprie de sermone græco, alioqui, cur nō eadem opera obiecit Leus, q̄d Augustinus nō fuerit destitutus p̄sidio Romanæ linguæ. Sed his fortiē, ut putat, euictis, arrodit illud q̄d scripserim Augustinū impense credulū, atq; ita respōdit, quasi dixerim, Augustinū impense ptinacē, sibiq; nimiū fidentē. Mirum uero inqt, cur dicas tam impense credulū. Quo uno quē alium inuenias, q̄ libentius ingenio cesserit. Qui prope solus, q̄d probe tueri potuisset, ne q̄d offendiculū daret ueritati Catholicæ, spōte sua recātauit. Qui neminē dedignatus est p̄ceptorē, à quo q̄cq; discere potuisset, Hieronymū quē illi tāto interuallo anteponis cōsuluit, nec dignus est habitus respōsione &c̄. Quorsū hæc spectāt obsecro? An ideo nō fuit credulus Augustinus, qa cupidus erat discēdi? qa retractauit lapsus suos? qa cōsuluit Hieronymū? Imò hoc magis erat credulus, q̄d ab oīmibus cuperet doceri. An mordeo sanctissimū uirum, q̄d illum dicā impense credulū? At Paulus illud in charitatis elogia refert, q̄d credat oīa. Vtq; sq; minime malus est, ita maxime credit, ita minime diffidit

Demiror autem Leum aut dissimulare, aut non intellige re, quare dixerim Augustinum credulum. Hieronymus ubicq; diffisus latinorum exemplaribus, græca consulit, diffisus græcis, cõsulit Hebraica, aut Chaldaica, neq; statim cõmouetur fabula, quamuis celebri, neq; protinus assentitur, huius aut illius sententiæ, ni prius excussę. Augustinus autoritatem interpretum septuaginta, uolebat haberi sacrosanctam, non ob aliud, nisi quia fuerat recepta. Hieronymus nihil commotus populari iudicio, reiicit eam ex ipsa re. Augustinus quod uulgo tum iactatũ erat de septuaginta cellulis credebat. Hieronymus ut fa-
H bulam confictam irridet. Augustinus quicquid uoluminum erat receptum usu ecclesiastico, alba quod aiunt, amussi comprobat, Hieronymus quædam plane reiicit & obeliscis iugulat ut fabulosa, quædam semouet ab his quibus uult esse grauissimam autoritatem. Ob hanc credulitatem Augustini fieri poterat, ut quod forte legit in codice latino, crediderit esse rectum. Neq; em̃ sequitur, si deprehendit in euãgelio Ioannis, τὴν ἀρχὴν esse casus accusatiui, illum cætera quoq; contulisse. Quod si fecisset, non lapsus esset in locis quibusdam. Ego magis arbitror de τὴν ἀρχὴν illum ab alio quopiã fuisse submonitũ, & hoc opus illi fuisse scriptum, antequã conferret ad græcos codices exemplaria latina. Ad quod faciẽdum uidetur incitatus, noua uersione diui Hieronymi. Atq; hac quoq; parte pulchre depugnata. Leus nescio quo pacto subito prorupit sese ad collationem Hieronymi cum Augustino, cum instituisset refellere, quod huic tribuissem credulitatem. Facilis inquit, est cõiectura, cur Hieronymus siluit. Non inuidebat illi erũditionẽ, sed plane uidit, nihil potuisse accuratius dici de ijs rebus, de quibus consultus est, quã scripsisset ille, qui consulebat. Opinor Leum sentire de quæstione, quã Augustinus Hieronymo proponit de origine animarum. Nam ad hanc nusquã respõdit Hieronymus,

Hieronymus, nõ quod deesset illi quod responderet, sed uel quia nõ uacabat uel quia suspicabatur, eam suborna-tam ab alijs per Augustinum, explorantibus ecquid ha-beret Origenicum Hieronymus. Nam hoc nomine mul tis suspectum fuisse constat. Pergit Leus, nam ne conferã alterum cum altero, quod tu studio magis quã iudicio fa-cere uideris, quantus esset Augustinus, facile agnoscunt, qui disputationes eius cum Hieronymo expendunt, in quibus si nõ superior, certe nihilo est inferior. Hactenus Leus. Negat se uelle alterum cum altero cõferre, quid igi tur, an hoc non est conferre? Porrò quod negat Augusti num fuisse Hieronymo in ea conflictatione, de sententia epistolæ ad Galatas inferiorẽ, ut largiamur interim esse uerum, etiamsi diuersum sensit, præter alios complures. R.D. Adrianus Cardinalis Dertusensis, non ideo proti-nus erit Hieronymo doctior, quod ab illo steterit uicto-ria in una conflictatione, imò fit aliquoties ut qui uinci-tur, appareat eruditior. Mihi uero nõ est animus in præ-sentia cõtendere, uter nostrum de Augustino rectius sen tiat abunde, ni fallor, super hac re respõdimus Ioanni Ec-cio in epistola ad eum scripta, cuius argumẽta demiror, cur nõ refellat Leus, si uisum erat hac de re mecum digla-diari. Nam priusquam æderet has suas annotationes iam legeret epistolã. Sed pgit Leus, Neq; uero in unius Era-smi iudicio res ita est, ut suas uel Hieronymo, quẽ omẽs probe colũt, uel Augustino quem nemo sanus contẽnit, tribuatur locus. Quid his ȳbis sibi uult deniq; ? An à me non colitur Hieronymus, quem omẽs probi colunt? An à me contemnitur Augustinus, quẽ soli contemnunt in-sani? Et si non pendet autoritas horum à mea censura, id circo nõ licebit indicare quid mihi uideatur? Sic antepo no Hieronymũ, ut tamen Augustinum quã honoratissi-mũ esse uelim. Subijcit Leus. Sed quod dicis scribendo, ac docendo didicisse quod scriberet, ac doceret, hoc ego

neutiquam illi uitio tribuendum puto. Quod si uitium sit, commune est illi cum cæteris. Nam quotusquisq; est omnium qui id non facit. Hieronymus, num scribendo ac docendo didicit, quod scriberet ac doceret? Hactenus Leus. Si uitio uerti non debet, nec ego suggillo Augustinũ, sed potius excuso, ac defendo, quid igit̃ est q̃d mecum litigat Leus? Raptus est protinus ad honorem presbyterij, raptus est ut assideret episcopo suo atq; eius uice doceret populum. Et uerum est, quod scripsit Hieronymus, arduum esse, prolixiq; negocij parare solidã cognitionem sacrarum scripturarum. Id facere non uacabat Augustino. Illud nimirum est quod queritur in epistola quadam ad Valerianum, per omnia sacra obtestans, ut daret ipsi spacium discendi, quod doceret populum. Se sibi notum esse, nec ignorare quanti periculi res esset. An mihi non licebit hoc predicare de Augustino, quod ipse de se scripsit? Laurẽtius hoc loco paulo acrius inceſſit Augustinum. Ego contra lapsum illius, si tamen hic lapsus est, excuso atq; eleuo. An hoc male habet Leũ? Quæso num uidetur expendere quid scribat, qui scribit huiusmodi, neq; terram, quod aiunt, attingẽtia, neq; cœlum? Nec his contẽtus pergit, nisi forte tibi placeat, quorundam hominũ precocitas, qui docent, & scribunt, q̃d nec docẽdo nec scribendo didicerunt Augustinũ ab hac nota eximo. Eximo & Hieronymũ. Quid autem erat periculi, si Leus illos non exemisset? Nihil enim me mouet, quod existimat hoc dictum ad me ptinere, sed uereor ne qui legerint annotationũ illius libellum, potius in ipsum retorqueant. Pergit. Nec pudet confiteri Augustinum, (q̃d tu scribis,) profeciſſe, postquã ad Hieronymi emulationem se cœpit conferre, nõ q̃d ab Hieronymo quicquam didicerit, sed quod illa scribẽdi exercitatione, semper euaserit doctior. Cur autem tantopere metuit Leus, ne quid uideatur ab Hieronymo didiciſſe? Nam id uehementer abomi

menter abominatur in ſcheda quã intercepi. Sed atrociꝰ us eſt, quod mox impingit. Hoc uero inquit, quod obiꝯcis, iuuenem aſcitum ad munus epiſcopale, ac neophitũ quod Paulus uetat, obiꝯce & Ambroſio adhuc Cathecumeno ad eam dignitatem euecto, qui probe cauſam tuebitur ſuam, quippe paratus & inſtructus quod priꝰ hoc fecit contra Vercellenſes. Ni mihi decretum eſſet ab affectibus temperare, nõne hic optimo iure debaccharer in Leum? Patrocinor Auguſtino, præſertim in his quæ ſcripſit iuuenis, quod ſtatim raptus ſit ad functioũe epiſcopalem. Ac Leus mihi dicã ſcribit, quod inſimulẽ Auguſtinum ambitus, qui cõtra Pauli doctrinam adhuc penè Neophytus arripuerit epiſcopi dignitatem. Atq; hic ſcilicet locum habebat Ambroſius ante deſignatus epiſcopus quã baptizatus. Si hanc appellarem calumniam. Leus ageret mecum iniuriarum. Doceat igitur me lector, quid ſit calumnia, ſi hæc nõ eſt? Erat inquit, audeo dicere, in utroq; canicies fidei, digna epiſcopatu. O miram libertatem, ſi hoc audet dicere Leus, quod nemo negat. At num ideo non multa neſciebat Auguſtinus in ſacris literis? num ideo non fuit inferior Hieronymo quod prediſtus eſſet canicie fidei? Sed nondum finis. Addit Leus. Dicis non inſectandum, ſed tolerandum, ſicubi non aſſequitur quod affectat. An hoc dictum meũ improbat Leus, an poſtulet ut laudemus Auguſtinum, etiam cum aberrat à uero? An non ſat eſt, ſi lapſum toleremus, nec inſectemur, quẽadmodum facit Valla? Nam lapſum eſſe, nec id admodum raro, nec ij negant qui plurimum tribuunt Auguſtino. Quod tamen illi cum cæteris commune eſt. Sed tu tamen inquit Leus inſectaris, & ita inſectaris, ut minoris facias, quã ulla hominum opinione hactenus habitus eſt, ita ingenium tribuis, ut eruditionẽ adimas, ita ſanctitatem predicas, ut ambitus propè accuſes, q̃d Neophytus ſuſceperit epiſcopatũ. Hactenus ille.

Quid ego audio? Nullus unquã fuit mortalium ante me, qui in sacra doctrina potiores tribuerit Hieronymo? At possem referre insigniũ theologorũ de Augustino suffragia, quæ nolim hic recensere. An indoctus est, quisquis ignorat aliquid? aut quo sit alius doctior? An accusat ambitus, qui excusat, quod non ea prestiterit, quæ uoluit, pterea quod statim inuolutus sit curis episcopalibus? An ambitus incusat, qui scribit ascitum? Sed hic ex admonitu meo Leus addidit prope, uidelicet moderãs, quod acerbius dictũ uidebatur. Quãquã quid ad rem facit illud ppe, cũ ego multis parasangis absim ab eo, ut insimulẽ Augustinum ambitus. Et tamen illud prope, non erat in primis schedis, in quibus preter alia (nã ad manũ nõ est scheda) palã mihi impingit, quod odio quodã peruerso falsa etiã illi impingam, Sed id admonitus deleuit. At interim quoties ista descripta sunt, à quam multis lecta, priusquã hæc deleret, Si dicto tantũ læsisset famã meã, erat innocentiæ christianæ sarcire, quod erat illatũ noxæ. Nunc cuiusmodi est, hæc libris illinire, describenda curare, spargere per regiones? Atque hæc qui facit, negat se unquam secus de me locutum, quã honorifice, negauit proximo colloquio cũ hic liber esset in manibus typographi, nihil inesse contumeliæ, tametsi quædã essent libere dicta. Sed pgit Leus Non assecutũ innuis quod affectabat in re literaria. Vt donem non assecutũ quod affectabat, non satis est assecutũ esse, quãtũ nemo penè alius? Quid hic ratiocinat Leus? an ideo non est tolerandus Augustinus in his quæ scripsit iuuenis, si tantum in literis est tandem assequutus, quantum uix alius quisquã? Neque enim hic disputo, an tantũ sit assecutus quantũ hic tribuit. Subijcit Leus, Sed quantũ ipse assequutus es (Venia tua loquor) ut censorem agas tanti uiri, cuius tum sanctitatẽ, tũ eruditionẽ totus orbis Christianus, multis iã seculis admiratus est, ueneratus ẽ, & prope adorauit. Quid? An orbis erat desiturus id facere, ni

re, ni Leus hæc ſcripſiſſet? Cur aũt rurſus adiecit propè? an nõ plane ueneramur, & adoramus Auguſtinũ? Quod ſi ſenſit de cultu, qui peculiariter ſoli debet deo, cũ ad hũc nullus mortaliũ accedat, nõ in tẽpore addidit propè. An Auguſtinũ excuſare, eſt cenſorẽ in illũ agere? An qui inferior ẽ, nõ poteſt affari, quid de Auguſtino ſentiat? Si iſtud mihi de Auguſtino nõ permittit Leus, qua frõte ſibi permittit cenſurã in Hieronymũ? Nam de me nihil dicã, quẽ adeo contẽpſit, ut exiſtimaret, nihil tã oſcitanter in me ſcribi poſſe, quod non ſatis eſſet ad obruendum Eraſmum. His argumentis poſteaquam me ſatis refellit, perorat admodum ſeuere, iterum atque iterum optans, ut hac ætate natu grandior factus, grandeuum illum imiter Auguſtinum. Obſecro, inquit, per Chriſti caritatem, relegas diligenter, ac iuſte expendas quæ ſcripſiſti, & ſicubi more hominum te lapſum inueneris, non pudeat te ad exemplũ beatiſſimi, atque ad miraculum uſque eruditiſſimi patris recantare, ubi male ceciniſti. Itaque uidebis, quantum ipſe egeas cenſore potius, quàm tanti præſertim patris, cenſorem agas. Quis hæc abſque riſu legat, qui rem norit. At qui ſit ignarus, quis nos credat eſſe grauem, ac ſeriam admonitionem grandeui cuiuſpiam & autoritate prępollentis epiſcopi? cum ipſe tot locis hallucinetur, cum toties reprehendat ea quæ non intelligit, cum toties agat argumentis, adeo contra me nihil facientibus, ut in ipſum recidant, cum toties à me bene dicta, detorqueat ad calumniam, cum toties citet autores ſacros in ſenſum diuerſiſſimum, cum toties ſic odio feratur in proximum, è cuius certe libris multa didicit iuuenis, cum toties (Sed malo finem facere, quàm toties enumerare quoties ille peccati inſigniter) quin ipſe ſibi cantionem hanc canit, quàm nunc canit mihi? Cur non auſcultauit fidis ac doctis amicis, qui magno meo malo ſuadebant Leo, ut opus ſuum premeret, utpote dedecori futurum, non autori modo, uerumetiam

uerumetiam toti Britãniæ? Cur nõ auſcultauit. D. Aten ſi qui noluit rem agi per contentionem? cur non ſaltem meum admiſit conſilium, qui toties admonui, uideret etiam atq; etiam, quid ſcriberet ædendum, neq; ſperaret protinus omnibus arriſurum, quicquid ipſi ſcribenti arriſiſſet, malletq; ſtilum ſuum attemperare, ad grauium, ac doctorum hominum iudicium, quam ad quorũdam applaudentium aſſentationem, ut argumentis rem ageret, non conuicijs. Hæc quoties admonui, etiam parum ut ipſi uidebatur, amicus, ſed tamen amicius conſulens, quam illi, quos ille pro ſummis ducit amicis, aut quam ipſe cõſuluit ſibi fortaſſe plus ſatis amicus. Vides lector quam hic nihil ſit dignum palinodia. Nuncquum in poſteriore æditione quædam adiecerim, quæ uetarent, ne quis poſſit ad eundem modum calumniari, quorſum attinebat hæc tam multa, tam odioſa, tam rixoſa in uulgus ædere, iam hoc res eſt magis ridicula, quod ſic obiurgat, ſic admonet. Iam abſolutis poſterioris æditionis uoluminibus. Nam ſchedã eam, ut dictũ eſt in Apologia nõ ante nactus ſum, quã altero uolumine pfecto rediſſem Louanium. Et tamen ſi hæc exiſſent me mortuo, quod ego non dubito, quin fuerit Lei conſilium, credidiſſet lector, his uerbis me fuiſſe monitum priuſquam ad recognitionem operis accingerer. Huiuſmodi nugis, neq; meum ocium, neq; tuum ſtudium occuparem optime lector, niſi Leus tam capitaliter nos impetiſſet, & niſi rumor huius libri, iam opera quorũdam bonam orbis partem occupaſſet, priuſquam inlucem prodiret. Sed huius uoluminis ſecundi modus eſto. Quod ſupereſt tertio uolumine conficietur. Ex hoc interim conijcio lector, quam nõ opimum triumphum ſit relaturus hic, qui tanto tumultu rem aggreſſus eſt.

FINIS.

Nota in prima pagina indicis, ibi, Trifariam hic locus potest accipi, addendum esse e regione pagina altera συντρίβον αυτὸν ut intelligamus spiritum discerpsisse hominem &c̄.

MOGVNTIAE EX AEDIBVS IOANNIS SCHOEFFER, ANNO M. D. XX. MENSE AVGVSTO.

INDEX QVO DECLARANTVR TE-
CHNAE ET INDVSTRIA LEI.

Aberrat toto scopo, neq; quicquam agit, tota annotatione prima, nec aliud facit secūda, in qua illud nescio, quo nomine sum donaturus, quod cum ex ipsius annotatione liqueat. Leum non aliud quā ex me rescisse, in cōmentarijs Hieronymi deprauate legi, p habet, habebit, tamen in indice iactat, me fateri sic esse, & ipse admonuit. Quid impudentius.

ITEM ANNOTA. 188.

Non intelligit quod reprehendit Anno. 3. D. 10. B. 19. A. 34. A. B. 36. B. 44. H & N P. 46. per totū. ſ 7. nō intelligit, neq; quid ego uoluerim, neq; quid ipse loquatur συντρίβων per ω mega, cum pertineat ad πνεῦμα. Deinde admonet, συντρίβον non coherere cum ἀυτον. Sed scribēdum esse σεαυτον. Cum σεαυτον cum neutra lectione quadret. Siue legas συντρίβου, siue συντρίβοντος cum σεαυτον significet teipsum. Hic autem nulla secunda persona, ad quā posset referri σεαυτὸν. Quod si legas συντρίβον, nihil aliud quadrat quā ἀυτον prima tenui. Nisi sensus est spiritum descerpsisse seipsum, quo nihil absurdius. Cęterq; q̄d ait me in scheda respondisse ἀυτὸν priore aspirata. Idem pollere, q̄d σεαυτον, Suspicor illū ex ἑαυτὸν fecisse σεαυτὸν. Sed & paucis lector q̄d uoluerim. Trifariā hic locus pōt. De nihilo morose rixatur. An. 6. B. 7. B. 9. p totū. 11. A. 48. per totū. ſ 6. 76. 81. 84. 99. 108. 136. 136. sup numeraria. 237. 238. B. E.

De nihilo excitat tragœdias ac seditiōes, An. 17. A. 31 D & L. 46. C. 47. 90. 113. 133. 137. C. 160. 172 193. 194. 197. 199. A. 233. 243. A. F.

Postulat absurda. 103. 145. 177.

Non cōstat sibi An. 4. B. 19. G. cū negat esse q̄cq̄ dictū fœdum. Cū in inuectiuis lōge aliud obijciat. 44. H. 92. N. 116. 12. B.

Palam

Palam calumniatur. An. 4. D. 5. A. 13. A. 17. G. I. 19. A. ímo per totum. 30. C. 32. per totum. 35. 44. multis modis. 68. 71. 72. per totum. 112. per totum. 127. 134. 141. 173. 197. 209. 213. 224. ſupernumeraria. 237. C. 239. B.

Stulte probat An. 9. E. 33. A & B. 44. K. L. M. N. 70. E. 162. 163. 164. 243 DEF.

Odioſe uociferatur. Cum rem totã non intelligat. A. 13 B & H.

Fœde labitur. 32. F. 55. 216.

Canit palinodiam, ſed ſuperbe. A. 14. A. 17. A. 92. 3. 115. B. 181.

Falſo citat. An. 30. C. 31. M. 60. 83. 91. B C. 92. multa 94. D. 97. B. 115. F. G. 118. B. E. 145. 217. 221.

Deprauat quæ citat. An. 39. A. 87. B. 118. B. D.

Taxat ſacros autores 238. A. D.

Fucum facit gloriam captans 44. A. 51. 54. A. 66. 70. H. 72. P. 89. 94. A. B. C. 95. 114. C. 115. D. 122. C 148. 149. 151. 181. 184. 188. B. 188. P Q.

συντρίβον ἀυτὸν ut intelligamus ſpiritum deſcerpſiſſe hominem. Aut συντρίβοντος ἀυτὸν priore aſpirata, ut ſenſus ſit ſpiritũ deceſſiſſe ab homine ſeipſum delacerante. Aut συντρίβοντος ἀυτὸν ut idem ſenſus ſit cũ primo, ſed gignẽdi caſus poſitus ſit, pro recto, quod genus eſt illud ARISTOPHANIS ἡ ταῦτ' ἀποκρινομένῳ το παράπαν ουδὲ γρῦ Hæc quoniam mihi uenerunt in mentem recognoſcenti, quod erat excuſum, uiſum eſt impartire.

Itẽ. 61. 70. A. F. G. 75. 77, 78. D. 92. multa. 108. 111. 112. 129. 130. 131. 143. 160. 191. 200. 203. 214. 229, 235. 240. Nouarum. 1. 2

Docet

Docet quod non intelligit. 78. C. 132. 160. 161. 186 193. 215. 217. 224. 232. 238. C. Nouarum. 4.

Sensum hæreticum approbat. 70. B. 92. M. N. O.

Nihil ad rem facientia. 91. 122. C. 161. 164. 239. N.


Friuola notat. An. 4. E. 21. A. 22. A. 23. 24. 25. 26 27. 28. 29. 34. A. B. 45. 49. 50. 52. 53. 58. 59. 62. 63. 64. 65. 73. 74. 80. 88. 90. 98. 99. 109. 105. 109 123. 124. 125. 126. 138. 139. 140. 144. 147. 151 154. 155. 156. 157. 165. 166. 187. 168. 169. 170. 171. 174. 175. 176. 178. 179. 182. 183. 184. 185. 189. 201. 204. 205. 206. 207. 208. 220 222. 225. 226. 227. 228. 230. 241.

Absurda, quecp uideãt & sine mẽte dicta. An. 32. 0. 46 C. D. 86. 92. 0. 92. multa. 112. 137. 142. 188. I. 190. multa. 195. 210. 234. 237. C. 238. A E. 239. C. 243. H.

Falsa congerit. 44. D. E. F. G. 113. C. 114. B. 136. 141. 146. 180. 186. 193. 238. A. 279. C. E. I. 242 243. C. 243. E.

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

Biblioteka Jagiellońska
stdr0028446




E